†Adverb. Extrinſecùs, 3. Tuſ.

Relego, *amando, exilio mulcto, expello, eijcio.*)(*.reduco*, pro S.R.42. Pater hunc in prædia ruſtica relegarat. 3. Offic. 112. Pater filium ab hominibus relegauit, & ruri habitare iuſſit. pro Seſt. 29. Eum in concione lege relegauit, edixítque vt ab vrbe abeſſet mille paſſus.

Relegor. Poſtq. in S. 31. Nominatim alij compellabantur, alij citabantur, alij relegabantur. pro Dom. 65. Cato Cyprum relegabatur.

†Adver. Nominatim, Poſtq. in Sen.

Relego. 2. de Nat. 72. Qui omnia quæ ad cultum deorum pertinerent, diligenter pertractarent & quaſi relegerent, ſunt dicti religioſi, ex relegendo.

Relevo, *leuo, conſolor.* 3. Attic. 10. Hæc eò ſcripſi, vt potiùs releuares me, quod facis, quàm aut caſtigatione, aut obiurgatione dignum putares. 2. C. 7. Vno mehercule Catilina exhauſto, releuata mihi & recreata reſpublica videtur.

¶*Minuo.* 1. Qu. Fr. 4. Si releuare potes communem caſum miſericordia hominum, ſcilicet incredibile quiddam aſſequeris. 1. At. 10. Quotus enim quiſque eſt, qui epiſtolam paulò grauiorem ferre poſſit, niſi eam per lectionem releuarit?

¶*Exonero.* pro Flac. 41. Huius mors te ex aliqua parte releuauit: edacem enim hoſpitem amiſiſti.

Relevor, *recreor, liberor.* 1. C. 31. Ad breue quoddam tempus cura & metu releuari.

¶*Minuor.* 1. de Inu. 25. Cibi ſatietas atque faſtidium aut ſubamara aliqua re releuatur, aut dulci mitigatur. 2. de Diuin. 7. Vt animus moleſtiis potiſſimùm releuatur.

Relictio, *derelictio.* 16. Attic. 7. Deſperatio & relictio Reipub. *aliter*, religio. 3. Verr. 35. Quibus illam relictionem productionémque conſulis ſui gratam ſperat fore. *aliter*, reiectionem proditionémque.

†Adiunc. Grata, 3. Ver.

Relictus, *derelictus.* pro Rab. 23. Nemo vnquam fuit tam ab omni honſtate relictus, qui &c. 5. Tuſc. 14. Ne quærantur, ſe à beata vita eſſe relictos.‖pro S.R. 77. *Vide*, Administer.

¶*Relicta loca ſunt, quæ limites non acceperunt, vt ait Frontinus de limitibus.* 1. cont. Rull. 2. Vt à maioribus noſtris poſſeſſiones relictas diſperdat & diſſipet. Ibid. 3. Vtrùm tandem hanc ſyluam in relictis poſſeſſionibus, an in cenſorum paſcuis inueniſti? 8. At. 6. Tyronem ab altera quartana relictum audio. 4. Fam. 1. Vrbs relicta direptioni atque incendiis. pro Qu. 15. Cùm æris alieni aliquantum eſſet relictum. 2. de Or. 126. Si quid ab Antonio aut prætermiſſum ſit, aut relictum. pro Cecin. 74. Fundum à patre relictum habere.

†Adverb. Intus, pro Syll. Conſultò locus, 3. Offic. Vix veſtigium, 2. cont. Rull.

Religatio, *colligatio.* de Sen. 53. Capitum coniugatio & religatio & propagatio vitium.

Religatus, *colligatus, vinctus.* 3. Tuſcul. 37. Si prudentia extrinſecus religata pendeat. *Lege*, Religio.

Religio, *pietas, ſanctitas, cultus deorum, cærimoniæ, ſacra, religiones ſacra & cærimoniæ, res diuinæ, cærimoniæ, & ſacra, ſacra cærimoniæq́;, cerimoniæ religionéſque in deos.* 2. de In. 161. Religio eſt, quæ ſuperioris cuiuſdam naturæ, quam diuinam vocant, curam cærimoniámque affert. 1. de Nat. 118. Religio quæ deorum cultu pio continetur. pro Flac. 68. Sua cuique ciuitati religio eſt, noſtra nobis ſtantibus Hieroſolymis, peccatíſque Iudæis, tamen iſtorum religio ſacrorum à ſplendore huius imperij & maiorum inſtitutis abhorrebat. 1. de Diu. 105. Ad opiniones imperitorum eſſe fictas religiones. 1. de Leg. 60. Cultum deorum & puram religionẽ ſuſcipere. Ib. 43. Cærimoniæ religionéſque in deos. Part. 81. Religionem ſuperſtitio imitatur. 2. cont. Rull. 18. Religio ſacrorum. pro Dom. 107. In religionibus ſuſcipiendis caput eſt interpretari, quæ voluntas deorum immortalium eſſe videatur. pro Planc. 80. Qui ſancti? qui religionum colentes? niſi qui meritam diis immortalibus gratiam iuſtis honoribus & memori mente perſoluunt? 1. de Nat. 3. Pietas, ſanctitas, religio, quæ omnia purè & caſtè deorum numini tribuenda ſunt. 1. de Inu. 2. Nondum diuinæ religionis ratio colebatur. 1. de Nat. 61. Ego ipſe pontifex, qui cærimonias & religiones publicas ſanctiſſimè tuendas arbitror. pro Dom. 104. Autor & magiſter publicæ religionis. Ibidem. Qui religionem è domo pontificis maximè eripuit, & in eam intulit. 6. Verr. 94. Mercurius apud Tyndaritanos ſumma religione colebatur. de Ar. 28. Quæ per ſe ſemper ſumma religione coluerunt. pro Corn. 55. Sacra Cereris ſumma religione cerimoniáq; confici ſolita. 2. de Leg. 55. Totáque huius iuris compoſitio pontificalis magnam religionem cærimoniámque declarat. pro Do. 126. Dedicatio magnam habet religionem. 2. de Diuin. 148. Sacris cærimoniíſque retinẽdis maiorum inſtituta tueri, ſapientis eſt. Poſtquàm in Sen. 33. Mecum deorum omnium ſanctitates omnes & religiones affuerunt. pro Dom. 1. Pontifices religiones ſapienter interpretando. Ibid. 31. Alio modo conſtituere de religione pontificum, quàm ius cærimoniarum cogat. Ib. 140. Qui aram in littore deſerto ſomniis ſtimulatus aut religione aliqua conſecraret. 6. V. 113. Tanta religione obſtricta eſt tota prouincia, tanta ſuperſtitio mentes illorum occupauit, vt, &c. pro Dom. 124. Nunquid igitur is bona Lentuli religionibus religauit? 2. de Inuent. 1. Fani ſiue templi religio. 5. Verr. 134. Sancta religio ſocietatis. pro Flacc. 9. Teſtimoniorum religionem & fidem nunquàm iſta natio coluit. pro Qu. R. 45. Fides & religio iudicis. 11. Famil. 29. Sum admiratus fidem tuam, & in conſilio dando religionem. 5. Ver. 2. Declinare à religione officij in aliqua re. pro Syll. 10. Sin eſt in me ratio reip. religio priuati officij, nihil minùs, &c. pro Mur. 1. Si illa ſolennis comitiorum precatio tantam habet in ſe vim & religionem, quanta, &c. pro Rab. 30. Mentes, quæ ex hominum vita ad deorum religionem ſanctimoniámque demigrarunt. pro Font. 20. Religio iuriſiurandi, ac metus, deorum immortalium in teſtimonio dicendo. ibidem. Cæteræ gentes pro religionibus ſuis bella ſuſcipiunt, iſte contra omnium religiones. 12. Atti. 42. Ego me maiore religione, quàm quiſquam fuit illius voti, obſtrictum puto. de Clar. 292. Si aſſeueramus, religio tam nobis adhibenda eſt, quàm ſi teſtimonium diceremus. Or. 36. Hac ego religione non ſum ab hoc conatu repulſus. de Clar. 282. Orat. nimia religione attenuata. Orat. 25. Eorum religioni cùm ſeruiret orator, nullum verbum inſolens ponere audebat. pro S. R. 66. Magnam vim, magnam neceſſitatem, magnam poſſidet religionem paternus maternúſque ſanguis. pro Cecin. 97. Cùm Cotta decemuiris religionem inieciſſet, non poſſe ſacramentum noſtrum iuſtum iudicari, quod, &c. pro Cecin. 98. Vt religione ciuitas ſoluatur. 1. contra Rul. 5. Siue ad oblatam aliquam religionem. 3. C. 15. Quæ religio C. Mario non fuerat, quò minùs Glauciam prætorem occideret. ibidem. Ea nos religione in P. Lentulo puniendo liberati ſumus. 2. contra Rul. 80. L. Sylla omnia ſine vlla religione, quibus voluit, dilargitus eſt. 2. de Nat. 10. Gracchus cùm rem illam in religionem populo veniſſe ſentiret, rem ad Senatum retulit. 2. de Or. 368. Sed vide, ne quid Catulus attulerit religionis: opus hoc cenſorium eſt: id autem committere vide, &c. 10. Fam. 12. Oblata religio Cornuto eſt pullariorum dediſſe. 2. Offi. 51. Nec tamen vt hoc fugiendum eſt, ita habendum eſt religioni contrarium, nocentem aliquando defendere. 1. de Diu. 77. Nec eam rem habuit religioni, obiecto ſigno, ne committeret prælium. I. P. 58. Pontinius ſuſceptis religionibus impeditur. Poſtq. ad Quir. 11. Lentulus de ſolenni religione retulit. Anteq. 14. Illi quorum animus eſt religionis pietate defunctus. pro Syll. 70. Qui peruerſam atque impiam religionem recordatur, qui illũ nefariè cogitaſſe miretur? Part. 78. Religio eſt iuſtitia erga deos I. P. 50. Pub. Lentulus prouinciam, quam habebat, interpoſita religione depoſuit. 1. A. 13. Ne inexplicabiles religiones in rẽpublicam inducerentur. 2. de Leg. 26. Tum maximè religionem & pietatem verſari in animis, cùm rebus diuinis operam damus. Ibid. 29. 30. & 31. Confiteri religiones. pro Mil. 74. Expiare ſolennes religiones ſupplicio alicuius. pro Deiot. 16. Deiotarum fide & religione vitæ defendendum puto. 6. V. 78. Tibi illa Diana religionem nullam attulit. 5. V. 144. Deſinat putare ſe emere, quam ipſe ſemper venalem habuit, religionem. 3. de Natur. Ne ſuſceptas publicè religiones diſputatio talis extinguat.

†Adiunct. Antiqua, communis omnium gentium, externa atque aliena, maximæ, mira, priſtina, ſingularis, atque antiquiſſima, 6. Verr. Communis, 2. de Diuin. Diuina, domeſtica, magna, muliebres, publica, ſempiterna, tanta, pro Dom. Diuinæ atque humanæ, ſancta ſocietatis. 7. Verr. Externa, maxima, priuatæ, publicæ, ſacræ, ſumma, de Aruſp. Ficta, 1. Fam. & 1. de Diu. Fœdæ, iuſta, priuata, vtilis, 2. de Leg. Inexpiabiles, 14. Phil. & 1. de Inuent. Maior, veteres, pro Cluent. Nimia, de Clar. Peruerſa, atque impia, pro Syl. Pura, 1. de Leg. Sanctiſſimæ, ſolennes, pro Milo. Sanctiſſimæ, antiquiſſimæ, pro Seſt. Solennis, Poſtq. ad Quir.

☞ Syntaxis. *Pio cultu religio continetur. Cultum Dei & puram religionem ſuſcipere. Cærimoniæ, religionéſque in deos. Religionis colentes. Pietas, ſanctitas, religio. Dedicatio magnam religionem habet. Religione obſtringi. Bona alicuius religionibus religare. In conſilio dando religio. Attenuata oratio nimia religione. Inijcere religionem. Religione aliquem ſoluere. Id in religionem illi venit. Oblata religio. Habere aliquid religioni. Religionis pietate defunctus animus. Religiones expiare ſolennes alicuius praui ſupplicio.*

Religiose, *bona fide, candidè, ſanctè, accuratè.* 13. Fa. 17. Faciámque id, quod debent facere ij qui religioſè & ſine ambitione commendant: ſpondebo enim, tibi, &c.

Religiosvs, *ſumma religione præditus, ſanctus, colens religionis, auguſtus.*)(*.impius.* 2. de Nat. 72. Qui omnia quæ ad cultũ deorum pertinerent, diligenter pertractarent, & tanquàm relegerent, ſunt dicti religioſi ex relegendo. 3. Qu. Fr. 1. Vir natura ſanctus & religioſus. 6. V. 7. Homines integri, innocentes, religioſi. in Vat. 1. Religioſus teſtis. pro Cecin. 26. In teſtimonio dicendo religioſus. pro Flac. 23. Natio minimè in teſtimoniis dicendis religioſa. 2. de Orat. 184. Iuſtus, integer, religioſus perferens iniuriarum. pro Rab. 7. De locis religioſis & delubris. pro Planc.

Plan.86. Altaria religioſiſſima. de Aruſp.12. Quod tres pontifices ſtatuiſſent, id ſemper omnibus ſanctum, auguſtum & religioſum eſſe viſum. 1. de Inu.48. Religioſum eſt, quod iurati legibus iudicauerunt. de Ar.33. Tu meam domum religioſam facere potuiſti. pro Pomp.65. Quod fanum putatis noſtris magiſtratibus religioſum? quam ciuitatem ſanctam? quam domum ſatis clauſam ac munitam fuiſſe? pro Fla.20. Qui nullo impellente fallebat, eos vrgente Lælio timidos ac religioſos fuiſſe putamus? Or.27. Atticorum aures teretes & religioſæ. 9. Att.4. Itaque alter religioſus etiam nunc dies, alter in vulgus ignotus. 3. Qu.Fr.4. Dies erant duo, qui poſt Latinas habentur religioſi. *Incer. Qui fuit locus religioſiſſimus, is erit deſertiſſimus.

¶ *Superſtitioſus.* 2. de Fin.22. Atqui reperiemus aſotos, ita non religioſos, vt edant de patella.

☞ Syntaxis. *Religioſè aliquem alicui commendare. Natura ſanctus & religioſus. Integer, innocens, religioſus: Sanctum, auguſtum, religioſum. Religioſam facere domum alicuius. Aures teretes & religioſæ.*

RELIGATVS, *alligatus.* 2. de Inu.154. Funiculus à puppi religatus. 1. Tuſcul. 105. Trahit Hectorem ad currum relegatum Achilles.

RELIGO, *vincio, colligo.* pro Dom. 124. Nunquid igitur is bona ♣ Lentuli religionibus religauit? ‖ *Aliàs*, obligauit.

RELIGOR. Antequàm.15. Manus ad demonſtrandam religantur iniuriam.

RELINQVENDVS. pro Cæl.46. Omittendæ ſunt omnes voluptates, relinquenda ſtudia delectationis, ſermo familiarium deſerendus.

RELINQVITVR, *id eſt, conficitur, ſequitur: idq́; in argumentorum concluſione.* 1. de Inu.12. & 45. & 2. de Diu.14. Ita relinquitur, vt ea diuinari poſſint, quæ, &c. *Lege*, SEQVITVR.

RELINQVO, *linquo, reliquum vel reliqui facio, miſſum facio, relictum eſſe patior, mitto, deſero, dimitto, relictum facio, tardo, prodo, remoueo, diſcedo.* pro Mur.68. Quod dubium eſt, id relinquere incertum: quod dubium non poteſt eſſe, id iudicare. I.V.26. Qui in ſumma copia optimorum adoleſcētium pari virtute reliquit neminem. pro Qu. 49. Vita turpis ne morti quidem honeſtæ locum relinquuit. 1. Fam. 1. Sed planè nec precibus noſtris, nec admonitionibus reliquit locum. de Cl.38. Vt memoriam concinnitatis ſuæ relinqueret. 6. At.3. Videatúrne aut pietatis eſſe meæ fratrem relinquere, aut diligentiæ, nugarum aliquid relinquere. 2. Fa.15. Si Qui. fratrem reliquiſſem, dicerent iniqui, non me planè poſt annum ex prouincia deceſſiſſe, quoniam alterum me reliquiſſem. 1.V.16. Hoc non modò in oratione mea non pono, ſed ne in opinione quidem cuiuſquam relinquo. Ibid 26. In quo quid poſſim efficere, malo in aliorum ſpe relinquere quàm in oratione mea ponere. 2. de Or.130. Relinquere aliquem hæredem teſtamento. pro S.R.20. Nam fundos treis & decem reliquit. 5.V.105. Audîſtis hæc omnia, quæ nunc ego prætereo ac relinquo. de Pro.6. Omitto iuriſdictionem contra leges, cædes relinquo, libidines prætereo. 1. de Or.23. Non contemno ea, quæ Græci dicendi artifices reliquerunt. Ibid.68. Duo illa relinquamus, ídque largiamur inertiæ noſtræ. 2. Tuſ.31. Relinquere multa officia. 1. Ac.36. Neutra autem in mediis relinquebat. de Clar. 2. Et prudentiæ ſuæ triſte nobis deſiderium reliquerat. pro Cec. 50. Aliquem non ſolùm relinquere, ſed etiam prodere. 5. Att.21. Seducit me Scoptius, rogat vt rem ſic relinquam. 2. Fa.16. Satis amplum patrimonium relinquam in memoriam nominis mei. 6. At.1. Ecce autem puſilla epiſtola, quam non relinquā ἀναντιφώνητον. pro Arch. 30. An cùm ſtatuas & imagines non animorum ſimulachra, ſed corporum, ſtudioſè multi ſummi homines reliquerunt, conſiliorum relinquere ac virtutum noſtrarum effigiem nónne multò malle debemus? 2. Fam. 3. Aut certè teſtatum apud animum tuum relinquam quid ſenſerim. pro Cluen.126. Quem iidem iſti cenſores ærarium reliquiſſent. de Clar. 106. Iſque & orationes reliquit & annales. pro Mur.32. Quem L. Muræna vehementiſſimè vigilantiſſiméque vexatum, ♣ repreſſum magna ex parte, non oppreſſum, reliquit. ‖ pro Cec. 103. Ius ſuum diſſolutè relinquere. pro Dom.97. pro Syll.88. *bis.* 10. At.11. *Incer. Hipocrates nobiliſſimus medicus ſcriptam reliquit. ibidem.

*Iam mare Tyrrhenum longò penitúſque palumbes*
*Reliquit.*

RELINQVOR. pro Cec.100. Non adimitur iis ciuitas, ſed ab his relinquitur atque deponitur. 1. contra Rull.17. Ne libertatis quidem retinendæ ſpes relinquitur. pro Ceci.9. Nunc verò quis eſt, qui vim armatis hominibus factam relinqui putet oportere? 5.V.114. Multis autem non ſolùm granum vllū, ſed ne paleæ quidem ex omni fructu, atque ex annuo labore relinquerentur. 2. de Fin.45. Vt perexigua pars ipſi relinquatur. &c.44.

† ADVERB. Admodùm nihil, 2. de Orat. Cupidè, 1. ad Q. Frat. Diſſolutè ius ſuum, pro Cec. Feliciter, 7. Fam. Fortiter, ſapienter vrbem, 16. Fam. In-perpetuum, pro Cluent. Indignè oppidum, 5. Famil. Largiter in animis, Antequàm iret in exil. Omninò, 4. Acad. Omninò nihil ſcripti, de Clar. Omninò nullam memoriam, 2. Off. Planè, 1. Tuſ. Prorſus nihil domi, 3. Verr. Planè locum, 1. Fam. Planè ludos, in Piſo. Studioſè ſtatuas, pro Arch. Turpiter obſeſſionem, 10. Famil.

RELIQVIÆ, *reſidua.* 2. de Natur.138. Cibi reliquiæ depelluntur tū aſtringentibus ſe inteſtinis, tum relaxantibus. ad Br.3. Reliquias hoſtium Brutus perſequitur. 9. Fam. 16. Magnæ reliquiæ cœnarum. pro Syl.1. In his priſtinis fortunæ reliquiis miſeris & afflictis. pro Dom.96. Vidi, ſi viciſſem, tenues reip. reliquias: ſi victus eſſem, nullas futuras. pro Qu. 50. Bonorum emptores quaſi carnifices conueniunt, ad vitæ reliquias lacerandas. 2. de Leg.56. C. Marij ſitas reliquias diſſipari iuſſit Sylla. 14. Fa. ♣ 2. ‖ 10. 11. Quod reliquum eſt.

¶ *veſtigia.* 2. de Diuin.140. Reliquiæ earum rerum mouentur in animis, de quibus vigilantes cogitauimus.

† ADIVNC. Anguſtæ, tenues, pro Dom. Egentes, ep. ad Oct. Illuſtres, miſeræ & afflictæ, pro Flac. Immortuæ coniurationis, 1. Atti. Intermortuæ, in Piſo. Magnæ, 9. Famil. Meliores, 4. Attic. Priſtinæ dignitatis, pro Syll.

RELIQVVS, *reſiduus, reiectus, reliqua pars.* 1. Att.11. Qu. frat. Argiletani ædificij reliquum dodrantem emit. 16.16. Vt pecuniam reliquam Buthrotij ad diem ſoluerēt. 1. Off.160. Deinceps gradatim reliqua reliquis debentur. 3. de L. 16. Si vnus omnibus reliquis magiſtratibus imperabit. Poſtq. in Sen.22. Si mihi nullum eſſet officium in omni vita reliquum, niſi, &c. ibidem. Tamen exiguum reliquæ vitæ tempus ad commemorandam gratiam mihi relictum putaretur. 4. V. 65. Erant mihi oppida cōplura etiam reliqua, quæ adire vellem. pro Clu.22. Hunc tantùm unum ex multis fortuna reliquum eſſe voluit. 9. Fam. 15. Neminem præter te reliquum habeo, in quo, &c. 13.39. Ex qua familia reliquus eſt. M. Titurnius. 9. 18. Potes mulo iſto, quem tibi reliquum dicis eſſe, quando canterium comediſti Romam peruehi. 1. Verr. 18. Si qua ſpes reliqua eſt. 1. contra Rull.13. Deinde reliquum tempus ſancit, &c. 10. Fam.7. In reliquum. 1. At.14. Alexandria, reliquáque Ægyptus. 1. de Diu.68. Reliqua diuinationis breui confecta ſunt. 3. Attic.8. Hæc cura addita, vix mihi vitam reliquam fecit. 3. Fam.13. Nullum onus officij cuiquam reliquum feciſti. 4.V.185. Quibus iſte nihil reliqui fecerat, & quibus aliquid reliqui fuerit. 5. 104. Duarum ciuitatum mihi reliquos feci agros. 2. de Fin.101. Cùm reliqui nihil ſit. de Prou.7. Qui locus in Græcia tam ſanctus eſt, in quo nullum ſimulachrum reliquum ſit. 1. Offic.59. Addendo deducendóque videre, quæ reliqui ſumma fiat. pro Syll.89. Quod fortuna in malis reliqui fecit. ibid. Quid enim eſt huic reliqui? quod, &c. de Ami.6. Qualem in reliqua Græcia reperiri neminem, Athenis vnum accepimus, &c. 1. Qu. Fr.1.34. Non de reliqua & ſperata gloria laboramus, ſed de parta dimicamus. *de reliqua: id eſt, futura.* pro Seſt.73. Spe reliquæ tranquillitatis præſentes luctus fugi. *id eſt, futura.* 16. Att.12. De reliquo quid ego tibi dicam? 6. Fam.20. De reliquo ita velim tibi perſuadeas, &c. 1. de Or.100. De reliquo iam noſtra culpa erit, ſi te dimiſerimus. 7. Fam.31. Quod quando vterque noſtrûm conſecutus eſt, reliquum eſt, vt officiis certemus inter nos, &c. 6. At.4. Paucos dies habebam reliquos annui muneris. Ibid.5. Dies enim XXXIII. erant reliqui. 15. 15. Cùm ex reliquis, quæ Non. April. facit, abundare debeam, cogor mutuari. 5.V.115. Quibus nihil non modò de fructu, ſed ne de bonis quidem ſuis reliqui fecit. Ibid. 126. Reliqui: quo ex bello? qua ex vaſtitate? ibid. Reliquos aratores collegiſſe & recreaſſe videatur. ibid. Reliquos hos eſſe ex tuo ſcelere, importunitate, auaritia, crudelitate. Ibid. Reliquos propè lugubri verbo calamitatem prouinciæ Siciliæ ſignificat. ♣ ‖ 2. At.10. Acta quæ eſſent vſque ad 8. Kal. Iun. Cognoui ex tuis literis, reliqua expecto. Ibid. 8. Reliqua quàm mihi timenda ſunt video. 5. V. 103. Agros decumanos, &c. Ex omni reliquo vectigales fuiſſe. pro Syl.88. Vita reliqua. 5.V.128. In reliquum tempus vectigalibus proſpexi. 10. Attic.11. Si ſpes tuæ reliquæ tibi caræ ſunt. 3. Off.35. Quàm reliqua omnia. 7. Attic.14. Reliquum eſt vt quid agatur, &c. explores. pro Corn.2. Reliqui ſunt de conſularibus inimici.

☞ Syntaxis. *Nullum iam eſt mihi officium reliquum in omni vita, niſi. Ex qua familia reliquus eſt Cæſ. In reliquum. Nullum officium cuiquam reliquum facere. Addendo, deducendoq́; quid reliqui tandem? De reliquo quid dicam?*

RELVCEO, *refulgeo.* 2. de Nat.107. Stella relucet. &c. in Ar.

REMA. 1. de Diuinatione 107.

*Certabant, vrbem Romam Remámne vocarent.*

REMANENDVM. 10. Att.11. Literæ, quibus maximè ad remanendum commoueri poſſes.

REMANEO, *maneo, reſto, reſideo.* Antequàm.8. Liceat manere, ſi non illum Tullium, &c. at certè reliquias Tullij liceat in vrbe remanere. 4. Aca.148. Catulus remanſit, nos diſceſſimus. 6. Fam. 3. Aut eorum qui diſceſſerint, aut eorum qui remanſerint. 7. At. 14. Mulieres noſtræ præter cæteras Romæ remanſerunt. 8.24. Quod Lentulum voluiſti hîc remanere, Cæſari gratum. 1. Off. 36. Catonis filius amore pugnandi in exercitu remanſit. 1. C.7. Cùm tu diſceſſu cæterorum, noſtra, qui remanſimus, cæde contentum eſſe dicebas. pro S. R. 27. In qua muliere veſtigia antiqui officij remanent. pro Pomp. 54. Rhodiorum vſque ad noſtram memoriam diſciplina naualis remanſit. 1. Offic. 36.



UNED

A peregrino enim receſſit,& propriè in eo qui contra ferret arma remanſit. 1. Tuſcul. 26. Sed fac, vt iſti volunt, animos non remanere poſt mortem. 9. At. 4. Proximè te gaudere oſtendunt, me remanſiſſe.

†ADVER. Propriè, 1. Offic.

REMANSIO, *manſio*, 3. Qu. Fr. 1. Tuam remanſionem etiam atque etiam probo. pro Lig. 4. Profectò cèrtè animum tuum non debet offendere: num igitur remanſio? *bis.*

REMEDIVM, *medicina, medicamentum, cautio, prouiſio, fomentum.* 1. V. 9. Hoc vnum his tot incommodis remedium eſſe arbitror. 5. Fam. 12. Remedia incommodorum. Ibid. 15. Sed quòd illius tanti vulneris, quæ remedia eſſe debent, ea nulla ſunt. pro Syll. 66. In aduerſis fortunis ſine vllo remedio atque alleuamento permanere. 13. A. 25. Veneficũ appellas eum, qui tuis veneficijs remedia inuenit. pro Cl. 67. Is acrioribus remediis ſaluti ſuæ ſubueniendum putauit. 1. V. 70. Hoc remedium eſt ægrotæ ac propè deſperatæ reipublicæ. pro Cl. 27. Quærere remedium ad aliquam rem. 2. de N. 126. Pantheræ remedium habent, quo cùm ſint vſæ, non moriuntur. 7. V. 26. Ad magnitudinem frigorum præclarum ſibi hoc remedium comparat. 5. Tuſ. 74. Remedia ad tolerandum dolorem. ad Oct. Nulla remedia, quę vulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, quàm quæ ſunt ſalutaria. 5. V. 129. Vt homines iniuriæ tuæ remedium morte ac ſuſpendio quærerent.

†ADIVNC. Acriora ſubii, multa, pro A. Cluent. Præclarum, 7. V. Salutaria, ep. ad Octau.

☞ Syntaxis. *Incommodorum remedia. Remedium & alleuamentum. Remedium morbo adhibitum, ſalutare, dolorem faciens.*

REMEO, *remigro, redeo.* 2. de Nat. 118. Neque remearet aër, cuius ortus aqua omni exhauſta eſſe non poſſet.

REMEX, *qui remos, agit.* 7. V. 85. Claſſis infirma propter dimiſſionem propugnatorum & remigum. 6. 76. In nautis remigibúſque exigendis. pro Flac. 31. Imperare remiges. 2. de Diu. 114. Remex ille de claſſe Coponij. 12. Fam. 13. Habere delectum remigum. 2. de Or. 40. Remigem aliquem aut baiulum nobis oratorem deſcripſeras. 13. Att. 21. Arbitrabar ſuſtineri remos, cùm inhiberi eſſent remiges iuſſi. ‖ 1. de Or. 153. Cùm remiges inhibuerunt. 3. Tuſc. 66. Vt remiges hortarentur.

†ADIVNC. Veſanus, 2. de Diu.

REMIGATIO, *impetus pulſúſque remorum, remigium.* 13. At. 21. Inhibitio autem remigum motum habet, & vehementiorem quidem remigationis, nauem conuertentis ad puppim.

REMIGIVM, *remigatio, vel remigum multitudo.* 5. Tuſc. 114. Quę acies, quod remigium, &c.

REMIGO, *nauem remis propello.* 13. At. 21. Non enim ſuſtinet remos, ſed alio modo remigant. 4. Tuſcul. 9. Vtrùm igitur mauis nos ſtatim vela facere, an quaſi è portu egredientes paululùm remigare.

REMIGRO, *redeo, remeo.* 9. Fa. 18. Romam tibi remigrandum eſt. 5. Tuſc. 62. Atque ei ne integrum quidem erat, vt ad iuſtitiam remigraret. 1. Ac. 13. Remigrare in domum veterem è noua. 1. Tuſc. 118. Remigrare in domum ſuam.

REMINISCENDO. Ibidem. 57. Declarat ſe non tum illa diſcere, ſed reminiſcendo recognoſcere.

REMINISCENS. pro Lig. 36. Aliquem de re aliqua reminiſcentem recordari. Antequàm. 11. In noſtro euentu aliorum reminiſcentes caſus.

REMINISCOR, *recordor.* 4. Fa. 5. Ea potiùs reminiſcere, quæ digna tua perſona ſunt. 1. Tuſ. 29. Reminiſcere quę tradantur myſteriis. de S. 79. Homines ſcire pleraq; antequàm nati ſint, quòd iam pueri cùm artes difficiles diſcunt, ita celeriter res innumerabiles arripiunt, vt non tum primùm accipere videantur, ſed reminiſci & recordari.

☞ Syntaxis. *Reminiſcentem recordari. Reminiſcor atque recordor.*

REMISSE, *leniter.* 3 de Orat. 100. Agere verſum leniter, remiſſè, nõ actuoſè. pro Cæl. 33. Remiſſè, leniter, vrbanè agere cum aliquo. )( *.grauiter, ſeuerè, priſcè.* 6. V. 76. Iſte nihilo remiſſiùs atque etiam vehementiùs inſtabat. 1. de Orat. 254. Tu qui multò dicis remiſſiùs & leniùs quàm ſolebas. pro S. R. 11. Omnes hanc quæſtionem te prętore de manifeſtis maleficiis quotidianóque ſanguine haud remiſſiùs ſperant futuram.

☞ Syntaxis. *Remiſsè, leniter, vrbanè agere, dicere.*

REMISSIO, *languor, abiectio.* 5. Fa. 2. Si humanitas appellanda eſt in acerbiſſima iniuria, remiſſio animi & diſſolutio. 9. 24. Remiſſio animorum. )( *.ſeueritas.*

¶ *Deiectio, diminutio, inclinatio.* de Clar. 313. Remiſſio & moderatio vocis. 2. de Or. 212. Remiſſio lenitatis in oratione. 1. 261. Demoſthenes vna continuatione verborum binas contentiones vocis & remiſſiones continebat.

¶ *Intermiſſio.* de Amic. 78. Tales igitur amicitiæ ſunt remiſſione vſus leuandæ.

¶ *Decrementum, detractio.* 7. Fa. 26. Iam ſeneſcentis morbi remiſſio. 4. C. 13. Remiſſio pœnæ.

¶ *Deiectus, relaxatio.* 1. Off. 146. Oculorum obtutus, ſuperciliorum remiſſio, aut contractio.

¶ *Otium, ſolatium.* 2. de Orat. 22. Ad omnem animi remiſſionem ludúmque deſcendere. pro Cęl. 39. Quem non quies, non remiſſio delectaret. ‖ 2. de Orat. 72. Tum ad remiſſionem animi, tum ad triſtitiam, &c. contorquendus.

†ADIVNC. Humaniſſima, ac liberaliſſima, pro Arch.

REMISSVRVS. 10. Famil. 9. Vt ſine his nihil de meo ſtudio perſeuerantiáque ſim remiſſurus. 3. Ver. 30. Menſes mihi tres cùm eripuiſſetis ad agendum maximè appoſitos, reliquum omne tempus huius anni me vobis remiſſurum putaſtis.

REMISSVS, *lenis, demiſſus, contractus.* )( *.acer, contentus.* pro Cæl. 13. Cùm triſtibus ſeuerè, cum remiſſis iucundè viuere. 2. de Ora. 193. Leni animo & remiſſo eſſe. Poſtq. ad Quir. 23. Qui vlciſcendo remiſſior fuit. 4. C. 12. Sin remiſſiores eſſe voluerimus. 3. de Fin. 2. Remiſſus in diſputando. )( *.acer in diſputando.* pro Mur. 52. Remiſſior in petendo. 1. de Or. 154. Tardiores tibicinis modos & cantus remiſſiores facere. 2. 95. Quædam dicendi meliora & remiſſiora genera viguerunt. Orat. 56. Contenta vox. )( *.remiſſa vox.* de Sen. 28. Sermo quietus & remiſſus.

¶ *Timidus.* 6. A. 3. Hodiè neſcio qua re obiecta Senatus remiſſior fuit. pro Font. 3. Maſſilienſes Gallicorum bellorum pericula populi Rom. copiis remiſsíſque compenſarunt. *aliàs*, armíſque compenſarunt, *& fortè meliùs.* 1. de Diu. 123. Reſpondit in agro ambulanti ramum adductum cùm remiſſus eſſet, in oculum recidiſſe. pro Syl. 47. Noli putare, id omninò à me eſſe omiſſum, ſi quid eſt tibi remiſſum atque conceſſum. 3. ad Her. 48. Si huic fuerit remiſſum.

☞ Syntaxis. *Lenis & remiſſus animus. In vlciſcendo remiſſus.*

REMITTO, *retrò mitto.* 7. Att. 22. Mulieres, vt ſcripſeram ad te, Romam remittebam. 9. 11. Demetrij librum de concordia tibi remiſi. 16. Fa. 5. Volebam ad te Marionem remittere, quem ad me mitteres, cùm, &c. Top. 19. Remittere nuncium.

¶ *Dimitto,* pro Clu. 6. Opinionem iam mente antè comprehenſam, libenti animo remittere. pro Planc. 56. Vt eorum reprehenſionem vos veſtræ prudentiæ aſſumere, meæ modeſtiæ remittere debeatis.

¶ *Codono, concedo.* 5. Fam. 10. Meam animaduerſionem & ſupplicium, quo vſurus eram in eum quem cepiſſem, remitto tibi & condono. 5. V. 219. Verùm hoc quoque vobis remitto. 1. de Or. 246. In qua tibi remitunt omnes iſtam voluptatem, & ea ſe carere patiuntur. *id eſt,* relinquunt. pro Plan. 73. Tibi remitto atq; concedo, vt eum defendas. 14. Attic. 14. Ego verò tibi iſtuc mi Antoni remitto. 2. de Leg. 24. Remitto hoc tibi. pro Flac. 38. Neque in toto Acmonenſium teſtimonio commouebor: etenim quibus iſtam laudationem remittam. pro Syll. 84. Sed etiamſi quid mihi conceditur, id reddo ac remitto. 4. Ac. 106. Sed tibi aut concedendum eſt ita eſſe, aut memoriam mihi remittas oportet. *id eſt, concedas memoriam eſſe.* 1. Qu. Fr. 2. Te rogo, vt procuratoribus Flauij remittas de diminuendo, & de Apollonenſibus ne quid perſcribas. 10. Atti. 3. Queſti ſunt, quòd non idem quoque ſibi quod mihi remiſiſſet.

¶ *Minuo, diminuo, detraho.* 5. V. 82. Remittere alicui de ſumma. 1. A. 12. Remittere aliquid de ſeueritate cogendi. 1. V. 48. Ex eo quod ipſe poteſt in dicẽdo, aliquantùm remittet. de Clar. 202. Ad infirmitatẽ laterũ perſciẽter contentionẽ remittere. 8. A. 19. Remittere iracundiã. pro R. P. 31. Nec enim fuit Gabinij, remittere tantum de ſuo. 3. V. 150. Remiſit D. Bruto c x. millia. 7. 58. Remiſiſti quod non opportebat, accepiſti quod non licebat.

¶ *Trado.* 10. Atti. 18. Dionyſio ego quidem non modò placabilem me præbuiſſem, ſed totum remiſiſſem.

¶ *Profero, produco.* 6. V. 21. Nauem imperare ex fœdere debuiſti, remiſiſti in triennium.

¶ *Laxo, relaxo.* 2. de Leg. 38. Varius canendi ſonus tum remittit animos, tum contrahit. *Hortenſ. Quæro enim non quibus intendam animum rebus, ſed quibus relaxem ac remittam.

¶ *Sedor, demulceor.* de Clar. 130. Qui cùm remiſerant dolores pedum, non deerat in cauſis. 10. At. 6. Iſte ardet furore, nec remittit aliquid, ſed indies ingraueſcit.

¶ *Intermitto.* 4. de Fin. 77. Vrgent tamen, & nihil remittunt.

¶ *Perdo,* 3. V. 25. Hic tu fortaſſe eris diligens, ne quam horam de meis legitimis horis remittam.

¶ *Abijcio.* 6. 137. Requieſcere, & curam animi remittere.

¶ *Contraho.* Or. 59. Intendere & remittere ſonum vocis.

¶ *Depono, relinquo.* 8. A. 25. Prouinciam remitto, exercitum depono. Br. 15. Italiæ ſuæ vobis ſtudia profitenti remiſiſtis. 7. A. 2. Antonius remittit nobis in Galliam citeriorem.

†ADVERB. Aliquantulùm, 8. Philip. Diſſolutè, largiter, per ſcienter, ep. ad Brut. Quamprimùm tabellarios, 14. Famil, Rectè, 3. Ver. Tardiùs, 10. Attic.

REMOROR, *retineo, retardo.* pro Pom. 40. Sed hæ res quæ cæteros remorari ſolent, non retardârunt. 3. Attic. 13. Scio te me his epiſtolis potiùs & meas ſpes ſolitum eſſe remorari. 1. C. 4. Non vnum diem poſteà L. Saturninum mors & reip. pœna remorata eſt. 1. ad Her. 26. Ne parua quidem dubitatio poteſt remorari damnationem. Antequàm. 14. Ne calamitas remorata longiùs

longiùs ſerpat atque progrediatur, præcauete.

REMOTIO.2.de Inu.86.Remotio criminis eſt,cùm intentio facti in alium, vel in aliud dimouetur.

REMOTIVS, *aduerb*.1. de Nat.88. Stellæ aliæ propiùs à terris, aliæ remotiùs,&c.ſpatia conficiunt.

REMOTVS, *alienus, abhorrens*. 5.Fa.4. Si quiſquam fuit vnquàm remotus & natura,& ratione, atque doctrina ab inani laude,& ſermonibus vulgi,ego profectò is ſum.2.de Inu.56.Hoc à religione & ſapientia veſtra remotiſſimum eſt.5.V.193. Defenſio remota ab vtilitate reipublicæ, & ſeiuncta à voluntate legis.7.69. Remotus à nauigando.14.At.12.Veſtorius homo remotus à dialecticis.1.de Inu.8.Procul remotus à vero. pro Clu.2. Altera pars,quæ procul à iudicio remota eſt.2. de Inu. 164. Hoc à breuitate præcipiendi remotum eſt. Ibid. 67. Hæc à vulgari intelligentia remotiora ſunt.1. Off.63. Scientia quæ eſt remota à iuſtitia,calliditas appellanda eſt.2.cont.Rull.31. Cùm tu à Gracchi æquitate ac pudore longiſſimè remotus ſis. Orat.32. Sermo à forenſi ſtrepitu remotiſſimus.pro Font.11. Teſtis cupidus,iratus,ab religione remotus.13.Fam.10.A cupiditate remotiſſimus.

¶ *Diſtans*. 1.de Inu.39. Res à memoria noſtra remotæ.7.V.79. Locus arbitris remotus. pro S.R. 130. Ego hæc à Chryſogono mea ſponte remoto Sex.Roſcio,quæro.

¶ *Deiectus*,1.Q.Fr.1.20. Sublata latrocinia, cædes repreſſæ,oppidorum furta eſſe depulſa,remotam illam calumniam, &c.‖7.V.80.Remotus & ablegatus vir.

¶ *Immunis*. pro Mur.73.Ille à culpa remotus eſt.

¶ *Omiſſus,poſthabitus,dimiſſus*.2.de Nat.98. Remota ſubtilitate diſputandi.7.Fam.11.Et remoto ioco.pro S.R.94.Longè abſum ab eo crimine. *Lege*, ABSVM.

¶ *Solitarius*. 7.Fam.20. Locus remotus,ſalubris,amœnus.

† ADVERB. Longè à ſuſpicione, 10.Famil. Longiſſimè à pudore, 2. cont.Rull.

REMOVEO, *amoueo, dimoueo,moueo,abduco, aufero,reijcio,deduco, ſubduco,transfero,arceo,abſtraho,auoco,auerto,deterreo,deprecor,deteſtor, deriuo*.2.de Orat.309. Ea ſecerni arbitror oportere,& ex oratione remoueri.pro S.R.23.Multa palàm domum ſuam auferebat,plura clàm de medio remouebat.16. Fam.12. Accepimus conditiones, ſed ita vt remoueat præſidia ex iis locis quæ occupauit. 2. contra Rull.22. Remoue te à ſuſpicione alicuius commodi. pro Clu.43. Remouere ſe ab aliquo negotio. 10.Fa.18.Remouere ſe à certamine.4.At.8.Quid ſit,quòd ſe à me remouit,ſi modò remouit,ignoro.pro Domo 22. Quòd idem in poſterum M.Catonem tribunatu tuo remouiſſes. Orat. 5. Sed ne opifices quidem ſe artibus ſuis remouerunt. 10. Att.18. Tu nouum morbum remouiſti.2. Qu.Fr.5. Catonem Lentulus à legibus remouit.1.Offic.69. Multi & ſunt & fuerunt,qui eam quàm dico tranquillitatem expetentes, à negotiis publicis ſe remouerunt,ad otiúmque perfugerunt. de Ami.79. Remouere ſe ab amicitia alicuius.

† ADVERB. Bellè à ſe ſermonem,3.de Orat. Diligenter ab emptionibus,6. Verr.Honeſtè tabulas,4.Ver.In poſterùm tribunatu,pro Dom. Parumper gladios,2.Philip.

☞ Syntaxis. *Remouere præſidia ex locis,ſe à ſuſpicione, à certamine, ſe ab aliquo,ſe artibus ſuis. A legibus remouit Catonem Lentulus. Se remouere à negotijs publicis.*

REMVNERANDVS. Poſtquàm ad Quir. 22. Vlciſcendæ iniuriæ facilior ratio eſt quàm beneficij remunerandi. ibidem 23. In beneficiis remunerandis. 15.Fam. 13.Tibi ad me ornandum ſemper datur facultas, mihi ad remunerandum nihil ſuppetit præter voluntatem. de Clar. 15. Vt à te ipſo ſumerem aliquid ad me reficiendum, téque remunerandum ſi non pari, at grato tamen munere.2. de Inuent. 161. Officiorum remunerandi voluntas.

REMVNERATIO, *gratia,viciſſitudo ſtudiorum vel officiorum*. 2. Offi.68. A quo celerior remuneratio fore videtur, in eum ferè eſt voluntas noſtra propenſior. 2. de Inu. 66. Remuneratio officiorum.de Am. 49. Nihil eſt remuneratione beneuolentiæ, nihil viciſſitudine ſtudiorum vel officiorum iucundius.

† ADIVNC.Expedita,& celer,2.Offic.

REMVNERO, *retribuo,compenſo,beneficium reddo,mutuam gratiam refero, parem gratiam pro beneficio alicui refero, gratiam reſtituo, mercedem do, repono*. Poſtquàm in S.28.Quibus officiis T. Annij beneficia remunerabo.Qu.de Pet.29.Et quoniam nullum aliud tempus futurum ſit,vbi tibi referant gratiam,hoc te officio remunerent.

REMVNEROR, *idem*.3.Fa.9.Conſiderandum eſt,quónam te remunerer genere. 9. 8. Vt poſſem te remunerari quàm ſimillimo munere. 8. At.1. Tu ſi tibi eadem cauſa eſt, me remunerere ſanè velim.‖2. Famil. 6. Remunerando cumulandóque illuſtrare.

☞ Syntaxis. *Officijs multis vnicum remunerare. Hoc te officio remunero. Quo te genere remunerer!*

REMVRIVS, *Locus fuit Romæ,vbi Remus auſpicium, & conſilium condendæ vrbis cepit,& in quo habitauit: vt Dionyſ.Halicar.& Sex. Pom.& Plutarchus in Romulo teſtantur*.6.An.14.His quoque diuiſit Remurium.*alij legunt*,Remuria:*alij*,Semurium:*ſed mendoſè,vt mihi videtur. Fabius Pictor habet* Remurius, *qui & Auentinus, quem collem ait Remo conſecratum fuiſſe. Sed & hic vereor,ne ſit mendum*,Remurius, *pro Remurus*.‖ *Communem ego lectionem retinendam cenſeo, quæ* Semirium *habet. Cùm (vt annotauit Dionyſius Lambinus, in nullo manuſccipto ſecus legatur, & conſtet ex Macrobio lib.*1. *Saturn. cap.* 10. *Semirium agrum eo nomine fuiſſe, quem Laurentia populo Rom.legauerat. Vide Hadria.Turneb.lib.* 3. *Aduerſ.c.*3.

REMVS, *Romuli frater*.1.de Diu.107.

REMVS.4.Acad.19. Neque verò hoc loco expectandum eſt,dum de remo inflexo reſpondeam.3.Tuſc.25.Res tetra,deteſtabilis, omni contentione,velis (vt ita dicam) remíſque fugienda.7.V.70.Nauigiũ quod erat factum ſex remorũ numero, &c. Ib.134. Nullum remum vacuum trahi. 1.de Orator. 153. Intermiſſo impetu pulſúque remorum. *Lege*, NAVIS.4. Tuſc. 9. Remis nauim propellere.*Acad. Eius *maris* vnda,cùm eſt pulſa remis, purpuraſcit.‖4.Acad.79.Infracto remo commoueri.

† ADIVNCT.Inflexus,4.Acad.Vacuus,6.Ver.

☞ Syntaxis. *Res velis remiſq; fugienda. Vacuus ille trahitur remis. Impetus,impulſúſque remorum. Nauim remis propellere.*

RENASCOR, *denuò naſcor, exorior,renouor*.Brut.14. Primi cuiuſque mali excidendi cauſa eſt, vt aliud renaſcatur illo peius. Ibidem 14. Renatum enim bellum eſt.11. Fam. 14. Sed bellum iſtic renatum homines mirantur.de Som.20.&1.Tuſc.54.Nam principium extinctum nec ipſum ab alio renaſcetur, nec ex ſe aliud creabit. 4. Attic. 2. Qui mihi pennas inciderant, nolunt eadem renaſci.

RENAVIGO.14.17. Perpaucis diebus in Pompeianum, pòſt in Puteolana & Cumana regna renauigare.

RENAVO.1.11.Renauabo operam. *aliter*,renouabo.

RENES.2.de Nat.137.Humores, qui ex renibus veſicáque profunduntur. *id eſt*,vrina.2. Tuſc.60.Ex renibus laborare.

RENOVATIO, *redintegratio*. 2.de Natu. 118.A quo rurſum renouatio mundi fieret. de Clar. 250. Vſurpatione & renouatione doctrinæ. 11. Fam. 18. Renouatio timoris magnam moleſtiam afferebat.

RENOVATVS, *inſtauratus*. 2. de Nat. 61. Templum Honoris à M.Marcello renouatum. 12. Fam.15. Fœdus quod renouatum erat.1.de Fin. 57. Sapientes bona præterita grata recordatione renouata delectant.

¶ *Refocillatus*.2.de Nat. 118.Vaporibus altæ renouatæque ſtellæ refundunt eadem.

¶ *Iterum ſtatutus*.de Ar.21.Quorum de ſententia illa eadem renouata atque inſtaurata celebrantur.

¶ *Confirmatus*.de Pro.19.Ne inſtauratas maximi belli reliquias ac renouatas audiamus.

RENOVO, *renouationem facio,interpolo,inſtauro,refrico, integro, redintegro, refero, repræſento*.2.de Diu.7. Tum priſtinis orbati muneribus hæc ſtudia renouare cœpimus.2.V. 11. Renouare & inſtaurare aliquid. Antequàm. 10. Quid ego improborum facta renouem oratione, aut redintegratione illius coniurationis animos vulnerem veſtros? Poſtquam ad Quir. 8. Qui ſuo fletu memoriam mei deſideriúmque renouaret. 1. Acad.11. Hæc incluſa habebam,& ne obſoleſcerent, renouabam cùm licebat,legendo.12. Fa. 28. Renouare amicitiam. 7.18. Renouare commendationem.4.7.Renouare bellum. 1.Att. 11. Renouare operam 2.contra Rull.34.Renouare veteres colonias, & deducere nouas. pro Mur. 16. Memoriam propè intermortuam generis ſui virtute renouare. pro Qu. 70. Nolo hanc rem commemorando renouare, cuius memoriam deleri oportere arbitror. 3. de Orat. 1.Acerba ſanè recordatio veterem animi curam moleſtiámque renouauit.2.199. Et animos iudicum ad Qu. Cæpionis odium,à quo erant ipſi propter iudicia abalienati, renouabam atque reuocabam. pro Deiot.8.Tu vetus hoſpitium renouare voluiſti.1.A.1.Athenienſiúmque renouaui vetus exemplũ. 2. Qu. Fr. 11. Appius vult,inquam,renouare honores eoſdem, quo minùs togam prætextam quotannis interpolet.

¶ *Inſtauro,reficio*.pro Mur.33.Mithridates ſe rege Armeniorum adiuncto nouis opibus copiíſque renouauit.

RENOVOR. 2.de Inuent. 49. Animus aut renouatur ad ea quæ reſtant,aut omnibus iam dictis exuſcitatur.1. 25. Animus defeſſus audiendo aut admiratione integratur, aut riſu renouatur.2.ad Heren.47.Vt renouetur, non redintegretur oratio. 1. V. 68. Hos inſtitui, atque adeò inſtitutum referri ac renouari moleſtè ferunt.

☞ Syntaxis. *Renouatum templum à,fœdus. Altæ renouatæq; vaporibus ſtellæ. Renouare & inſtaurare bellum,amicitiam, memoriam, ſe nouis copiis.*

RENVNCIANDVS, *exponendus*.13.Fa.10.Qua in re & amorem eis in ſuſcipiendo negotio perſpexi, & fidem in conficiendo ac renunciando.

RENVNCIATIO, *nunciatio*.3.V.88. Renunciationémque eius, quæ

quæ erat in publicas literas relata, illorum legibus tolli iuſſerat.pro Mur.18. Non idem eſt ordo dignitatis & renunciationis.pro Pl.14.Renunciatio ſuffragiorum.

RENVNCIATVR, *defertur*.4.Fam.5. Poſteaquàm mihi renunciatum eſt de obitu Tulliæ filiæ tuæ,&c.1.Qu.Fr.2.Renunciari tibi Licinium plagiarium tributa exigere.

RENVNCIATVS, *pronunciatus*. pro Pomp. 2. Prætor primus centuriis cunctis renunciatus ſum.7.V.37.Tu cùm eſſes prætor renunciatus. 4. 129. Eo modo ſacerdos Climachias renunciatus eſt||.2.19.Renunciata conditio eſt.

RENVNCIO, *ſignifico*.Ibid.Renuncio tibi te hodiernis comitiis eſſe abſolutum.8.Fa.10.Eóſque Parthos eſſe,Senatui renunciauiſſe.3.V.88. Qui Mileſiis rem geſtam renunciârat. 2.de Diu. 74.Nunc imperant pullario:ille renunciat.

¶ *Expono*. 6.A.16.Cùm legati renunciârint,quod certè renunciabunt,Antonium non eſſe in veſtra poteſtate.

¶ *Pronuncio*. 2.de Or.260. Renunciare aliquem conſulem.

¶ *Refello*. 4.V.89. Renunciare hoſpitium alicui,& domo emigrare.2.1.Renunciare conductionem.1.de Or.230.Renunciare Stoicis.9.A.1. Renunciare legationem.

RENVNCIOR, *vſum ex actiuo diſce*.4.V.127.Vt per ſuffragia Theomnaſtus familiaris ſuus,in tribus illis renunciaretur.

† ADVERB. Auſpicatò conſulem,pro L.Mur.

☞ Syntaxis. *Hoc tibi primus renuncio. Renũciant legati. Renunciatus eſt Conſul Cæſ. Conditionem, hoſpitium renunciare. Stoicis renuncio.*

RENVENS. pro R.P.36. Quibus ſuperciliis renuentes huic decem millium crimini.

RENVO, *omitto, aſpernor*.pro Cæl.27.Qui nullum conuiuium renuerit,qui vnguenta ſumſerit,qui Baias viderit.

REOR, *puto, cenſeo, arbitror*.2. Offi.32.Illos,in quibus eas virtutes eſſe remur, à natura ipſa diligere cogimur. Topic.78. Rentur eos eſſe, quales ſe ipſi velint.3.de Or.79.Quem quidem anteà rebar ita dicere,vt, &c.1.Aca.26. Quintum genus Ariſtoteles quoddam eſſe rebatur.2.de Diu.5. Quos quidem plures quàm rebar, eſſe cognoui.de Ar.49.Tum verò eſt ratus ſe poſſe.7.At. 3.Nicias nomen rebatur oppidi eſſe Piræa. 3.de Nat.15. Rebantur enim fore,&c.

REPAGVLA, *ſunt vectes, quibus ianuæ clauduntur, & firmantur*. 1.de Diu.74. In templo Herculis valuæ clauſæ repagulis,ſubitò ſe ipſæ aperuerunt.6.V.94.Conuulſis repagulis,effractíſque valuis demoliri ſignum conantur.7.38. Perfringere omnia repagula iuris,pudoris & officij.

REPANDVS, *incuruus, reflexus*. 1.de Nat. 83. Soſpita cum pelle caprina,& calceolis repandis.

REPARO. *Recupero, iterum acquiro*.5. V. 199. Perdere id quod alio Prætore reparare poſſit.

REPASTINATIO, *ſecunda aratio: nam repaſtinari ager is dicitur, cuius natura fodiendo mutatur*. de Sen. 54. Quid agri foſſiones repaſtinationéſque proferam?

REPEDANDVM, *remeandum*.3.de L.18.Domum cum laude repedandum.||*aliàs*,reportandum.

REPELLENDVS. 2.de Or.72.Aduerſarius,qui ſit & feriendus & repellendus.

REPELLO, *propello, propulſo, refuto*. pro Mil.52. Repellere vim. )( *inferre vim*.pro Seſt.88. Vim vi repellere.1.de Fin.30.Repellere dolorem à ſe.pro Cor.32.Ipſæ enim leges te à cognitione ſua iudicio publico repulerunt.pro Cec.33.Armis repellere,fugare, & auertere aliquem.1. C.27. Cùm te à conſulatu repuli. 1.Off.137.Grauitatem retinere, iracundiam repellere.pro Mil. 78.Ego Clodij furorem à ceruicibus noſtris repuli. Antequàm. 1. Qui à veſtro corpore iugum acerbiſſimum repulit ſeruitutis.pro Dom.54.Homines audaces ab eius templis aditu aſcenſúque repuliſti.||7. Att.17. Alterum conſulatum, à rep.ne data quidem occaſione repulimus.

† ADVERB. Perfacilè vim, Anteq.

REPELLOR. 1.de Or.46. Repelli oratorem à gubernaculis ciuitatum,& excludi ab omni doctrina.3,60.Non repelletur inde quò aggredi cupiet. Qu. de Pet. 42. Ab impediendo ac lædendo repelluntur.1.Offic.137.Vt ſeueritas adhibeatur,contumelia repellatur.|| pro Mur.30. Pericula repelluntur. pro Seſt. 85.Repellebantur alij omninò aditu.*aliàs*,pellebantur.

REPENDO, *reddo, repono*. 2.de Ora.269. Cui pro Gracchi capite erat aurum repenſum.

REPENS, *repentinus*. 3.Tuſc.29. Ne me imparatum cura laceraret repens.Ibid.32.Hoſtium repens aduentus.

REPENTE, *derepentè, ſtatim, ſubitò, repentinò. Lege*, EXORIOR.3. C.10.Is recitatis literis conſcientia conuictus repentè cõticuit. 1.Offic.120.Amicitiam magis decet ſenſim diſſuere, quàm repentè præcidere. 2. A.65. Modò egens repentè diues.in Sal.20. Quibus rationibus repentè tanquàm ſomnio factus eſt tam affluẽs,& tam beatus.pro Syl.75.Iſta importunitas repẽtè exarſit. ibid.Iſta vis repentè erupit. pro Cl.12. Repentè exorta eſt mulieris importunæ nefaria libido. 4. Fa.4. Repentè præter ſpem dixit,&c.1.V.57.Repentè eueſtigio.2.17. Ecce autem repentè, &c. ibid. Cùm iſte repentè, &c.1. de Orat. 252. Repentè & ſubitò.||pro Seſt.144.

☞ Syntaxis. *Repentè amicitiam præcidere. Modò egens, repentè diues. Repentè, tanquàm ſomnio. Repentè præter ſpem. Repentè eueſtigiò. Repentè & ſubitò.*

REPENTINO, *repentè*.pro Qu.14.Et moritur repentinò.

REPENTINVS, *improuiſus, inſperatus, inſpectatus, repens, inopinatus*.2. de Orat.225. Quæ fuit illa quanta vis,quàm inexpectata, quàm repentina.2.contra Rull.59.Vnde iſte amor tam improuiſus ac tam repentinus.3.Tuſc.40.& 45. Omnia repentina & inopinata grauiora.5.Fa.8. Non repentina aliqua voluntate aut fortuitò ad tuam amplitudinem meis officiis amplectandam incidi.pro Clu.174.Repentina morte perit.1.Offic.27.Leuiora ſunt ea,quę repentino aliquo motu accidunt,quàm ea quæ meditata & præparata inferuntur. 3.cont. Rull. 10. Et repentinus Sylla nobis exoritur.de Clar.242. Ignoti homines & repentini quæſtores celeriter facti ſunt.2.de In.28.Idcirco aliquem Callidium vocari, quòd temerario & repentino conſilio ſit.||Pro Dom.13. Repentinos impetus comparare.1. Famil.9. Repentinam eius defenſionem Gabinij quam proximis ſuperioribus diebus acerrimè oppugnaſſet. pro Seſt. 140. Aut repentina vi perculſi.

☞ Syntaxis. *Inexpectatus, repentinus. Improuiſus, ac repẽtinus amor. Repentinum & inopinatum. Repentino motu id accidit. Repentini Conſules facti. Temerarium ac repentinum conſilium.*

REPERIENDVS.5.V.110.Mihimet ineunda ratio & reperienda via eſt,qua,&c.

REPERIO. *inuenio*.2.de Fin.29.Reperiã multos,vel potiùs innumerabiles,qui,&c.de Cl.325.Sed ſi quærimus,cur,&c.cauſas reperiemus veriſſimas: duas primùm,quòd,&c. aliud autem genus eſt, &c.7.At.3. Quid ad hæc repereris?ſoluamus, inquis.de Cl. 8. Quibus armis quemadmodum vterentur, non reperiebant.1.de Nat.108.Nec vos exitum reperitis,réſque tota vacillat ac claudicat.10.Fam.15.Noſtræ ſollicitudinis hîc finem reperiemus.

† ADVERB. Difficillimè,de Am.Nuſquàm vtilia,rectè virum iuſtum, 3.Off.Peræquè quid,5.Ver.Vſquàm,2.de Or.

REPERIOR. 2. de Nat.9. Si conferre volumus noſtra cum externis, cæteris pares, aut etiam inferiores reperiemur,religione autem multò ſuperiores. de Clar.118. Iidem traducti à diſputando ad dicendum, inopes reperiuntur.pro Fl.94.Tum vel hoc maximè moliũtur,vt veſtræ mentes,veſtræ ſententiæ optimo cuique inimiciſſimæ reperiantur. Br.15. Faciliùs in timore benigni,quàm in victoria grati eſſe reperimur.de Cl.65.In orationibus Catonis omnes oratoriæ virtutes reperiũtur.pro Cæl. 44. In M. Cælio nulla luxuries reperietur, nulli ſumptus,nullum æs alienum,nulla conuiuiorum ac luſtrorum libido.

† ADVERB. Perrarò gratos,pro Planc.

REPERTVS. 1.Tuſc.114.Poſt diem tertium, qui vt illuxit,mortui ſunt reperti.*in Clod.In vnius hominis perditi iudicio plures ſimiles reperti ſunt.

† ADVERB. Diligenter artificio, 1. de Inuent.Nequaquàm omnes,pro A.Cluent.

☞ Syntaxis. *Ineunda ratio, & via reperienda. Si quæras, reperies.*

REPETENDVS, *requirendus*. pro Mil.10.Cùm ei,qui expectare velit,antè iniuſta pœna luenda ſit, quàm iuſta repetenda.10.A. 20.Ne mors quidem in repetenda libertate fugienda.

¶ *Reuocandus, petendus, exordiendus, commemorãdus*.2.de Leg.46. Cùm ſcias,à quo ſit capite repetendum.3.Fam.16. Euentíſque aliorum memoriam repetendis, nihil accidiſſe nobis noui cogitemus.1.de Leg.17.Natura iuris ab hominis natura repetenda eſt.pro Plan.64.Tamen eum poſteà fuiſſe maximis in rebus arbitror, vt non ita mihi multum ſit ex Quæſturæ laude repetendum.1.de Or.4.Ac mihi repetenda veteris cuiuſdam memoriæ non ſatis explicata recordatio.

REPETENS, *reſumens, memorans*.de Fat.35.Licuit vel altiùs vtinam, &c. etiam ſuprà,vtinam,&c.ſimilitérque ſuperiora repetentem regredi in infinitum licet.pro Arch.1.Nam quoad longiſſimè poteſt mens mea reſpicere ſpatium præteriti tempotis, & pueritię memoriam recordari vltimam,inde vſque repetens, video hunc,&c.1.de Or.1.Et memoria vetera repetenti.

REPETITIO, *ornatus Rhetoricus*. 3.204. Eiuſdem verbi crebra tum à primo repetitio, tum in extremum conuerſio.4.ad Her. 20.Repetitio eſt,cùm continenter ab vno atque eodem verbo, in rebus ſimilibus & diuerſis principia ſumuntur,&c.

† ADIVNCT. Crebra,3.de Orat.

REPETITVS. 3.Fam.5. Tamen quoniam ex alto repetita ſunt, nónne, &c.3. de Orat.158. Tranſilire ante pedes poſita,& alia longè repetita ſumere. 13. Attic. 37. Deinde ſomno repetito, ſimul cum ſole experrectus ſum. Parad. 4. Cùm eſſet iuris & æquitatis repetita memoria. 2.de Inuent.6. Ac veteres quidem ſcriptores artis vſque ab principe illo atque inuentore Thyſia repetitos vnum in locum conduxit Ariſtoteles. 3. de Orat.89.

Quorſum igitur ſpectat hæc tam longa, tam altè repetita oratio? 13. Fa. 29. Expectare te arbitror hæc tam longè repetita principia quò ſpectent. 1. V. 67. Hæc maiorum conſuetudo longo interuallo repetita atque relata. Orat. 11. Ac video hanc primam ingreſſionem meam non ex oratoris diſputationibus ductam, ſed ex media philoſophia repetitam. 1. de Diu. 25. Diuinatio eſt ab omni æternitate repetita. 2. 119. Somnia quorum defenſio repetita quàm longè eſt. pro Seſt. 3. Vereor ne quis fortè miretur, quid hæc mea oratio tam altè ac tam longè repetita velit.

† **Adver.** Altè oratio, 3. de Ora. Altè res, Ora. Quàm longè, 2. de Diu.

**Repeto**, *exigo, peto, repoſco, reuoco, cùm ad res ablatas & iudicia pertinet.* pro Flac. 106. Ac repetit eam, quam ego patri ſuo quondam pro ſalute patriæ ſpopondi dignitatem. pro Plan. 101. Repetere promiſſa. 2. ad Her. 19. Quò argentario obtuleris expenſum, à ſocio eius rectè repetere poſſis. Antequàm. 4. Repetere officij præmium & fructum. pro Clu. 104. Repetere ab aliquo rationem de pecuniis repetundis. 1. V. 19. Quo nomine abs te ſeſtertium millies repeto. Antequàm. 8. Non peto vt mihi detis vitam, ſed datam repeto vt reddatis. 1. V. 18. Repetere ius ſuum. pro Syl. 89. Quæ erepta ſunt, non repeto. pro Cl. 65. Repetere ab aliquo, quod ei dederis. 1. Off. 36. Repetere res ablatas bello. pro S. R. 67. & Antequàm. 19. Furiæ, quæ parentum pœnas à conſceleratis filiis repetant. pro Dom. 144. Vos qui maximè me repetiſtis atque reuocaſtis.

¶ *Exordior, incipio, renouo, reuoco, facio, recordor, reſtituo, aſſumo.* de Fa. 4. Lógo interuallo hæc ſtudia repeto. 1. de Leg. 18. Altè verò & à capite repetis, quod quærimus. Ibi. 20. Iuris ortum à fonte repetere. Ibid. Repetam ſtirpem iuris à natura. Ibid. A principio, à ſtirpe, à capite, à fonte repetere. *id eſt*, receſſere. pro Mur. 30. Ferro rem repetunt. pro Clu. 66. 11. Atque vt intelligas, &c. paulò longiùs exordium rei demonſtrandæ repetam. 1. de Diu. 2. Principio Aſſyrij, vt ab vltimis autoritatem repetam, motus ſtellarum obſeruauerunt. 1. de Or. 91. Neminem fuiſſe difertum dicebat, cùm repeteret vſque à Corace neſcio quo & Thyſia. 6. V. 105. De quo paulò altiùs ordiar, & repetam memoriam religionis. 1. de Inu. 1. Cùm res ab noſtra memoria propter vetuſtatem remotas ex literarum monumentis repetere inſtituo. pro Deiot. 20. Obſecro Cæſar repete temporis illius memoriã. 1. de Orat. 23. Repetámque non ab incunabulis noſtræ veteris puerilíſque doctrinæ quendam ordinem præceptorum. 1. Qu. Fr. 2. Si omnium mearum literarum præcepta repetes, intelliges, &c. 1. Tuſcul. 116. Repetunt ab Erichtheo Codrum, qui ſe, &c. 1. de Fin. 65. Repetere aliquid ab vltima antiquitate. 1. ad Heren. 14. Repetere aliquid ab vltimo initio. Ibid. 15. & 2. de Nat. 25. Repetere ab vltimò. 2. ad Heren. 34. Repetere aliquid nimium longè, & petere. 1. de Inuen. 91. Petere aliquandò vltrà quàm ſatis eſt, & repetere longiùs quàm neceſſe ſit. 6. Fa. 16. Repeterem initium amicitiæ ex parentibus. 11. 28. Quantum memoria repetere præterita poſſum. 1. de Nat. 17. Quamobrem, Vellei, niſi moleſtum eſt, repete quæ cœperas: repetam verò, &c. 5. de Fin. 51. Prætermiſſa repetimus, inchoata perſequimur. 2. de Diu. 98. L. Tarutius vrbis noſtræ natalem diem repetebat ab iis parilibus, quibus eam à Romulo conditam accepimus. 5. Tuſc. 34. Huius ſententiæ grauitas à Platonis autoritate repetatur. 1. de Leg. 17. Natura iuris nobis explicanda eſt, eáq; ab hominibus repetenda natura.

† **Adverb.** Altè, & à capite, longè principium, 1. de Legibus. Altiùs memoriam, 6. Ver. Altiùs principia naturæ, 1. Off. Altiùs paulò orationem, 1. Fam. Ampliùs nihil, 7. Ver. Inde vſque, quoad longiſſimè, pro Arch. Longiùs exordium, pro Clu. Quàm longè, 2. de Diu.

**Repetor**, *memoror.* 15. At. 11. Ego negabam oportere præterita ✠ repeti.‖ 1. de In. 28. Ab vltimo repetetur.

¶ *Accipior, haurior.* 5. Tuſ. 34. Huius ſententiæ grauitas à Platonis autoritate repetatur.

¶ *Repoſcor.* de Cl. 46. Cùm res priuatæ iudicij repeterentur.

† **Adverb.** Rectè, pro Clu. Ecce autem repentè conſilia, 2. Ver.

☞ Syntaxis. *A quo capite repetendum eſt? Memoria repetere. Repetere veteris memoria recordationē. Ex alto repetere. Longè petita ſumere.)( linquere qua ſunt ante pedes. Scriptores vſque à principe illo repetitos conduxit Ariſt. Altè repetita oratio. Ex media medicina repetitum. Diuinatio ab omni æternitate repetita. Altè & longè repetita oratio.*

**Repetundarum.** *de pecuniis repetundis, capta pecunia.* 6. V. 56. & 2. Offic. 75. L. Piſo frugi legem de pecuniis repetundis primus tulit. de Clar. 106. Iudicium de pecuniis repetundis. 1. V. 10. pro Clu. 104. Ab aliquo rationem repeti pecuniis repetundis. Ibid. 148. Clames te lege pecuniarum repetundarum non teneri, neque hæc tua recuſatio confeſſio ſit captæ pecuniæ.

**Repleo**, *refarcior.* de Pro. 4. Vt vix exhauſtas domos replere poſſent.

**Repleor.** 1. de Or. 191. Vel paſſim licet carpentem & colligentem vndique repleri iſta iuris ciuilis ſcientia. pro Seſt. 77. Meminiſtis tum iudices, corporibus ciuium Tyberim repleri, cloacas refarciri. pro Mur. 50. Qui conſumpta repleri, erepta recuperare vellent.

**Repletus.** pro Pomp. 44. Referto foro, repletíſque omnibus templis.

**Replicans.** 1. de Diuin. 127. Traductio temporis noui nihil efficientis, ſed primum quídque replicantis.

**Replicatio.** 1. de Natu. 33. Replicatio mundi. *id eſt*, conuerſio.

**Replico**, *repeto.* pro Syl. 27. Si quæris, qui ſint Romæ regnum occupare conati, vt ne replices annalium memoriam, ex domeſticis imaginibus inuenies. 3. de Leg. 31. Nam licet videre, ſi velis replicare memoriam temporum, qualeſcunque, &c.

**Reponendi.** 2. de Natur. 156. Scientia condendi ac reponendi fructus.

**Repono**, *colloco.* 2. de Nat. 125. Grues in tergo præuolantium capita reponunt. 5. Tuſ. 36. In ſe ipſo ſpem omnem reponet ſui. pro Syll. 92. In veſtra humanitate totam cauſam repono.* Oec. 1. Vt quidque ſuo loco reponeret.

¶ *Appono.* 12. Att. 7. Si in libris tuis Ariſtophanem repoſueris pro Eupoli. 4. ad Heren. 37. Et pro eo, id quod magis idoneum eſt reponit.

¶ *Conſeruo.* 7. Fa. 18. Non enim puto te meas epiſtolas delere, vt reponas tuas.

¶ *Annumero, numero, recenſeo, adſcribo, reputo.* 1. de Nat. 38. Homines mortuos reponere in deos. 10. Att. 8. Reponere aliquè in ſuis. 2. de Orat. 198. Si placuerit, vos hanc defenſionem in aliquo artis loco reponetis. Poſtquàm ad Quir. 17. Vos in eo me loco, in quo veſtris beneficiis fueram, iiſdem centuriis quibus collocaueratis, repoſuiſtis. pro Seſt. 143. Quos equidem in deûm immortalium cœtu ac numero repono. de Opt. 17. Tamen hunc in numero non repono. 2. de Nat. 55. Reponere ſtellas in numero deorum.

¶ *Adapto, reſtituo.* pro Seſt. 58. Hanc Pompeius erexit, atque inſigne regium quod de ſuo capite abiecerat, repoſuit.

¶ *Sufficio.* 4. V. 52. At verò præclarum diem repoſuiſti, Verrea vt agerent.

¶ *Rependo.* 13. At. 13. Ergo hæc ad Varronem transferamus, Catulo & Luculo alibi reponemus. 1. Fa. 9. Næ tibi ego quidem reponam, cùm veneris.

**Reponor.** 10. A. 15. Nam ſi alij propterea laudantur, quod pro libertate arma ceperunt: cur non M. Brutus in eadem cauſa reponatur? 5. V. 210. Reponi in numero proborum hominum. Brut. 16. Reponi in locum alterius. 1. de Inu. 39. In fabularum numerum reponantur.

☞ Syntaxis. *Concedere & reponere fructus. Reponere caput, ſpem, cauſam omnem in iudice. Reponere multa falſa in libro. Reponere in numerum deorum, in deo, in dijs, in ſuis, in digno loco, in cœtu ac numero Senatorum. In numero non hunc repono. Reponere pileum. Hu deletis iſta reponas. Pro damno quid reponas? In eadem tam digna cauſa me reponas. In locum alterius reponi.*

**Reportandum**, *acquirendum.* 3. de Leg. 18. Nihil præter laudem bonis atque innocentibus, neque ex hoſtibus, neque à ſociis eſt reportandum.

**Reportatus**, *reuectus.* Poſtq. in Sen. 27. P. Lentuli beneficio non ſolùm reducti ſumus in patriam, ſed equis inſignibus & curru aurato reportati.

¶ *Reſtitutus.* 4. V. 112. Quæ tabula à te reuulſa, nunc à me reportata eſt.

**Reporto**, *refero, reduco, reueho.* 6. V. 64. Statuerunt id ſecum in Syriam reportare. Poſtq. in Sen. 33. Reſpub. ſimulatque reuocata eſt, me ſecum pariter reportauit. Sal. in Cic. 7. Italia Ciceronem exulem humeris reportauit. 4. At. 16. Exercitum à Britannia reportabant.

¶ *Conſequor, obtineo.* pro Pomp. 8. Ab aliquo victoriam reportare. 6. At. 1. Reportare beneuolentiam omnium ex prouincia.

¶ *Affero.* 7. V. 127. Ex tua calamitate cineri atque oſſibus filij ſui ſolatium vult reportare.

¶ *Defero, denuncio.* 2. contra Rull. 60. Si eſt æquum prædas ac manubias ſuas imperatores non in ornamenta vrbis conferre, ſed ad decemuiros, tanquàm ad dominos reportare.

☞ Syntaxis. *Laudem à cunctis reportare, exercitum ab inſula. Reportare tabulam reuulſam. Reportare literas alicui, ſolatium, rem ad iudices.*

**Repoſcendum.** de Am. 32. Propenſiores ab bene merendum, quàm ad repoſcendum eſſe debemus.

**Repoſco**, *repeto.* Poſtq. in Sen. 9. Altera à me Catilinam amatorem ſuum repoſcebat. 5. V. 32. Bona ſua repoſcere ac perſequi lite atque iudicio. Ibidem. 1. Repoſcere rationem vitæ ab altero. 1. 27.

**Repoſitus**, *ſitus.* 1. Qu. Fr. 3. Omnes in vita mea partem aliquam tuæ vitæ repoſitam eſſe dicebant.

¶ *Reſtitutus.* 3. V. 145. Columnæ deiectæ eiſdem lapidibus repoſitæ ſunt.

¶ *Impoſitus.* 6. 5. Sacra in capitibus repoſita ſuſtinebant.

¶ *Nixus.* 9. Fa. 14. Reſpub.. in te repoſita eſt.



UNED

REPRÆSENTANDO, *ſoluendo pecunias*. 12. At. 28. Si qua etiam iactura facienda ſit in repræſentando.

REPRÆSENTANDVS, *exprimendus*. 16. 2. Mihi videntur iſtorum animi incendi etiam ad repræſentandam improbitatem ſuam.

REPRÆSENTATIO, *pecuniarum ſolutio*. 12. 30. Si Faberianum venderem explicare vel repræſentatione non dubitarem. 13. 29. Dolabellæ nomen iam expeditum videtur, vt etiam repræſentatione concludam.

REPRÆSENTO, *præſentem pecuniam ſoluo, præſentem alicui gratiam refero, gero, perſonam gero, aliquid re præſenti exhibeo, præſto*. 12. 25. Reliquæ pecuniæ vſuram Sillio pendemus, dum à Faberio repræſentabimus. 16. Fam. 14. Dies promiſſorum adeſt; quem etiam repræſentabo, ſi adueneris.

¶ *Antecapio. præuenio*. 5. 16. Neque expectare temporis medicinam, quam repræſentare ratione poſſumus.

¶ *Exprimo, refero, in conſpectu pono*. pro Seſt. 26. Erat eo tempore Senatus in æde Concordiæ: quod ipſum templum repræſentabat memoriam conſulatus mei.

REPRÆSENTOR, *confirmor, reſtituor*. 2. A. 118. Ego corpus libenter obtulerim, ſi repræſentari morte mea libertas ciuitatis poſſet. *id eſt*, reſtitui, recuperari.

REPREHENDENDVS. 1. Fam. 9. Et ſi accuſandi ſunt, qui, &c. magis etiam reprehendendi, qui, &c. 2. de Nat. 162. Arripere aliquid ad reprehendendum.

REPREHENDO, *increpo, arguo, redarguo, accuſo, verbis caſtigo, exagito, inſector, aſperiùs appello, in crimen voco, damno, condemno, culpo*. pro Planc. 86. Nunc diſceſſum meum quaſi reprehendere & ſubaccuſare voluiſti. pro Cluent. 98. In eodem genere in quo quis offenderit, alios reprehendere. pro Lig. 23. Grauiſſimis verbis aliquem reprehendere. 10. At. 3. Viſum te aiunt in regia, nec reprehendo: quippe cùm, &c. 7. V. 45. Nunc non modò te hoc crimine non arguo, ſed ne illa quidem communi vituperatione reprehendo. Ora. 26. Reprehendere & exagitare aliquem. 5. Fa. 12. Cùm reprehendes ea, quæ vituperanda duces.

¶ *Retraho, manu abduco*. 4. Ac. 139. Laboro, vt aſſentiar Epicuro: reuocat virtus, vel potiùs reprehendit manu.

† ADVERB. Breuì, 1. de Inu. Grauiùs, veriùs, 2. Offic. Leuiter, I. P. Liberè temeritatem, pro Seſt. Malè, 3. Tuſc. Magnoperè, 5. Tuſ. Meritò quid in aliquo, 6. Ver. Pergrauiter, 1. de Ora. Planè non, 7. Fa. Rectè, pro Syl. Verè ſententiam, 15. Fam.

REPREHENDOR. 1. de Nat. 28. Xenophanes de ipſa mente ita reprehenditur vt cæteri, de infinitate autem vehementiùs. Part. 129. Reprehendi in aliquo vitio.

† ADVERB. Commodè, 1. de Inu. Ita valdè, 1. Att. Subtiliter, Part. Vehementer, 4. Att. Vulgò iudicium, 8. Att.

☞ Syntaxis. *Arripere aliquid ad reprehendendum. Reprehendo & ſubaccuſo. In eodem genere, in quo tu, offendis, alium reprehendes. Vituperatione magna reprehendo. Reprehendo & exagito.*

REPREHENSIO, *vituperatio*. pro Mur. 11. Reprehenſio vitæ. 10. At. 3. Nec reprehendo, quippe cùm ipſe iſtam reprehenſionem non fugerim. 1. Off. 144. At hoc idem Sophocles, ſi in athletarum approbatione dixiſſet, iuſta reprehenſione caruiſſet. 10. Fam. 23. Dum à reprehenſione temeritatis abſum. 1. de Fin. 1. Incurrere in varias reprehenſiones. Ora. 1. Vereri reprehenſionem prudentum. 12. A. 25. Culpæ reprehenſio, & ſtultitiæ vituperatio. 3. de Ora. 98. Oratio concinna, diſtincta, ornata, feſtiua, ſine intermiſſione, ſine reprehenſione, ſine varietate, &c. non poteſt in delectatione eſſe diuturna.

¶ *Confutatio, refutatio oratoria*. 1. de Inu. 78. Reprehenſio eſt, per quam argumentando aduerſariorum confirmatio diluitur, aut infirmatur, aut eleuatur. *aliter*, alleuatur.

† ADIVNCT. Bella, falſa, familiaris, 2. de Orat. Difficilis, & lubrica, 2. Phil. Inanis, 3. de Finibus. Iuſta, leuior, 14. Phil. Minima, 1. ad Qu. Frat. Nobiles, 4. Ac.

☞ Syntaxis. *Iuſta reprehenſione carere. Reprehenſionem fugere. In reprehenſionem incurrere.*

REPREHENSOR, *exagitator, accuſator*. pro Planc. 8. Vt patres reprehenſores eſſent comitiorum. de Opt. 18. Huic labori noſtro duo genera reprehenſorum opponuntur. 4. Acad. 7. Reſtat etiam vnum genus reprehenſorum, quibus Academiæ ratio non probatur.

REPREHENSVS. pro C. Cor. 1. In quo cùm multa reprehenſa ſint, tum imprimis celeritas actionis.

REPRESSOR, *vindex*. pro Seſt. 144. Repreſſor cædis quotidianæ.

REPRESSVS, *cohibitus*. 6. V. 41. Itaque furor eius paululùm repreſſus eſt. 7. At. 25. Fuga, quæ parabatur, repreſſa eſt.

¶ *Suppreſſus*. pro Cæl. 71. Memoria non extincta illa quidem, ſed expreſſa vetuſtate. pro Mur. 32. Quem L. Muræna repreſſum magna ex parte, non oppreſſum reliquit.

† ADVERB. Paululùm, 6. Verr.

REPRIMO, *contineo, comprimo, coërceo*. 3. Fam. 8. Hos ego ſermones laceſſiui nunquàm, ſed non valdè repreſſi. 10. 18. Quæ ſi aduentus meus repreſſerit, agam gratias fortunæ. de Aruſ. 1. Reprimere impudentiam alicuius. de Som. 5. Reprimere fletum. pro Seſt. 117. Vix homines odium ſuum à corpore eius impuro repreſſerunt. 2. de Diu. 69. Reprimere fluuium redundantem. pro Pom. 13. Impetus hoſtium reprimere ac retardare. Br. epiſt. pr. in. 7. Repreſſi impetum, ardorémque reſtinxi. pro Seſt. 95. Qui furorem exultantem repreſſit. 4. At. 15. Nunc reprimam ſuſceptam obiurgationem.

† ADVERB. Aliquantulùm conatus, 4. Ver. Validè ſermones, 3. Famil.

REPRIMOR. 1. C. 30. Hæc reipub. peſtis paulíſper reprimi, non in perpetuum comprimi poteſt. 1. de Fin. 2. Quod ſemel admiſſum coërceri reprimíque non poteſt.

† ADVERB. Paulíſper, 1. Catil.

☞ Syntaxis. *Reprimere paratam fugam. Repreſſa vetuſtate memoria. Reprimere furorem, fletum. Coërcere ac reprimere.*

REPROBO, *improbo, reijcio*. 4. Aca. 130. Qui cùm Zenonis fuiſſet auditor, reprobauit illa, quæ ille, &c. 1. de Fin. 22. Quod ipſa natura aſciſcat & reprobat, *id eſt, voluptatem & dolorem*. de Am. 24. Atque hoc quidem omnes mortales & intelligunt, & reprobãt. *aut*, re probant, *diſtinctè legendum eſt: aut*, probant, *ſimpliciter*.

REPROMISSIO, *reſtipulatio*. pro Qu. R. 39. & 56.

† ADIVNCT. Recens, pro Q. R.

REPROMITTO, *reſtipulor, ſtipulanti promitto, vel ſpondeo*. de Cla. 18. Non meherculè tibi repromittere iſtuc quidem auſus ſim. pro Qu. R. 37. Repromittis tu abhinc triennium Roſcio, recita iſtam reſtipulationem clariùs. Poſtquàm ad Quir. 24. In referenda gratia hoc vobis repromitto, ſemperq; præſtabo, me, &c.

REPVDIANDVS. 1. Off. 89. Iracundia omnibus in rebus repudianda eſt.

† ADVERB. Omninò genus, 2. Officio.

REPVDIATIO, *reiectio*. pro Mur. 9. Repudiatio ſupplicum ſuperbiam, amicorum neglectio improbitatem coarguit. 1. At.

REPVDIATVS. Orat. 13. Eloquentia forenſis ſpreta à Philoſophis & repudiata.

REPVDIO, *recuſo, reſpuo, aſpernor*. )( *amplector*. pro Cec. 48. Cùm te obſtitiſſe & repudiaſſe dicis, certè hunc voluiſſe concedis. 2. Att. 19. Sed ego hoc non repudio. pro Quin. 46. Conditionem æquiſſimam repudiare. Orat. 25. Funditus repudiare aliquid. 2. de Or. 3. Conſilium Senatus à rep. repudiare. pro Cl. 201. Cuius vota, preces à veſtris mentibus repudiare debetis. 3. A. 26. Prouinciam magno animo & conſtanti C. Geſtius repudiauit. pro C. Cornel. 1. Populus legem hanc flagitabat, illam repudiabat. con. C. Anto. Hunc honeſtiſſimarum rerum defenſorem pop. Ro. autore te repudiare poteſt?

† ADVERB. Certè, Part. Conſtanter, fortiter, ſapienter, de Prou. Contumaciter, 2. de Diu. Funditùs, Ora. Ingratè, impiè nomen, pro Deiot. Planè, 2. Att. Superbiſſimè, iu Piſo. Valdè, 10. Att.

☞ Syntaxis. *Spernere & repudiare. Obſtare & repudiare. Funditùs repudiare. Repudiare à ſua mente alicuius vota, precéſque.*

REPVERASCO, *ad puerilem ætatem redeo, iterum puer fio*. 2. de Or. 22. Eóſque incredibiliter repueraſcere eſſe ſolitos. de Sen. 83. Si quis deus mihi largiatur, vt ex hac ætate repueraſcam, & in cunis vagiam. *aliter*, repueriſcam.

† ADVERB. Incredibiliter, 2. de Orat.

REPVGNANS. )( *conſentaneum, congruũ, conſequens*. 3. de Or. 188. Qui aliquid repugnante natura faciunt. 2. 187. Aduerſantem & repugnantem capere. 1. Offic. 110. Aduerſante & repugnante natura. pro Cæl. 12. Contrariæ diuerſæque atque inter ſe repugnantes naturæ ex repugnantibus locis. Top. 19. & 53. 2. de Orat. 170.

REPVGNANTER, *inuitè*. de Am. 93. Alterum patienter accipere, non repugnanter.

REPVGNANTIA, *pugna, contentio*. 3. Offi. 34. Panætius induxit eam, quæ videretur, non quæ eſſet, repugnantiam. 2. A. 19. Sed qui tantarum rerum repugnantiam non vides, nihil ſapis. 3. Off. 17. Nec id quod verè honeſtum eſt, fas eſt cum vtilibus repugnantia comparari.

† ADIVNCT. Tanta rerum, 2. Philip.

REPVGNO, *aduerſor, obſiſto, reclamo*. )( *pugno, conſequor*. 5. Fam. 2. Quare non ego opugnaui fratrem tuum, ſed fratri tuo repugnaui. pro Rab. 15. Repugnare & reſiſtere crudelitati. pro Q. R. 51. Reſiſtere & repugnare contra veritatem. 4. de Fin. 17. Quà facilè poſſet repugnari obſiſtíque fortunæ. 8. Attic. 19. Regiones eiuſmodi obtinere, è quibus repugnemus. 5. de Fin. 77. Illud vehementer repugnat eſſe beatum, & multis oppreſſum doloribus. Top. 21. Repugnat enim rectè accipere, & inuitum reddere. 4. Ac. 41. Non enim quiſquam repugnat. 8. Att. 19. Vt pars ad te accedat, vt non pugnet, ſed locis ſuis repugnet. * Aca. Quæ ſi tu alio nomine vis vocare, nihil repugno.

† ADVERB. Acriter & diu, 15. Fam. Leuiter, & eruditè, Or. Apertiſſimè, pro Clu. Multùm, pro Cæl. Planè, 3. Offic. Validè, 1. Fam. Vehementer, 5. de Fin.

☞ Syntaxis. *Repugnans & aduerſans. Contraria, diuerſa, ac inter ſe*

*repugnantes natura. Patienter, non repugnanter accipere. Repugnare, & reſiſtere. Hoc repugnat, eſſe, &c.*

REPVLSA, *offenſio, repudiatio à magiſtratu.* 2. de Orat. 280. P. Rutilius repulſam tulit. 5. Tuſc. 54. Cùm bonus vir ſuffragiis præteritur, non ille à vano populo repulſam fert potiùs, quàm, &c. 2. cont. Rul. 3. Qui ſine repulſa conſules facti ſunt. I. P. 2. Qui omnes honores ſine repulſa obtinuit. 1. Off. 71. Qui cùm offenſiones, tum repulſas quaſi quandam ignominiam timent & infamiam. pro Pl. 51. C. Marius duas ædilitias accepit repulſas. Ibid. Ædilitia repulſa. Ibid. Repulſam ferre & præteriri.

† ADIVNC. Aedilitiæ, pro Planc. & de Aruſp.

REPVLSVS, *reiectus. Deteriores & repulſi qui fuerint. Lege,* DETERIOR. Orat. 36. Hac ego religione non ſum ab hoc conatu repulſus. de Pro. 6. Byzantij Mithridatis impetum ægrè repulſum, & ceruicibus interclusum ſuis ſuſtinuerunt. ‖ de Aruſp. 56. Repulſos videamus, nam deteriores qui ſunt.

REPVLSVS, ſubſt. 1. de Diuin. 13.

*Scopulorum ſæpe repulſu.* Poëtæ.

Syntaxis. *Repulſam ferre, accipere. Repulſam ferre, & præteriri.*

REPVNGO, *viciſſim pungo.* 1. Fa. 9. In quo poſſem illorum animos mediocriter laceſſitus repungere.

† ADVERB. Leuiter, 1. Fam.

REPVTANS. 1. Fa. 9. Tamen non reputans quid ille vellet, permanebam, &c. 1. Tuſ. 115. Humanæ vitæ varia reputantes mala.

REPVTO, *animo agito, cogito.* pro Deiot. 38. Hæc ego reputo, & dies & noctes cogito. Poſt. in Sen. 31. Quibus ego rebus obiectis multa mecum ipſe reputaui. 2. de N. 119. Hunc horum nihil vnquàm reputauiſſe, certò ſcio. pro Pom. 21. Satis opinor hoc eſſe laudis, atque ita reputo, vt vos hoc intelligatis, Lucullum à nullo, &c.

¶ *Sentio, animaduerto.* 5. Fa. 17. Cùm tibi nil meritò accidiſſe reputabis.

¶ *Decerno, ſtatuo, conſtituo, perſpicio, intelligo.* in Sal. 14. Ita non eſt facile reputare, vtrùm, &c. de Sen. 25. Tum etiam in ſenecta hoc reputo miſerrimum, ſentire, &c. ‖ *aliàs,* deputo.

REQVIES, *quies.* 1. Att. 15. Tantum requietis habeo, quantum cum vxore & filiola conſumitur. 1. de Or. 224. Philoſophorũ autem libros reſeruet ſibi ad huiuſcemodi Tuſculani requiem atque otium. pro Arch. 13. Quantum temporis aliis conceditur ad requiem animi & corporis. 5. Fa. 14. Vel animo defatigato tuo, qui nunc requiem quærit ex magnis occupationibus. 5. de Fin. 54. Si requietem natura non quæreret. 1. de D 22.

*Tu tamen anxi fixeras curas requiete relaxas.*

2. Off. 6. Oblectatio animi requieſque curarum. de Am. 103. In amicitias Scipionis requies mihi plena oblectationis fuit.

† ADIVNC. Plena oblectationis, de Amic.

Syntaxis. *Multum habeo requietis. Ad requiem & otium in patria reſeruare. Requies animi & corporis. Ex occupationibus requiem quærere. Curas relaxare requiete. Animi oblectatio, requieſque curarum. In amicitia requies oblectationis plena.*

REQVIESCENDVM. 9. A. 6. Hortari aliquem ad requieſcendum. 1. de Ora. 1. Initium requieſcendi fore.

REQVIESCO, *conquieſco, acquieſco.* 6. V. 13. Cùm diutiùs in eo negotio curáque fueram, vt requieſcerem, curámque animi remitterem, ad Carpinatium reuertebar. 9. Att. 3. Ego tamdiu requieſco, quandiu ad te ſcribo. pro Cæl. 79. Qui hoc vnico filio nititur, in huius ſpe requieſcit. 2. de Or. 234. Requieſcam in Cęſaris ſermone, tanquàm in aliquo peropportuno diuerſorio. 1. At. 15. Sollicitudines & angores amicorum conſilio & ſermone requieſcunt. pro S. R. 97. Nullam partem noctis requieſcere. 1. Tuſ. 107. Requieſcere in ſepulcro. Ibid. Vbi corpus requieſcat à malis. 3. Offic. 3. Requieſcere à reipu. muneribus. 1. de D. 104. Puella defatigata petiit à matertera, vt ſibi concederet pauliſper, vt in eius ſella requieſceret. 8. At 22. Crede mihi requieſco paululum in his miſeriis, cùm quaſi tecum loquor.

† ADVERB. Diu ſatis, 2. de Orat.

REQVIETVRVS. * contra conc. Qu. Met. Niſi eorum exitio non requieturam.

REQVIRENS. Or. 33. Deſiderium, quo conficior, congreſſus, veſtros, conſuetudinem victus, doctiſſimos ſermones requirens tuos. 5. de Fin. 57. Voluptatem requirentes.

REQVIRO, *quæro, poſtulo, flagito, depoſco.* Top. 1. A me eorum liberorum ſententiam requiſiſti. 5. Fa. 14. Te requiſiui ſæpiùs, vt viderem. pro Cæl. 67. Ex quibus requiram quónam modo latuerint. pro Do. 3. Primùm illud á te requiro, quæ tanta, &c. 11. At. 2. Signum requirent, aut manum dices iis, &c. 5. Tuſc. 23. Qui beatus eſt, non intelligo quid requirat vt ſit beatior. 6. V. 7. Non requirebat ille cupido leonis domum. I. P. 27. Cùm experrecta tandem virtus clariſſimi viri, & verum amicum, & optimè meritum ciuem, & ſuum priſtinum morẽ requiſiuit. Br. 14. Breues literæ tuæ, breues dico? immò nullæ, &c. & requiris meas. Parad. 1. In quo equidem maiorum noſtrorum ſæpe requiro prudentiam. 6. At. 1. E quibus vnum ἱστορικὸν requiris. 2. de Orat. 53. Cúm gregales eum in campum non veniſſe requirerent. * Aca. Tu fortaſſe verum dicis, ſed requiram diligentiùs. ‖ 3. Tuſc. 2. Haud erat ſanè quòd quiſquam ſtudia doctrinæ requireret.

† ADVERB. Aequè nihil, Diu. Diligenter numerum, magnoperè cauſas, 7. Ver. Multùm, 7. Attic. Rectè, de Cl. Valdè, 10. At. Vehementer, 4. At. Vltrà, de Vniu.

REQVIROR. 1. Qu. Fr. 2. Succeſſorem habes perblandum, cætera valdè illius aduentu tuo requirentur. pro Qu. Conſtantia animi non requiritur. 1. Fa. 7. Non tam mihi moleſtum fuit accuſari abs te officium meum, quàm iucundum requiri.

† ADVERB. Rectè, 2. de Legib.

RES, *id quod eſt, ens dicunt nonnulli.* 2. ad Her. 11. Res omnes obnoxiæ ſuperſtitionibus. 4. 10. Res quæ moueant riſum. 6. Fa. 1. Res quæ non prodeunt in aciem. ad Octa. Res memoria propagatæ. 4. Aca. q. 54. Si enim res ita ſe habeant. Ibid. 30. Res abditę & obſcuræ. 5. de Fin. 78. Res aſperæ reijciendæque. 4. Acad. 126. Res commentitiæ. Ibid. 17. Res euidentes. 1. 18. Res expetendæ fugiendæque. 2. de Fin. 90. Res exquiſitiſſimæ ad epulandum. 4. Tuſc. 52. Res formidoloſæ. 1. Aca. 26. Res quæ gignuntur è terra. 4. Acad. 94. Res illuſtres: quibus opponuntur obſcuræ. 1. 24. Res inuſitatæ. Cato. 17. Res magnæ non viribus, aut velocitatibus, aut celeritate corporum geruntur, ſed conſilio, autoritate, ſententia. Ibid. 31. Res mobiles & concitæ. 4. 91. Res multæ atque magnæ. 3. Off. 31. Res ad viuendum neceſſariæ. 1. Diu. 121. Res obſcuræ & incertæ. 1. Aca 15. Res occultæ, & ab ipſa natura inuolutæ. 5. de Fin. 58. Res à natura occultatæ & latentes. 1. Aca. 5. Res ante oculos poſitæ. 1. Off. 4. 9. At. 4. Res priuatæ, publicæ, forenſes, domeſticæ. 1. Off. 90. Res proſperæ, & ad voluntatem noſtram fluentes. 4. Aca. 2. Res in negotiis gerendis, plus quàm verba proſunt. 1. de Fin. 42. Res rectæ atque laudabiles eò referuntur omnes, vt cum voluptate viuatur. 1. Diu. 35. Res vetuſtate robuſtæ. 2. de Nat 34. Res ſalutares: cui opponuntur peſtiferæ 1. Tuſ. 61. Res ſignatæ in mente. 1. Diu. 101. Res turbidæ. 2. de Nat. 29. Rerum appetitus oriuntur à mente in homine: in belua quiddam ſimile mentis. 3. 77. Rerum auctores, non fabularum. 3. de Orat. 123. Rerum copia, verborum copiam gignit. 2. Fam. 7. Rerum diſcrimen. 1. de N. 54. Rerum formæ & figuræ efficiuntur ex atomis 2. de Inu. 157. Rerum expetendarum & euitandarum genera tria. Part. 38. Rerum bonarum & malarum genera tria. pro Quint. 11. Rerum cæterarum paterfamilias prudens & attentus *pro*, in rebus cæteris. pro Deio. 7. Rerum exercitatio. 1. de Fin. 41. Rerum gerendarum initia omninò aut à voluptate, aut à dolore proficiſcuntur. 2. de Orat. 359. Rerum memoria Oratoris propria. 1. de N. 19. Rerum molitio. 4. Aca. 30. Rerum innumerabilium multitudo. 1. de Nat. 39. Rerum communis natura, vniuerſa atque omnia continens. 4. Ac. 92. Rerum natura nullam nobis cognitionem dedit finium, vt vlla in re ſtatuere poſſimus, quatenus. Ibid. 84. Negat tantam ſimilitudinem in rerum natura eſſe. 3. de Nat. 17. Eſſet aliquid in rerum natura, quod ab homine effici non poſſet. 1. Acad. q. 41. Rerum notiones. 6. Fa. 1. Rerum & publicarum & ſuarum acerbitas. 7. At. 12. Rerum prolatio. 1. de de Or. 63. Rerum ratio in hiſtoria quem ordinem deſideret. 3. ad Her. 33. Rerum ſimilitudines quomodo ad memoriam imaginibus exprimendæ. Orat. 122. Rerum tractatio admirabiliorem orationem efficit. 4. Aca. 46. Rebus perſpicuis & euidentibus duas cauſas aduerſari. 1. Off 11. Rebus præſentibus adiungere atque annectere futuras. 1. de Nat. 44. Rebus nouis noua ſunt ponenda nomina. 1. ad Her. 2. Res quas orator habere debeat. 2. P. 69. Res ſuas ſibi habere. *libelli remittendi formula.* 5. 14. Res iudicare. pro Deio. 27. Res cum aliquo iungere. 1. de Fi. 8. Res bonas verbis electis grauiter ornatéque dictas quis non legat? 1. Ac. 11. Res laude dignas gerere. 4. 72. Quum res non bonas tractent, ſimiles bonorum videri volunt. 3. Tuſ. 30, Res humanas perceptas penitùs & pertractatas habere. 2. At. 1. In res meas eum incitarent. 11. Fa. 21. Res nouas quærere, & rem veterem deuorare. 1. Diu. 34. Res nouas coniectura perſequi. 4. Aca. 62. Res occultiſſimas aperire. 1. de Orat. 249. Inuiſere res ruſticas vel fructus cauſa, vel delectationis. 1. de Nat. 38. Res vtiles & ſalutares deorum eſſe vocabulis nuncuparas dicit Perſeus. 4. Ac. 87. Res iam vniuerſas profundá. 1. Off. 74. Res vrbanas maiores eſſe bellicis. 12. Fa. 2. Rebus bonis aut perditis. 4. Aca. 1. Rebus vrbanis carere. 1. 17. Rebus congruere. 4. 15. Rebus congruere, nominibus differre. 1. de Na 76. Rebus omnibus excellit natura diuina. 1. ad Her. 8. A rebus ipſis beneuolentia quomodo captanda. 1. Ac. 5. De rebus ante oculos poſitis nulla arte adhibita, vulgari ſermone diſputare. *hoc eſt, ſine omni orationis elegantia, nulla vel dicendi vel diſſerendi arte adhibita: quod faciebant Epicurei.* 1. Off. 71. Sunt, qui in rebus contrariis parũ ſibi conſtent, voluptatẽ ſeueriſſimè contemnant, in dolore ſint molliores: gloriã negligant, frangantur infamia 4. Ac. 7. Ea eſt in ipſis rebus oſcuritas, & in iudiciis noſtris infirmitas, vt non ſine cauſa & doctiſſimi & antiquiſſimi inuenire ſe poſſe quod cuperent, diffiſi ſint. de Fat. 30. In rebus quædã ſimplicia ſunt, quædã copulata, vt Chryſippo placet. Qua in re, & quo in genere,

UNED

generé,idem.*Lege*,G E N V S.1.de Or.78.Vide ne plus ei tribuas, quàm res & veritas ipſa concedat. Ibid.94. Id ſi difficile nobis eſt,ſit tamen in re poſitum atque natura.1.de Or.20.Etenim ex rerum cognitione efflorescat & redundet oportet oratio.8. At. 1.Frumentaria res.4.Ac.17. Res idonea, de qua quæratur.2.de Fin.15. Res illuſtris & facilis. 3.14. Res inuſitata. 4.V.31. Res iudiciaria. 2.Diu.71. Res luctuoſa.1.1. Res magnifica & ſalutaris.2.de Fin.2. Res eò melior, quò maior ſit.4.Ac.2. Res militaris.1.de Nat.9. Res alia ex alia nexa.1.Tuſc.18. Res notiſſima.2.Diu.60. Res noua atque admirabilis. 2.de Fin.15. Res in vulgus peruulgata.Læl.31. Res vilis atque contemta.2.de Ora. 32.Res omnis quæ ornatè & grauiter dici debeat,oratoris propria.1.ad Her.8.Res quibus contemptus ſine inuidia excitetur. 1.Tuſc.110. Si ita res feret.2. Att.21. Vt nunc res ſe habet, admirabili illi gloria eſt.15.Fam.11. Res ipſa loquebatur. 3.At.1. Res ipſa apud te pro me loqueretur.1.Tuſc.47.& Læl.44.Si res poſtularet. de Aruſp.54. Res recidat in vnius imperium.13.Fa. 8.Res autem hæc eſt.1.Att.10. Res eodem eſt loci, quo reliquiſti.pro Cæl. 52. Tanti ſceleris res nemini fuit credenda. 3. de Leg.11. Rem populum docendo. 11. Fam.28. Martij, Rem potiorem oratione ducas. 1.Acad.4. Rem à me ſæpe deliberatam, & multùm agitatam requiris. 4.38. Rem obiectam, perſpicuam approbare. 8.Fam.11. Rei totius ſcena hæc. pro Leg. Manil.28. Rei militaris ſcientia. 2.ad Her.5. Rei turpitudo.2. Attic. Rei magnitudo longam orationem deſiderat. 1.Diu.68. Res commentitia. *contraria eſt, Res facta.* de Fat.30.Res copulata & confatalis. 2.de Fin.75. Res difficilis & obſcura. Or.72. Sine re nulla vis verbi eſt.5.Tuſ.32.Rem opinor ſpectari oportere, non verba. 10.Famil.6. Tum enim cùm rem habebas. de Sen.78. Natura res eas continet.ibidem. Pueri ita celeriter res innumerabiles arripiunt, vt eas non tum primùm accipere videantur, ſed reminiſci & recordari. 16.Att.20. Id mihi ſic erit gratum, vt nulla res gratior eſſe poſſit. ibid. Cuius permagna res agitur.ibid.Res iſta eſt firma,quam Coſſ.de conſilij ſententia decreuerunt, cùm & lege & S.C.cognoſcerent. Cat.Vt maiora omnia re quàm fama viderentur.pro C.Corn.1.Quæ leges rem militarem impedirent.Acade. Quibus rebus hæc nomina imponam.Non enim vocabulorum opificem,ſed rerum inquiſitorem decet eſſe ſapientem.ibid.Non enim res laudanda, ſed ſpes eſt.

¶ *Negotium.* de Amic.15. Quo cum mihi coniuncta cura de re publica & de priuata fuit.pro Q.12. Erat ei pecuaria res ampla & ruſtica, ſanè bene culta & fructuoſa.Ibid.33.Iudicium de re pecuniaria eſt.pro Pom.53. Cùm neque priuatam rem maritimam,neque publicam iam obire poſſemus.pro Quin.23. Hic cùm rem Gallicanam cuperet reuiſere,&c.ibid.15.De tota illa re atque ratione Gallicana inter ſe communicant. ibidem.19. Decidere de omnibus rebus rationibúſque ſocietatis. 9. Att.2. Ex re & ex tempore conſilium capere.2.19. Neque tantum eſt in re,quantus eſt ſermo.de Opt.2. In re optimum quæritur, in homine quod eſt,dicitur.1.Offi.144.Turpe valdéque vitioſum eſt, in re ſeuera conuiuio dignum, aut delicatum aliquem inferre ſermonem.1.Fa.8.Rem te valdè bene geſſiſſe rumor erat. Ibid.7.Si rem iſtam ex ſententia geſſeris.3.1.Omnibus ei de rebus, quas curari à me voles,mandata des velim.2.9.Non ædepol quantam egeris rem,&c.4.Ac.112. Si enim mihi cum Peripatetico res eſſet,qui,&c.pro Cæl.42.Reuocare ſe ad curam rei domeſticæ, rei forenſis,Reipublicæ.6. Fa.18. Rei frumentariæ cauſa.pro Dom.12. Rei frumentariæ inopia.pro Cl.198. Qui res pecuniarias in agro Larinati habent. pro Cæl.42. Reuocet ſe aliquando ad cură rei domeſticæ,rei forenſis, reipublicæ.13. At.21.Quamdiu de nugis:de re enim nihil habeo,quod loquar. 6.At.3. Res geſtæ dignæ triumpho.2.Qu.Fr.12. Res geſtæ hodierni diei.2.ad Her.14. Res iudicatæ.7.Att.24.Rem miſeram: malas cauſas ſemper obtinuit, in optima concidit. Poſt red. in Sen.10. Conficere rem ſuam non minùs ſtrenuè, quàm publicam.3.de Ora.56.A re ciuili abhorrere.4.Acad.4. Rei militaris occupatio.7.V.42. Rem naualem adminiſtrare.4.Attic.15. Res diuina item: Senex ad rem diuinam dicit ſe velle diſcedere. 3. de Nat.47. Facere rem diuinam alicui deo.8.At.1. Si rem frumentariam tibi ex prouinciis ſuppeditari vis. ad Brut.18. Inopia rei frumentariæ.3.Offic.80. Vt res nummaria de communi ſententia conſtitueretur. pro S. R. 84. Tecum mihi res eſt T. Roſci. de Cl.317. Cum Hortenſio mihi magis arbitrabar rem eſſe.9.Famil.20. Cum homine edaci tibi res eſt. pro Flacc.44. Cum ciuitate mihi res eſt acerrima.pro Seſt.37. Erat huic res cum exercitu C.Marij. Læl. Vt res cœpit ire.* Hortenſ. Quæro non quibus intendam animum rebus,ſed quibus relaxem ac remittam.

¶ *Facultas, ars, negotium, ſcientia.*2.de D.76. Rem bellicam adminiſtrare.1.de Or.131. Rem militarem diſcere.Ibid.210. De rebus ad rem militarem pertinentibus.pro Pom.28. Rei militaris ſcientia. 7. V. 42. Res naualis.de Sen.54. Liber,quem de rebus ruſticis ſcripſi. I. P. 54. Vir fortis,in primis belli ac rei militaris peritus Qu.Martius.

¶ *Cauſſa.*2.de Nat.1.Vtraque re valuiſti.4.Tuſ.23.Qua oratione minimè neceſſaria prætermiſſa, ea quæ rem continent,pertractemus.4.Ac.111. Superius illud ea re eſſe conceſſum.

¶ *Bona, opes, patrimonium.*9. Fa.13.Res familiaris vix equeſtris. 2.de Or.& 11.Fam. Familiaris res mea.2.Offi.87. Res familiaris augeatur ratione,diligentia,parſimonia.ibid.54.Quamobrē nec ita claudenda eſt res familiaris, vt eam benignitas aperire non poſſit:nec ita reſeranda, vt pateat omnib.1. Tuſc.75. Res familiaris miniſtra eſt & famula corporis.1.Off.92. Res familiaris non libidini potiùs luxuríæque,quàm liberalitati beneficentíæque pareat. ibid. Res familiaris primùm bene parta ſit, nullo neque turpi quæſtu,neque odioſo.ibidem.Res familiaris quàm plurimis,modò dignis,ſe vtilem præbeat.2.Offi.87. Res familiaris quæri debet iis rebus,à quibus abeſt turpitudo:conſeruari autem diligentia & parſimonia:eiſdem etiam rebus augeri.1.Tuſ.75.Res familiaris miniſtra & famula corporis. 2.de Or.97.Res familiaris mea.11.A.4.Conſtituere rem familiarem ſuam.2.Tuſc.Res domeſtica,& familiaris.2.Off.87.Res autem familiaris quęri debet his rebus,à quibus abeſt turpitudo.4.At. 3.Re familiari comminuti ſumus.3.de N.87.Honoribus aucti, aut re familiari.ad Br.18.Rei familiaris iactura tolerabilis eſt. 9.Fa.13.Res familiaris valdè exigua.9.Att.6.Res priuatæ.*id eſt,* bona priuatorum. de Sen.1. Verſus,quibus affatur Flaminium ille vir,haud magna cum re,ſed fide plenus.pro R.P.38.Augere rem bonis & honeſtis rationibus.Par.6.Qui honeſtè rem quærunt mercaturis faciēdis.2.de Or.274. Homo fatuus,poſtquàm rem habere cœpit,eſt mortuus.9.Fa.16.Rem habere bona perdere.de Se. 58. Xenophontis liber de tuenda re familiari, qui Oeconomicus inſcribitur.7.10.& pro Mur.30.

*Rem repetunt armis.*——

2.C.10. Res eos iam pridem,fides deficere nuper cœpit.2.Offi. 64. Rem familiarem dilabi ſinere, flagitioſum eſt. 1. C. Haud magna in re.*id eſt,in fortuna tenui, & anguſtia rei familiaris, ita vt in augenda re, non auaritiæ prædam, ſed inſtrumentum bonitati quærere videretur.*pro Qu.9.Res aut honos agatur.11. Famil.21. Rem veterem comederit 2. Offic.73. Non eſſe in ciuitate duo millia hominum,qui rem habeant.*Oecon.1.Cùm verò paratę res ſub tectum eſſent congeſtæ,alium eſſe oportuit, qui & illatas cuſtodiret.

¶ *Commodum, vtilitas, vſus, beneficium.* pro Clu.196. Summa eſt enim hominis in communem municipij rem diligentia,in ſingulos municipes benignitas.13. Fa.4. Rei alterius deeſſe.2.P.5. Contra rem alicuius venire. pro S.R.115. Si ex eo non paulùm neſcio quid in rem ſuam conuertit. 5. V.115. Quòd ſi tua res non ageretur, à te potiùs poſtularent,ne ampliùs quàm ſingulas,quàm ab Apronio,vt ne plus quàm ternas decumas darent. Poſtq.in Se.10. Qui ſuam rem non minùs ſtrenuè, quàm publicam confecit.

¶ *Factum.* 4.ad Her.1.Nihil neque ante rem,neque præter rem locuti ſumus. 1. de Fin.24. Réque ex vtraque parte audita. pro Cæl.53.Rem tanti ſceleris nemini fuiſſe credenda.2.de Or.103. Cùm rem penitùs cauſámque cognoui,&c.

¶ *Euentus, exitus, effectus.*4.Fa.11.Re præſtare aliquid.*Lege*,R E F E L L O. Or.107.Adoleſcens non tam re & maturitate, quàm ſpe & expectatione laudatus.pro Do.142.Omnes qui aut re aut ſpe ſunt boni.pro Cl.47. Seruus,vt ipſa res demonſtrauit,frugi. 1.de D.50.Ita res ſomnium comprobauit.

¶ *Occaſio, opportunitas.*14.At.6.Antonij colloquium cum heroibus noſtris pro re nata non incōmodum.7.8.Animaduerteram poſſe pro re nata, te non incommodè ad me in Albanū venire.

¶ *Promiſcua.*pro Clu.54.Verbo ille reus erat:re quidem vera,& periculo,& tota accuſatione Oppianicus.3. Offic.76. At dares hanc vim M.Craſſo,&c.eſſe,qui re vera non eſſet hæres,in foro (mihi crede)ſaltaret.9.Fam.15.Re ipſa eſt.pro Roſc.Amer.123. Qui recuſet, eum profectò, tametſi verbo non audeat, tamen reipſa de maleficio ſuo confiteri.4. V. 172. Re ac ratione cum aliquo eſſe coniunctum.10.At.1.Tam re eſſe triſte quàm verbo. 3.de Nat.53.In cœlum tranſlatos non re, ſed opinione eſſe dicunt.4.de Fin.60. Re conſentire,verbis diſcrepare.2.de Fin.52. Vt in omnibus factis re, non teſte moueamur. 1.15. Oratio me iſtius Philoſophi non offendit,re mihi non ſatisfacit.1.de Diu. 28. Qui re omiſſa nomen tantùm tenent.2.Tuſc.30.Sed re ſuccumbere non oportebat verbis gloriantē.11.At.5.Rem ad ſummam negotij vides.1.Off.32.1.de Ora.250. In rem præſentem venire.13.Fa.76.Rem cum eo cōficiatis,vt quam poſſeſſionem habet in agro Fregellano à vobis emptam,eam liberam & immunem habere poſſit,&c.1.Off.73.Ad rem gerendam qui accedit,caueat ne id modò conſideret,quàm illa res honeſta ſit,ſed etiã vt habeat efficiēdi facultatē.2.ad Her.10. Rem peragunt. pro Cl.39.Rem tranſigere.pro Roſc.Am.44.Vides Eruci,quantum diſtet argumentatio tua à re ipſa atque à veritate. Or.214. Nihil ad rem,extrema illa longa ſit,an breuis.Part.1.Quum re ♀ ac factis longè aliter iudicauiſſent.‖pro Do.142.Qui aut re,aut ſpe denique boni ſunt.13.Fa.15.Re doctus.*Incer.Cùm ex aduerſis & perditis rebus ad meliorem ſtatū fortuna reuocatur.

† Adivncti. Abſurda, pro Corn. Abditæ, & obſcuræ, bonæ, contrariæque, idonea, finitimæ, mobiles & concitatæ, occultæ & ab ipſa natura inuolutæ, perſpicuæ & euidentes, pulcherrimæ, ſimillimæ, terribilis, 4. Acad. Abſconditæ, agraria, ampla & honeſta, apertior, artificioſa, digna auribus eruditis, digniores, ignotæ, inanimæ, inuolutæ, magnæ & ſalutares, maior atque vtilior, mirifica, neceſſaria, nummaria, veteres, vrbanæ, pacatæ, 2. Offic. Acerba & indigna, aduentitia, hereditaria, aliena, bona, noua, atque improuiſa, notæ & manifeſtæ, ſcelerata ac nefaria, ſumma, turpis & nefaria, vendibilis, vſitata, 3. Ver. Acerrima & conficientiſſima literarum, pro Rab. Aduerſæ.)(. ſecundæ, ſolida, expreſſa, 3. Tuſ. Aduerſæ.)(. iucundæ, fictæ & adumbratæ, flagitioſæ, fragiles, caducæque, humanæ, humilis, & contempta, imbecilles, inanes, iniuſtæ, innumerabiles, lætæ, leuiores, perutiles, ſplendidiores, de Ami. Aeſtiuæ, 3. Fa. Afflictæ, contraria, diſſimiles, externæ, proſperæ.)(. aduerſæ, plena officiorum, præclariſſima, procliuis ad perniciem, vxoria, 3. Offic. Alienæ, bellicæ, vrbanæ, graues ſeriæque, honeſtæ, & dignæ cognitione, & pertinentes ab benè beatéque viuendum, magnæ, & maximè vtiles, ſed vehementer arduæ, plenæque laboris, & periculorum, maximæ, & maximè neceſſariæ, obſcuræ, difficiles, non neceſſariæ, occultæ, & admirabiles, præſentes, proſperæ, & ad voluntatem noſtram fluentes, ſecundiſſimæ, ſeriæ, otioſæ, 1. Offi. Amicæ, & maximè neceſſariæ, minimè apta moribus alicuius, 5. Attic. Ambigua, de Clar. Antiquiſſima, 5. Tuſcu. Aperta, atrox, celebratiſſimæ, glorioſior, commendatior hominum memoriæ ſempiternæ, 2. Philip. Aperta, & ſimplex, atrociſſima, infirma & nugatoria, pro Cec. Ampliores, 8. At. Aptæ colligatæque, 1. de Natu. Arduæ, & difficiles, atroces, & perſpicuæ, extraneæ, familiares, grandes, idoneæ, magnæ, & memoria dignæ, & excelſæ, multæ & magnæ, mutæ, & expertes animi, occultæ, & neceſſariæ, plures & pauciores, priuatæ.)(. publicæ, religioſiſſimæ, reliquæ, ridicula, turpes, & humiles & illiberales, & indignæ aliqua re, veræ, & veriſimiles, 1. de Inu. Aptæ, habiles, ad naturam accommodatæ, aſperæ, bonæ, fluxæ, cæleſtes, cariſſimæ, & ſuauiſſimæ, laudabiles, variæ, veræ, & graues, 4. Att. Bonæ.)(. malæ, honeſtæ.)(. turpes, vtiles.)(. inutiles, ciuiles, contortæ, & ſæpè difficiles, crudelis, nefanda, nefaria, miſera, indigna, & noua, præſtans atque immenſa, ridicula, ſtomachoſa, & quaſi ſubmoroſa, recondita, forenſes, ciuileſque, magnificæ, militaris, mediocris arte; notæ, ac illuſtres, tenues, 2. de Orat. Cœcæ, & ab aſpectu iudicióque remotæ, 2. de Inu. Calamitoſa, alicui quæſtuoſa, & omnibus miſeranda, celeberrima, clara, & teſtata, ab aliquo iudiciaria, peruulgata, & manifeſta, iniquiſſima, & acerbiſſima, tota, turpior, & iniquior, ſanctiſſimæ, 4. Verr. Capitalis, cenſoria, inopinata ac recens, pulcherrima poſt homines natos, pro Dom. Chara, 10. Fam. Cautior, non dubia ſed aperta, atque manifeſta, immunes municipij, pecuniariæ, pecuaria, vetus, pro Clu. Certæ, propriæque, complures inter ſe, forenſes, & communes, horridæ, ieiunæ, incognitæ, minutæ, optimæ, peruulgatæ, priuatæ, atque paruæ, ſeueræ, triſtes, tragicæ, vrbanæ & expeditæ, 3. de Or. Comes & adiutrix, digna odio, illuſtrior, inuſitata, manca, 3. de Na. Claræ, & immortales, pro Syl. Commentitia, melior, infinitæ, rectæ atque laudabiles, 1. de Finib. Communis, 7. Famil. Confatalis, 2. de D. Controuerſa, & plena diſſenſionis, egregia, pro Pomp. Cùm auditu crudelis, tum viſu nefaria, de Aruſp. Debilis, 2. Tuſculan. Deſperata, 4. ad Atticum. Difficilis, dubiæ, 5. Fam. Deteſtabiles, 4. Tuſc. Diuinæ, pro Milon. & 2. de Inu. Domeſticæ, & familiares, minimæ, tenuiſſimæque, muſicæ & mathematicæ, præſtabiles aut magnitudine aut ciuitate primæ, remotiſſimæ à ciuilibus controuerſijs, diſſoluta, diuulſaque, non illiberalis ad cognoſcendum, tanta, tam improuiſa, támque noua, 1. de Or. Exigua, & vix equeſtris, 9. Fam. Eximia, 6. V. Eximiæ ac nouæ, impolitæ & acerbæ, de Pro. Expers virtutis, 3. de Fin. Exquiſitiſſima ad epulandum, 2. de Finib. Faciliores quotidiè & meliores, 6. Famil. Falſæ inter ſe & immobiles, 4. Phil. Familiaris, cùm ampla, tum caſta, 13. Phil. Familiaris, minor, 14. Phil. Firma, 5. At. Fœda, honorificentior, 1. At. Fructuoſa, de Fat. & 14. At. Frumentaria, 3. Ver. Glorioſiſſima, 4. Att. Grata, 13. Famil. Grauior, pro Syll. Improba, manifeſta, conceſſa, 5. Verr. Incredibilis, paruulæ, pro Quint. Incommodæ, 6. Famil. Inenodabiles, 1. de Diuin. Inexplicabiles, 1. At. Inimiciſſimæ, 1. de Nat. Integræ, intimæ, minima, 1. Fam. Iudicatæ, par, Top. Iuſtiores, & maiores, 15. Fam. Integra.)(. inclinata, 10. Att. Integra, & minùs infracta, 9. Att. Integra, quamuis ſuſpicioſa, pro Mur. Non inueterata, ſed recens, inuidioſa, pro Syl. Iudiciaria, 4. Ver. Leues, miſera atque acerba, & calamitoſa, pro S. R. Luctuoſa, 4. Aca. Luculenta, 4. At. Lugubris, 8. Att. Mirabilis, 1. de Diu. Moleſta, 2. At. Naturales, de Clar. Naualis, nefaria, 7. Verr. Nauticæ, negatiua, obſcura, atque difficilis, occultiſſima, perfecta, & abſoluta, ſordida, atq; deformis, pernicioſæ, ſalutares, peſtiferæ, vtiles ac ſalutares, 1. de Na. Odioſa, 6. At. Odioſa & inexplicabilis, 14. At. Operoſa, perdita, 3. Att. Opportuna, 11. Attic. Patria, atque auita, 2. Ver. Popularis, 5. Phil. Peſtiferæ. 2. Att. Phyſicæ, 2. de Nat. Placatæ ac minimè turbulentæ, Or. ad Bru. Recens, 11. Fam. Sempiternæ & ſubintelligentia ſepe carentes, terreſtres, 2. de Nat. Teſtatior, pro Cœl. Tranquilla, de Pet. Tributaria, de Aruſp. Triſtis, amara, inimica, natura ad patiendum tolerandumque difficilis, 2. Tuſc. Turbidæ, 1. de D. Verboſior, 8. Att. Viliſſimæ.)(. pretioſiſſimæ, 2. de Fin. Vtilis, & ſuauis, 2. Att. *Hæc eadem à Nannejonſe, iuit d cantata vide.*

Revera. *Vide ſuo loco.*

Resalvto. 2. A. 106. Cum omnes eum ſalutaſſent, conſtabat neminem eſſe reſalutatum.

Resarcio, *reſtituo, reficio.* pro Cæl. 38. Diſcidit veſtem, reſarcietur. 1. Fa. 9. In meis damnis ex autoritate Senatus reſarciēdis.

Rescindo, *infirmo, reſero, diſſoluo, labefacto.* 13. A. 5. Acta Antonij reſcidiſtis, leges refixiſtis. 6. Att. 1. Reſcindere conſtituta ab aliq. de Pro. 10. Is pactiones ſine vlla iniuria factas reſcidit. 3. V. 111. Reſcindere voluntates mortuorum. pro Syl. 63. Reſcindere res iudicatas. Par. 125. & pro Pl. 10. Reſcindere iudicium. 2. cont. Rull. 3. Eum locum me duce reſcidiſtis. 3. Q. Fr. 1. Fundum audio te hunc Bombilianum velle reſcindere. *aliter*, reſinere. Ibid. Augures poſſunt conſilia vel inſtituta dimittere, vel habita reſcindere. 4. V. 62. Metellus reſcindit de Epicrate & Heraclio. ‖ Ibi. 140. Totam triennij præturam reſcidiſtis.

¶ *Refello.* Ibid. 63. Reſcindere iniurias alterius, & irritas facere.

Rescindor. pro Do. 40. Quæ contra auſpicia eſſent acta, per Senatum reſcindi poſſe. pro Cec. 40. Quæ armis geſta ſunt, iure reſcindi poſſe. 1. A. 23. Quibus cùm prouocatio datur, nonne acta Cæſaris reſcinduntur? ‖ 7. V. 12. Res iudicatæ reſcindantur. pro Dom. 2. Quæ furore improborum ab aliis oppreſſa, &c. geſta ſunt, reſcinduntur.

Syntaxis. *Reſcindere acta, conſtituta, factas pactiones mortuorum voluntates, res iudicatas, iudicia. Iniurias, eaſq; irritas facere.*

Rescisco, *ſcio, intelligo, cognoſco.* 8. Fa. 12. Id poſtquàm reſciit, excanduit. 3. Offi. 91. Quærit etiam, ſi ſapiens adulterinos nummos acceperit imprudens pro bonis, cùm id reſcierit, ſoluturúſne ſit eos, ſi cui debeat, pro bonis.

Rescribo, *per literas reſpondeo.* 1. Fa. 9. Reſcribam tibi ad omnia quæ quæris. 4. At. 15. Ad eam epiſtolam reſcribam igitur. 1. 4. Non mihi graue duxi reſcribere ad te de illius querimoniis. 7. 16. Reſcripſi ad Trebatium. Ibid. 25. Pompeio ſtatim reſcripſi non me, &c. 5. 12. Cui rei fugerat me reſcribere. 1. 8. Vt epiſtolæ tuæ reſcriberem aliquid. 3. 15. Ad primam hoc tibi ſcribo, &c. reſcribo, &c. Ibid. Eò ſeriùs ad tuam epiſtolam cui ego ſtatim reſcripſeram, redditæ ſunt meæ literæ. 13. 23. Antemeridianis tuis literis heri ſtatim reſcripſi, nunc reſpondebo veſpertinis. Ibid. 6. Epiſtola, quam ad eum reſcripſeram. 1. 8. Eo factum eſt, vt epiſtolæ tuæ reſcriberem aliquid, breuitate temporis tam pauca cogerer ſcribere.

¶ *Chirographo deſcribo.* 16. 2. H-S. c c c c. ſi in præſentia ſoluerimus, reliqua reſcribamus.

† Adverb. Certiùs, 2. Att. Genuinè, fraternè, 2. ad Qu. Frat. Humaniſſimè, 5. Fa. Luculentè, 15. At. Sanè, luculentè, 14. Att. Stomachosè, 10. Attic.

Rescriptvs, *deſcriptus.* 3. Tuſ. 3. Ex quo perſpicuum eſt, & cantus tum fuiſſe reſcriptos vocum ſonis & carmina.

† Adverb. Prudenter, 12. Att.

Resecandvs. 4. Tuſc. 45. Hæc reſecanda eſſe fatentur, euelli penitùs dicunt nec poſſe, nec opus eſſe. 2. C. 11. Quæ reſecanda erunt, non patiar ad perniciem ciuitatis manare.

Reseco, *exſeco, excido.* de Am. 18. Neque id ad viuum reſeco, vt illi qui hæc ſubtiliter diſputant. 1. At. 15. Reſecare libidinem, & coërcere iuuentutem.

Resecor. 4. Tuſ. 57. Nimia reſecari oportere.

Resectvs. 2. de D. 96. Lingua inhærens ſcalpello reſecta liberatur. I. P. 43. Reſectis palpebris vigilando necari.

Syntaxis. *Ad viuum reſecare. Libidinem reſecare. Nimia ſunt reſecanda.*

Resero, *aperio* 2. Offi. 54. Non ita claudenda eſt res familiaris, vt eam benignitas aperire non poſſit: nec ita reſeranda, vt pateat omnibus. Or. 171. Non auſi reſerare. *ex Ennio.* 7. A. 1. Vt reſerare nos exteris gentibus Italiam iuberet.

Reservatvs pro Cecin. 28. Is teſtis expectatus & ad extremum reſeruatus, dixit, &c. pro S. R. 151. Ad eámne rem vos reſeruati eſtis. 1. contra Rull. 12. Idcirco à iudicibus prætermiſſam putant, quòd ſit ipſis reſeruata. * cont. C. Anto. Te non abſolutum, verùm ad aliquod ſeuerius iudicium ac maius ſupplicium reſeruatum.

Reservo, *ſeruo, conſeruo.* ad Br. 18. Omninò tempora integram tibi cauſam reſeruant. 6. Fa. 1. Rem totam vobis integram reſeruaui. 9. 1. Vt integrum mihi de cauſa Campana ad ſuum reditum reſeruarem. pro S. R. 82. Si quid eſt, quod ad teſtes reſeruet, ibi nos, &c. pro Pla. 13. Ego quoque, inquam, ad ea te tempora reuocaui, ad quæ te ipſe ſeruaras. Ibid. Si te temporibus aliis reſeruaſti. pro Seſt. 50. Atque ille vitam ſuam ad reipublicæ ſtatum reſeruauit. pro Cæl. 59. Dij præſentis fraudis pœnas in diem reſeruant. de Prou. 47. Inimicitias in aliud tempus reſeruare. 3. Qu. Fr. 1. Minutio me & Labeoni reſeruabam. 1. de Or. 224. Philoſophorum autem libros reſeruet ſibi ad huiuſcemodi Tuſculani otium. 1. At. 17. Hoc autem in congreſſum noſtrum reſeruabo. Orat. 160. Vſum loquendi populo conceſſi, ſcientiam mihi reſeruaui. pro Fl. 106. Nomen clariſſimum reipublicæ reſeruatæ. pro Seſt. 29. Quid hoc homine facias? aut quò ciuem importunum reſerues? 1. At. 13. Erras, Clodi; non te iudices vrbi, ſed carceri reſeruarunt. pro Mur. 45. Aut ſuam operam accuſationi reſeruant. I. P. 4. Ego agrum Campanum melioribus autoribus reſeruaui. in Clod. Non te iudices vrbi, ſed carceri reſeruarunt.

Reservor. 2. Qu. Fr. 7. Sed cætera, vt tu ſcribis, præſenti ſermoni reſeruentur, hoc tamen non queo differre. 7. V. 78. Eſt certa lex, quò hoc reſeruetur. pro Syll. 77. Quod ad tempus exiſtimationis partæ fructus reſeruabitur.

Syntaxis. *Reſeruare aliquid præſenti ſermoni.*

Resideo, *conſiſto, remaneo, maneo, moror.* pro Milo. 52. Cur non antè occurrit? ne in villa reſideret. 11. At. 6. In oppido aliquo mallem reſediſſe.

¶ *Perduro, permaneo.* pro Cor. 20. Si ea lex quam nos haberemus eadem, in populo aliquo tanquàm in fundo reſediſſet. 14. At. 14. Vt ne quas inimicitias reſidere in familiis arbitretur.

¶ *Latito.*

¶ *Latito*.1.C.12. Nam ſi te interfici iuſſero,reſidebit in rep.reliqua coniuratorum manus.

¶ *Superſum*. pro De. 9. Nemo vnquàm te placauit inimicus qui vllas reſediſſe in te ſimultatis reliquias ſenſerit. 5.Fam.7.Facilè plus officij reſidere apud me patior.1.Tuſ.104.In corpore mortui nullus reſidet ſenſus. 5. Famil. 16. Si in morte ſenſus vllus reſidet.

¶ *Immineo, impendeo*. pro Dom.61. Cùm horum etiam tectis ac ſedibus reſidere aliquod bellum ſemper videretur. 1.C.31. Periculum autem reſidebit,& erit incluſum penitus in venis atque in viſceribus.

¶ *Vigeo,ſum, reluceo*. 12. Fa.3.Etiam nunc reſidet ſpes in virtute tua.de Sen.61. Cuius non in ſententia ſolùm,ſed etiam in nutu reſidebat autoritas. Anteq.30.O miſera vitæ ratio,quæ tamdiu reſides in voluptate.5.Fa.5.Si quid,reſidet in te amoris erga me.

¶ *Sedor*.in Sallu.10. Omnia quæ commota fuerant, pace & otio reſederunt.3.Tuſc.26.Cùm timor animo reſediſſet. 8.Famil.2. Marcelli impetus reſederunt. Antequam.9. Quomodo ſpes ſalutis cæteris reſidebit? cùm,&c. * De ſuis conſi. Tarditate modorum & grauitate cantus illorum furentem petulantiam reſediſſe.

Rheda, *genus vehiculi*. 2. Ant. 58. Sequebatur rheda cum lenonibus. pro Milon.28. Obuius fit ei Clodius expeditus in equo, nulla rheda, nullis impedimentis. ibid. Cùm Milo cum vxore veheretur in rheda penulatus,&c. 5.Attic. 17. Hanc epiſtolam dictaui ſedens in rheda.6.1.Hic Vedius venit mihi obuiam cum duobus eſſedis & rheda equis iuncta.

Rhedarivs,pro Mil.29.Aduerſi rhedarium occidunt.

Rhegyvm, *vrbs Calabriæ*.12.Fam.25.

Rhegyni, *populi*.6.V.26.

Rhemmia lex. *Lege*, Leges variæ.

Rhenvs, *fluuius*.I.P.81.Rheni foſſa gurgitibus illis redundans

Rhetor, *orator, dicendi artifex & doctor, qui dicendi præcepta tradit, rhetoricus doctor*. 1.de Orat. 84.Qui rhetores nominabantur, & qui dicendi præcepta tradunt.2.Ant.42.Rhetor magiſter declamandi.1.de Inu.6.Vis & artificium rhetoris.de Clar.42.Cõceſſum eſt rhetoribus mentiri,& in hiſtoriis,vt,&c.3. Qu.Fr.1. Cicero noſter dum ego adſum,non ceſſauit apud rhetorem.Ib. 3. Pæonius rhetor, homo, opinor , valdè exercitatus & bonus. Ibid.Quæ poteſt turpitudinis eſſe tanta defenſio?cupiõ audire, vt videam , vbi rhetoris tanta merces , vbi campus Leontinus appareat.2.in Ant.101.Quaſi rhetor ille diſertum facere poſſet 2.de N. 1. Nam neque indiſertum Academicum pertimuiſſem, neque ſine philoſophia rhetorem quemuis eloquentem.1. Off. 132.Contentionis præcepta rhetorum ſunt, nulla ſermonis. 2. de Finib.17. Quaſi verò perpetua oratio rhetorum ſolùm , non etiam philoſophorum ſit. Ibidem. Latiùs loquuntur rhetores, dialectici autem cõpreſſiùs.Or.61.Sed & Græcè ab eloquendo rhetor,& Latinè eloquens dictus eſt.2. de Natur.1.Rhetor eloquens.Orat.93. Hanc hypallagen rhetores, metonymiam grãmatici vocant.Ibid.42.Plato exagitator omnium rhetorum. 3. de Or.78.Corax & Pamphilus rhetores.2. de Inuent.7.Magnus & nobilis rhetor Iſocrates.3. de Finib.4. Artes rhetorum totæ ſunt forenſes ac populares.

† Adivnct. Antiquiſſimus,eloquentiſſimi,atque ſtudioſiſſimi, magnus & nobilis,1. de Inuent. Antiquiſſimus , imprimis nobilis rhetor, 1.Acad.Doctiſſimus, magnus,Top.Eloquens,1.de Nat.

Rhetorica, *ars rhetorica, rhetoris ars , vis oratoria, oratoris facultas , ratio dicendi , copia dicendi & commoditas orationis*. 1. ad Her.1.1.de In.6. Artificioſa eloquentia, quam rhetoricam vocant.2. de Fin.17. Zeno omnem vim eloquendi in duas partes tributam eſſe dicebat , rhetoricam palmæ, dialecticámque pugno ſimilem eſſe : quòd latiùs loquerentur rhetores,dialectici autem compreſſiùs. Ibidem.Dicámque ſi potero rhetoricè: ſed hac rhetorica philoſophorum , non noſtra illa forenſi , quam neceſſe eſt,cùm populariter loquamur,eſſe interdum paulò hebetiorem.4. de Finib. 7. Scripſit artem rhetoricam Cleanthes, Chryſippus etiam, ſed ſic , vt ſi quis obmuteſcere concupierit, nihil aliud legat.

† Adivnc. Forenſis, paulò hebetior, 2.de Finibus. Similis palmæ, 3. de Orat.

Rhetorica, *rhetorum res, ſiue præcepta*. de Fat.4.Mihi rhetorica veſtra ſat nota ſunt.

Rhetorice, *rhetorico more, copioſè, ſplendidè, ornatè*.2.de Fi.17. Rhetoricè igitur num mauis, quàm dialecticè diſputari.3. Tuſ. 63.At quàm rhetoricè, quàm copioſè,quas ſententias colligit, quæ verba contorquet ? de Cl. 43.Rhetoricè & tragicè ornare aliquid.3.de Fi.26. Poteſt id quidem fusè & copioſè, & omnibus electiſſimis verbis grauiſſimiſque ſententiis rhetoricè & augeri, & ornari.

Rhetoricoteros, *magis rhetor , vel maior orator*. 3.de Orat. 169.

*Craſſum habeo generum, ne rhetoricotero tu ſis*. Lucilij.

*Quidam legunt* Rhetoriſtero.

Rhetoricvs, adiect. 1.de Ora.133.Et noſtro more aliquando, non rhetorico loquamur. Ibid. 87. Quæ arte ſua rhetorici illi doctores complecterentur.2.de N.168. Exercitationes rhetoricæ. 2. de Orat. 10. Rhetorici quidam libri , quos tu agreſtes vocas.

Rhodanvs, *fluuius*. 10. Fam. 11.

Rhodos, *inſula*. 2. Att. 1. 3. Off. 50.

Rhodii, *populi*. 3.Offi.50. pro Pom.

Rhopographia, *virgultorum ſtirpiumq́ue deſcriptio , qualis ad ripas amnium eſſe ſolet, vel natura, vel arte facta. Lege*, Ripvla.

Rhythmvs, *vide*, Nvmervs.

Rhythmici, *qui ſtudioſè numeros ligant , quos muſici canant ad lyram : & omninò rhythmici ſunt poëtæ lyrici*. 3.de Orat.118.Nec ſunt hæc rhythmicorum aut muſicorum acerrima norma dirigenda.

Ricinivm, *pallij genus, ſiue veſtimentum quadratum*.2. de L.59. Extenuato ſumptu tribus riciniis purpuræ, & decem tibicinibus, tollit etiam lamentationis. Ibid. 64.

Rictvs, *os , præſertim minax, & hians*. 6.V.94.Rictus ſimulachri Herculis, & mentum paulo attritius.

Rideo, *riſum edo vel facio*. 5. 62. Ridere conuiuæ, cachinnari ipſe Apronius.7.Fa.25.Vereris,ne,&c. rideamus *γέλωτα σαρδόνιον. prouerb*. 2.Qu.Fr.2. Riſi niuem atram, téque hilari animo eſſe & prompto ad iocandum valdè me iuuat. 5.de Fin. 91. M. Craſſus, quem ſemel ait in vita riſiſſe Lucilius , & ea re ἀγέλαστον vocatum. 14. Att. 15. De hæreſi Veſtoriana , & de Pherionum more Puteolano , riſiſſe me ſatis , nihil eſt neceſſe me reſcribere.

¶ *Derideo*.2.Fa.9. Dediſti nobis, quem ſemper ridere poſſemus. de Ar. 8. Cùm riſeritis impudentiam hominis , tum à me tota concione audietis.

† Adverb. Familiariter , doctè , 12. Famil. Valdè , vehementer , 2. de Orat.

Ridicvle, *facetè, per ridiculum, ioco*. 6. V. 148. Theomneſtus quidam homo ridiculè inſanus.4. ad Her. 10. Ridiculè facere. 9. Fam. 22. Dicere aliquid ridiculè.2. de Orat. 243. Colligere multa non modò acutè, ſed etiam ridiculè ac facetè.

Ridicvlvm, *iocus, facetia, digna res quæ omnium irriſione ludatur*.2. de Orat.286. Sæpe etiam ſententioſè ridicula dicuntur.

Or.57.

Orat.87. Altero vtetur in iacendo mittendóque ridiculo. ibid. Vitabit etiam ridicula quæſita,nec extempore ficta, ſed domo allata,quæ plerunque ſunt frigida.ibid. Ridiculum ſubobſcœnum.1.Off.134.Per ridiculum dicere aliquid.

† ADIVNCT. Ciuile,faceta,frigida,multa,patiens, ac lentum,quæſita,nec ex tempore ficta,ſed domo allata,ſtomachoſa,& quaſi ſummoroſa,2.de Or.Frequens,de Cl. Subobſcœnum,Or.

RIDICVLVS, *iocularis*. 1.Att.10. Facie magis quàm facetiis ridiculus.2.de Or.217.Inueni ridicula & falſa multa Græcorum. pro Arch.8.Eſt ridiculũ ad ea,quæ habemus,nihil dicere, quærere quæ habere non poſſumus.1.V.59.Ridiculũ eſt putare,&c.

† ADVERB. Admodùm,2.de Diu.Oppidò,ſententioſè,2.de Or.

Syntaxis. *Ridicula ſententioſè dicta. Iacere,mittereq; ridiculum. Ridiculum quæſitum non ex tempore fictum, ſed domo allatum,frigidum: Per ridiculum dicere aliquid. Ridiculus facie,non facetijs. Id agere,eſt ridiculum.*

RIGEO, *conglacio, congelo*. 1.Tuſc.69. Quòd aut frigore rigeant, aut vrantur calore.

RIGIDVS, *durus, erectus, rudis*. 1.de Nat.102.Ibes ſunt aues excelſæ,rigidis cruribus,procero roſtro.de Cla.70.Canachi ſigna rigidiora ſunt,quàm vt imitentur veritatem.

RIGO, *reſpergo*.1.de Diu.20.

*—Quæ paruos Mauortis ſanguine natos*
*Vberibus grauidis vitali rore rigabat.*

4.ad Her.10. Iſti cùm ſe fontes eſſe dicant, & omnium rigare debeant ingenia,non putant,&c.

RIMA, *hiatus*. 14.At.9.Tabernæ mihi duæ corruerũt,reliquæ rimas agunt.Or.231. Neque infercies verba,quaſi rimas expleat.

RIMOR, *ſcrutor,inquiro*.1.de Diu.130. Sed tamen id quod rimatur,quantum poteſt.Poſſidonius.

RINGOR. *Lege*, SVBRINGOR.

RIPA. 2.de N.98. Liquores perlucidi, amnium riparum veſtitus viridiſſimi. de Cl. 316. Fluuium extra ripas diffluentem coërcere. 2.A.26. Si ille ad eam ripam, quam conſtituerat, non ad contrariam naui ſe applicuiſſet. 1.de Diu.58. Eodem equo aduerſam aſcendi ripam.ibidem. Ad quandam magni fluminis ripam. de Clar. 54. Cùm plebs prope ripam Anienis conſediſſet.1.de Leg.15.In viridi & opaca ripa inambulare.pro Mil.75. Ripa lacus.

† ADIVNCT. Aduerſa,1.de Diu.Contraria,5.Philip.Viridis,opacáque, 2.de Legib.

RIPVLA, *ripa*.15.Att.16. Hæc rhopographia ripulæ videtur habitura celerem ſatietatem.

Syntax. *Viridiſſimi riparũ veſtitus. Diffluens fluuius extra ripas.*

RISVS. 6.Att.3. In quo tamen ille mihi riſum magis quàm ſtomachum mouere ſolet. 2.de Orat. 235. Quo pacto concitetur riſus,quomodo exiſtat,atque ita repentè erumpat, viderit Democritus.& ibid.*de riſu*.2.A.73.Qui riſus hominum de te erat? tantam eſſe tabellam, &c.14. P.1. Lætitiæ riſus ſatis maximæ præclariſſimęque pugnę.6.V.27.Riſus populi atque admurmuratio omnium facta eſt.8.Fam.9.Poſt repulſam verò riſus facit, ciuem bonum ludit,& contra Cęſarem ſententias dicit.2.Q.Fr. 5.In tabulam magni riſus conſequebantur.5.Fa.2.Viſa eſt oratio non iniucunda, & mediocris quidam riſus eſt conſecutus. de Cl.292.Equidem in quibuſdam riſum vix tenebam.2. Q.Fr. 9.Memini miros riſus nos edere.

† ADIVNCT. Magnus,2.de Orat.Magni,miri,2.ad Qu.Frat.Maiores, maximi,de Cl.Maximus,9.Fam.Mediocris,5.Fam.

Syntaxis. *Mouere riſum,concitare.Riſus & admurmuratio facta. Riſum edere,tenere.*

RITE, *rectè*. 1. de Nat.52. Hunc Deum ritè beatéq; duxerimus, veſtrum verò laborioſiſſimum.2.62.Quorum animi cùm æternitate fruerentur, dij ritè ſunt habiti.2.de Fin.37. Quæ poteſt appellari ritè ſapientia.1.de D.21.Veteres ritè deos coluerunt. de Aruſp.23. Si ædilis verbo aberrauit, ludi non ſunt ritè facti. pro Dom.134. Is nihil ritè,nihil caſtè,nihil more inſtitutóque perfecit.1.ad Her.23.Teſtamentum ipſo præſente conſcribunt, teſtes ritè affuerunt.1.de L.22.Ratio cùm perfecta eſt,nominatur ritè ſapientia.

Syntaxis. *Ritè,beateq; ducere,dicere.*

RITVALIS. 1.de D.72.Rituales libri hi erant Hetruſcorum de ritibus & diſciplina ciuitatis.

RITVS, *mos,conſuetudo rata & firma, præcipuè ſacra*. 2.de Leg.40. Deinceps in lege,vt de ritibus patriis colantur optimi.Ibid.22. Ex ritibus patriis optima colunto.3.de Nat.51.Certæ tempeſtates pop.Rom.ritibus cõſecratæ ſunt.pro Dom.132.Quibúſnam verbis, aut quo ritu eius domum conſecrares.2.de L.20. Quóque modo & ritu fiant,diſcunto.Ibid.27.Ritus familię patrúmque ſeruari.

¶ *Mos etiam prauus*.de Am.31.Qui pecudum ritu omnia ad voluptatem referunt.2.P.62. Erat ei viuendum latronum ritu.

† ADIVNCT. Optimi,3.de Legibus.Patrij,2.de Legibus.

Syntaxis. *Ritus patrij,familiæ,patrum,latronum,pecudum.*

RIVALIS, *æmulus,quaſi competitor*.3.Qu.Fr.8. Pompeius quàm ſe ipſe amans ſine riuali.

RIVALITAS. 4.Tuſc.56. Æmulatio,quæ riualitati ſimilis eſt.

RIVVLVS. pro Cæl. 19. Vt riuulus accerſitus & ductus ab ipſo capite.2.de Ora.117. Tardi ingenij eſt,riuulos conſectari,fontes rerum non videre.

RIVVS. Top.33. Riuorum à fonte deductio.de Fat.6.

RIXA, *lis,turba,iurgium*.6.V.148. Ecce autem noua turba atque rixa.pro Cecin.14.Defenſor nimiùm litigioſus,concitus ad rixam.9.Fam.22. Academiæ noſtræ cum eo magna rixa eſt.*Ac. In quorum rixam ſi Academicus incurrerit.

† ADIVNCT. Magna,9.Fam.Noua,6.Ver.

RIXOR, *iurgio contendo*.2.de Or.240.Cùm eſſet cum ea Tarracinæ de amicula rixatus.

ROBORO, *corroboro,confirmo,ſancio*.Orat.42. Eloquentia educata nutrimentis epidictici generis,ipſa ſe poſteà colorat & roborat. 1.Offi.112.Cato grauitate ſuam perpetua autoritate roborauit.

ROBOROR. 12.Fam.10. Vt hæc autoritate tua roborarentur.

Syntaxis. *Orationem roborare & colorare.*

ROBVR, *quercus,ſiue duriſſimum lignum*.2.de D.85.In robore inſculptas fuiſſe priſcarum literarum notas.Ibid.86. Quis robur illud incidit,dolauit,inſcripſit? pro Mur.74. Lacedæmonij qui ♣ quotidianis epulis in robore accumbunt.‖4.Aca.100. Dolatus è robore.

¶ *Vis,virtus,firmitas,nerui,firmamẽtum*.pro Pom.10.Altera pars quæ multò plus firmamenti ac roboris habebat. pro Dom. 67. Cùm iam à firmiſſimo robore copiarum ſuarum relictus eſſet. de Ar.19. Nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos ſuperauimus.pro Cæl. 73. Cùm autem paulùm iam roboris acceſſiſſet ætati,in Africam profectus eſt.pro Cl.153. Cn. Tintinnius,C. Mecœnas,illa robora populi Rom.pro Mur.58. Venio nunc ad Catonem,quod eſt firmamentum ac robur totius accuſationis. 5.de Fin.12. Dummodò plus in virtute teneamus firmitatis & roboris.6. At.5. Auxilia ſanè bona Galatarum(hæc enim ſunt noſtra robora.)Ora.34.Verſari in optimorum ciuium vel flore vel robore.pro Font.16. Equites tantum habuerunt animi,tantum roboris, vt, &c.2.de Orat.343. Virtutes quæ in animi magnitudine & robore poſitæ ſunt. 1. Tuſc.95. In animi robore, & magnitudine.7.Fam.1.Quantum in cuiuſque animo roboris eſt & neruorum. 10.33. Nam & robur, & ſoboles militum interiit. 2. contra Rull. 96. Si paulùm aſſumpſerint vetuſtatis ac roboris, non continebuntur. pro S. R.149. Meſſala, qui ſi iam ſatis ætatis ac roboris haberet,ipſe pro Sext.Roſcio diceret.10. A.16. Alter virtutis robore firmior, quàm ætatis,cum his profectus eſt. pro Mil. 102. Milo eſt incredibili quodam robore animi ſeptus.1.Off.15. Animi excelſi atque inuicti magnitudo ac robur.

† ADIVNCT. Firmiſſimum,pro Dom.Incredibile animi,pro Mil.

Syntaxis. *Firmamentum ac robur. A copiarum robore derelinqui. Aetate robur accidens.Cæſ.imperij Romani robur.Firmitas ac robur. In ciuium flore roboreq; verſari.Equitũ animus & robur. Robur & magnitudo animi. Animi robur ac nerui. Animi robore ſeptus. Excelſi & inuicti animi robur.Clodius accuſationis robur.*

ROBVSTVS, *fortis,valens,potens,neruoſus,habens firmamentum & robur, multùm vel ſatis virium habens, maximis corporis viribus, lacertoſus*.2.con.Rul.83.Robuſtus,& valens,& audax ſatelles.2. C.20. Homo ætate confectus, exercitatione robuſtus.pro Pl. 21.Non enim tribum Tarentinam, ſed ſolidam & robuſtam,& aſſiduam frequentiam præbuerunt. pro Cæl.7. Vellem aliquis ex vobis robuſtioribus hunc maledicendi locum ſuſcepiſſet. 2. A.63.Sed hæc quæ robuſtioris improbitatis ſunt omittamus.5. P.31. Malum inueteratum fit plerunque robuſtius. 1. de D.35. Res vetuſtate robuſtas calumniando velle peruertere. 4. Tuſc. 50.Robuſta illa & ſtabilis fortitudo.1.V.48.In clamando video eum eſſe bene robuſtum. pro Syl.47.Quòd ſi eſſes vſu atq; ætate robuſtior,eſſem,&c.9.At.2. Quãtò & honor hic illo eſt amplior,eſt ipſe robuſtior.

¶ *Prouectior*. de Ar.42. Deinde iam robuſtus, &c.*id eſt,grandior factus*.1.Offi.67. Robuſtus animus.5.A.43. Cn.Pompeius ætate robuſtior.

† ADVERB. Benè & exercitatus,1.Ver.

Syntaxis. *Robuſtus & valens.Robuſta ſolidaq; frequentia.Robuſta improbitas,malum.Robuſta & ſtabilis fortitudo.In clamando robuſtus.Vſu robuſtus.*

RODO, *corrodo, derodo, exedo*. 2.de Diuin. 59. Quaſi verò quicquam interſit, mures noctem & diem aliquid rodentes, ſcuta an cribra corroſerint. ibid. Quòd clypeos Lanuuij mures roſiſſent.

¶ *Tranſlatè,carpo*.pro Cor.57. Qui aliquem in cõuiuiis rodunt, in circulis vellicant,vbique carpunt.

Syntaxis. *Rodere noctem & diem aliquid.Famam rodere,vellicare,carpere.*

ROGANDVS, *orandus*.Brut.16. Nos hi ſumus,de quorum ſalute

vnus homo rogandus videatur.7.V. 58. Quo tempore etiamſi precariò eſſent rogandi, tamen ab iis impetraretur.3.Offic.44. Mos rogandi iudicis, quæ ſalua fide facere poſſit. 4. Tuſc. 78. Aut rogandi ſunt, orandíque, vt, &c.

ROGANS. 4. Fa. 4. Cæſar dixit: ſe Senatui roganti de Marcello ne hominis quidem cauſa rogaturum.

ROGATIO, *rogatus, obteſtatio, preces*. 3. Qu. Fr. 1. Ego Curtium rogatione tua diligo. 3. de Ora.201. Rogatio, & huic finitima percontatio.

¶ *Eſt item lex de quibuſdam, non omnibus: ſic dicta, quòd rogando populo feratur.* de Cl. 89. T. Libo tribun. plebis rogationem in Galbam priuilegij ſimilem tulit. pro Corn. 33. Rogatio, quæ de Pompeio à Gellio lata eſt. pro Syl.65. Sylla eam rogationem de ſe ferri non vult. pro Clu. 140. Diſſuaſio rogationis eius quæ contra coloniam Narbonenſem ferebatur. Poſtq. ad Quir. 10. Tribunitiis illis rogationibus ſunt reſtituti. pro Dom.50. Si retulit falſum S. C. tum eſt rogatio, ſi non retulit, nulla eſt. pro Seſt. 25. Promulgatur ab eodem rogatio de mea pernicie.2. de Ora.197. Tribuni ex templo pulſi, cùm rogationi intercedere vellent.2.Qu.Fr.3. Perferre rogationem.

† ADIVNC. Non tam ambitioſæ quàm neceſſariæ, 6. Famil. Conſularis, 1. Att. Gratioſiſſima, de Aruſp. Iuſta, ſcel. pro Dom. Similis priuilegij, de Clar. Tribunitiæ, Poſtquàm ad Quir.

ROGATIVNCVLA, *rogatio legis, per contemptum ſic appellata.* pro Dom. 51.

¶ *Interrogatiuncula.* 1. de Fin.39. Chryſippum hac eſſe rogatiuncula delectatum.

☞ Syntaxis. *Rogationem ferri, promulgari de alicuius pernicie. Intercedere rogationi.*

ROGATOR, *qui rogat, petit, quærit, qui ciſtas defert colligendis ſuffragijs per tribus.* 2. de N.10. Aruſpices reſponderunt, non iuſtum fuiſſe comitiorum rogatorem. 1. de Diu.33. & 2.74. Qui rogator centuriæ fuiſſet. I.P.36. Vos rogatores, vos deribitores, (*alij*, diſtributores, *legunt*) vos cuſtodes fuiſtis tabularum. Poſtq. in Sen. 27. Quando tot rogatores, &c. 16.At.17. Quanquam hæc epiſtola non ſuaſoris eſt, ſed rogatoris.

† ADIVNC. Iuſtus, 1. de Diuin.

ROGATVM. pro Fl. 10. Is nunquàm mihi ad rogatum reſpondet, & accuſatori plus quàm ad rogatum reſpondet.

ROGATVS, *oratus.* 1. de N. 15. Ad eum ipſius rogatu accerſitúq; veneram. de Amic. 4. Vt prodeſſem multis tuo rogatu.7.Fam.1. Rogatu eorum, qui, &c. 13.36. Rogatu meo impetrauit. 1. Att. 7. Et ego eius rogatu rogo.

☞ Syntaxis. *Accerſitu, rogatuq́; alicuius ire. Rogatu alicuius impetrare, rogare.*

ROGATVS. 6.V.17. Tametſi rogatus de Cymbea, tenetis memoria quid reſponderit. 1. At. 10. Primùm ſcito me non eſſe rogatum ſententiam. 1. V. 63. Ille ab Sardis rogatus ad cauſam acceſſerat.

¶ *Populari rogatione.* pro Seſt.53. Illo die mihi pernicies, Gabinio & Piſoni prouincia rogata eſt. 1.C.28. Leges quæ de ciuium reorum ſupplicio rogatæ ſunt. pro Dom. 50. Hæc lex iure rogata eſt. pro Cec. 95. Si quid ius non eſſet rogari, eius ea lege nihilum rogatum.

† ADIVNC. Iniuſtè leges, pro Seſt. Nominatim de aliquo, ibidem. Valdè ac diligenter, de pet. Conſ.

ROGO, *oro, precor, precariò precor, quæſo, deprecor, obſecro, obteſtor.* Anteq. 30. Illud à vobis peto & rogo, vt, &c. 1. Qu. Fr. 2. Hoc te ita rogo, vt maiore ſtudio rogare non poſſim. 3. 1. Taurum de aqua per fundum ducenda rogabo. Ibid.5. Quod me de faciendis verſibus rogas, incredibile eſt, &c. de Am. 40. Neque rogemus res turpes, neque faciamus rogati. Poſtq. in Sen. 16. Quem in Senatu tertio loco ſententiam rogaris.2. Qu.Fr.1. Faciliùs de priuatis me primùm ſententiam rogauit. 9. At.18. Cæſar volet, vt Coſſ. roget prætor, vel dictatorem dicat. 13. Fa.1. Nunc à te illud primùm rogabo, nequid facias, &c. 14. At.13. Meo iure te hoc beneficium rogo. 10.11. Mi Planci rogo te atque etiam oro, ſic medius fidius, vt, &c. 4. ad Heren. 10. Sed huius exemplum aliunde rogabo, tibíque oſtendam. 1. Tuſc.17. Si te rogauero, nonne reſpondebis? 5. de Fin. 82. Quid me iſtud rogas, inquam? Stoicos roga. Ora.2. Quod quoniam me ſæpiùs rogas, &c. 3.V.72. Rogat & orat, &c. 1.3. Rogare & orare, ne illos ſupplices aſpernaret. 6. 12. Profectò hinc natum eſt, Malo emere quàm rogare, prouerbium. 3. Fam.8. Nihil addidi, niſi quòd publicani me rogarunt. 6.V.64. Iſte petit à rege, & eum pluribus verbis rogat, vti, &c. I. V. 10. Tum reſpondeto ad ea, quæ de te ipſe rogâro. 16. At. 18. Quod vt facias, vehementer etiam atque etiam rogo. ‖ 5. Tuſc. 91. Cùm poſtridiè rogarent eum.

¶ *Cum populo ago de lege, de rogatione, legem fero, ſtatuo.* 3. de L.9. Quod tribuni plebem rogaſſent, ratum eſto. pro Flac. 30. Nos hîc in mare ſuperum & inferum ſeſtertiûm ter & quadragies rogamus. * pro C.Corn.1. Legem dedit, an tulit, an rogauit, an hortatus eſt?



† ADVERB. Acriùs, 2. Attic. Arroganter, contumaciter, 6. Attic. Auſpicatò, 2. de Nat. Blandè, concinnè, pro Q.R. Breuiter, perpuſillum 2. de Ora. Diligenter, de Pet. Conſ. Diligentiſſimè, pro Cn. Planc. Etiam atque etiam, iterum atque ſæpiùs, nominatim, vehementer, 13. Fam. Familiariter, propriè, ep.11. ad Brut. Imprudenter, parum prudenter, 7. Fam. Magnoperè, 13. Attic. Modeſtè, 1. Attic. Penitus, planè, 16. Fam. Planè, etiam atque etiam, 5. Fam. Precariò, 7. Ver. Prorſus, vehementer, etiam atque etiam, 1. ad Qui. Frat. Tacitè, pro Pomp. Vehementer, 10. Attic.

ROGOR. 11. Att.25. Cæſar ne rogari quidem ſe paſſus de illo. 3. de Ora. 211. Demoſthenes cùm rogaretur, quid in dicendo eſſet primum, reſpondit, &c.

¶ *In rogatione populari, de legibus.* 3. At.23. Cùm lex abrogaretur, illud ipſum rogatur, quomodo eam abrogári oporteat.

† ADVERB. Nominatim ſententiam, 6. Ver. Primò, 1. de Inuent. Vltrò, 2. cont. Rull.

☞ Syntaxis. *Rogatus ſententiam, de ſententia. Peto & rogo. Hoc te ita rogo, vt maiore ſtudio non poſſim rogare. Rogantur Senatores ſententias. Hoc beneficium meo iure rogo atque oro. Hæc ego de te rogo: reſponde.*

ROGVS, *lignorum ſtrues ad cadauera cremanda comparata.* 2. de L. 59. Hoc plus, inquit, ne facito rogum, aſcia ne polito. 1. de D.47. Calanus Indus cùm aſcenderet in rogum ardentem, inquit, &c. 3. de Nat.84. Dionyſius in tympanidis rogum illatus eſt. 3. de Fi. 76. Vſque ad illum à Cyro extructum rogum. 1. Tuſ.85. Metellum multi filij, filiæ, neptes, nepotes in rogum impoſuerunt.

¶ *Vitæ finis, mors.* pro Qu.99. Eum exiſtimatio bona vſque ad rogum proſequatur.

† ADIVNC. Ardens, 2. de Diuin.

ROMA. contra Rul.95. Roma in montibus poſita, & conuallibus, cœnaculis ſublata atque ſuſpenſa. 1. de Diu.107.

*Certabant, Vrbem Romam Remámne vocarent.*

Poſt red. in Sen.1. Roma arx omnium terrarum. de Pet. Conſ. 40. Roma ciuitas ex nationum conuentu conſtituta. 1. de Ora. 196. Roma domus virtutis, imperij & dignitatis. Ibid.105. Roma domicilium imperij & gloriæ. 4.C.11. Roma lux orbis terrarum, & arx omnium gentium. 1. Diu. 101. Roma ſexennio poſt Veios captos à Gallis capta. Ibid.89. Romæ & reges augures, & poſteà priuati eodem ſacerdotio præditi, rempub. religionum authoritate rexerunt. 1. Qu.Fr.1.18. Romæ, vbi tanta arrogantia eſt, tam immoderata libertas, tam infinita hominum licentia. 4. At.14. Redij Romam Fonteij cauſa ad VII. Idus Qu. 3. de Nat. 21. Roma in terris nihil meliùs. * Incer. Romam conditam Olympiadis ſextæ annò tertio.

ROMANI. pro Leg. Man.7. Romani præter cæteras gentes laudis & gloriæ auidi. 14. At.12. Romani ciues facti Siculi, lege Antonij. 9. Fam. 19. Romani, veteres atque vrbani ſales. 1. Tuſ.3. Romani ſeriùs quàm Græci poëticam acceperunt. 1. Di.95. Romani nihil in bello ſine extis agebant, nihil domi ſine auſpiciis. 1. Offic 35. Romani Tuſculanos, Æquos, Volſcos, Sabinos, Hernicos victoria parta non modò conſeruârunt, ſed etiam in ciuitatem acceperunt. pro Mur. 74. Romani tempora voluptatis laboríſque diſpertiunt, &c. 1. Tuſ. 1. Romani omnia aut inuenerunt per ſe ſapientiùs, quàm Græci, aut accepta ab illis fecerunt meliora. 1. Diu. 102. Romani omnibus rebus agendis, quod bonum, fauſtum, felix, fortunatúmque eſſet, præfabantur. pro Cec.99. Romani eos vendere ſolebant, qui milites facti non eſſent. 3. de Ora.40. Romani minùs quàm Latini literis ſtudebant. pro Leg. Man. 55. Romani omnibus naualibus pugnis Carthaginenſes vicerunt. 4. Acad.147. Romanorum antiqua iuriſiurandi formula & conſuetudo. 1. de Or.15. Romanorum ingenia multùm cæteris hominibus omnium gentium præſtiterunt. 3. 39. Suauitas ſermonis Atticorum & Romanorum propria. 4. Tuſc. 3. Apud priſcos Romanos morem hunc epularum fuiſſe author eſt Cato in Originibus, vt deinceps, qui accubarét, canerent ad tibiam virorum clarorum laudes atque virtutes.

ROMANVS, *adiectiuum.* 1. de Nat. 83. Romana Iuno talis non eſt qualis Soſpita. 3. 5. Populi Romani omnis religio in ſacra & in auſpicia diuiſa. 16. Att. 2. Populum Romanum manus ſuas non in defendenda repub. ſed in plaudendo conſumere. 10. 7. Regnum non modò Romano homini, ſed ne Perſæ quidem cuiquam tolerabile. 7. Fam. 18. Romano more commendare. Ibidem. 5. Romano more loqui. 1. de Orat. 24. & 7. V. 36. Romani ludi. 4. Att. 14. Nunc Romanas res accipe.

ROMILLA, *tribus.* 2. cont. Rul.78. Reſpondit, à Romilla tribu ſe initium eſſe facturum. *Lege*, TRIBVS.

ROMVLVS, *Quirinus.* 3.C.2. Romulum, qui hanc vrbem condidit, ad deos immortales beneuolentia famaque ſuſtulimus. 1. de L. 3. Romulus poſt exceſſum ſuum dixit Proculo Iulio, ſe deum eſſe, & Quirinum vocari: templúmque ſibi dedicari in eo loco iuſſit. 3. C. 19. Romulus quem inauratum in Capitolio paruum ac lactentem, vberibus lupinis inhiantem fuiſſe meminiſtis. 3. Off.41. Peccauit igitur, pace vel Quirini vel Rom. dixerim. 1. de D.107. Romulus pulcher. *Lege*, ÆVVM. Ibi.3. Romulus

vrbem auſpicatò condidit. Ibid. 31. Romulus non ſolùm auſpicatò Romam condidit, ſed etiam optimus augur fuit. 3. de N. 5. Romulus auſpiciis, Numa ſacris conſtitutis, fundamenta iecit noſtræ ciuitatis. 3. Offic. 41. Romulus, cùm ei viſum eſſet vtilius ſolum, quàm cum altero regnare, fratrem interemit. 1. de Or. 37. Romulus conſilio magis & ſapientia, quàm eloquentia vſus eſt. 2. Diu. 45. Romulus & Remus cum altrice belua vi fulminis icti cōciderunt. *de ſtatuis eorum.* Ibid. 81. & 1. 107. Romulus & Remus ambo augures fuerunt. 3. C. 19. Romuli ſtatua de cœlo tacta. ibid. 2. Romulum, qui hanc vrbē condidit, ad deos immortales beneuolentia famáq; ſuſtulimus. Som. Scip. 17. Romulo moriente, deficere ſol hominibus extinguíque viſus eſt.

RORANS. de Sen. 46. Pocula vt in Sympoſio Xenophontis minuta atque rorantia.

ROS, *humor ille, qui ſereno cœlo noctibus fluit.* 1. de Diu. 14.

*Cùm primùm gelidos rores aurora remittit.* ibid. 20.

*Martia quæ paruos Mauortis ſanguine natos,*

*Vberibus grauibus vitali rore rigabat.*

† ADIVNCT. Gelidi, vitalis, 1. de Diu. Poëtæ.

ROSA. 7. V. 27. Puluinus perlucidus Melitenſi roſa fartus. 5. Tuſ. 73. An tu me in viola putas, aut in roſa dicere? 3. 43. Sertis redimiri & roſa. 2. de Fin. 65. Clamat virtus beatiorem fuiſſe, quàm potantem in roſa, Thorium.

ROSCIVS, *hiſtrio nobilis.* )( *Statilius.* pro Qu. R. 30. 1. de Ora. 130. Roſcius hoc iandiu eſt aſſecutus, vt in quo quiſq; artificio excelleret, is in ſuo genere Roſcius diceretur. de Cl. 289. Roſcium eſſe in ſcena. 1. de Orat. 124. Noluit, inquiunt, hodiè agere Roſcius, aut crudior fuit. 1. de L. 11. *de Roſcio.*

ROSIA, *oppidum Italiæ.* 4. At. 14. Roſiæ vixi cum Axio, &c.

ROSTRATVS. 2. de Inu. 98. Roſtrata nauis.

ROSTRVM, *os auis, deinde etiam aliorum quorundam animalium & rerum. Lege,* FRVSTVM. 1. de Nat. 102. Ibes aues excelſæ rigidis cruribus, corneo proceróque roſtro. 2. 122. Vnguium tenacitas, aduncitas roſtrorum. 1. de Diu. 23. & 2. 48. Sus roſtro humi A literam impreſſit. 2. de Nat. 123. Roſtrum in camelis. In Arat. Roſtrum canis. 2. de Legibus 6. Hoc quaſi roſtro finditur Fibrenus. *pro C. Corn. 1. Circuitis roſtris.

† ADIVNCT. Acutum, Arat. Procerum, corneúmque, 1. de Nat.

ROSTRA, *templum, ſiue forum Romæ, ante curiam Hoſtiliam, in quo erat ſuggeſtum roſtris nauium captarum ornatum, vbi oratores conciones ad populum habere conſuêrant.* Brut. 15. Lepido ſtatuam in roſtris ſtatuimus. I. V. 26. Cùm Vectius peroraſſet, deſcendiſſétque de roſtris. I. P. 7. Semper in roſtris curiam, in Senatu populum defendi.

ROTA, *orbis.* Ibid. 22. In quo ne tum quidem fortunæ rotam pertimeſcebat. in Arat.

*Hunc tangit rota feruida ſolis.*

¶ *Item patibulum.* 5. Tuſ. 24. In rotam beatam vitam non aſcendere.

† ADIVNCT. Feruida, Arat.

ROTVNDE, *concinnè, explicatè.* 4. de Fin. 7. Iſta ipſa quæ tu breuiter, regem dictatorem, diuitem ſolum eſſe ſapientem, à te quidem aptè & rotundè.

ROTVNDO, *rotundum facio.* de Vn. 31. Cúmque ſimilem vniuerſitatis naturæ efficere vellet, ad volubilitatem rotundauit.

☞ Synt. *Aptè & rotundè dicere. Orbem rotundare ad volubilitatem.*

ROTVNDVS, *globoſus, conglobata figura.* 1. de Nat. 24. Forma rotunda vllam negat eſſe pulchriorem Plato. 2. 117. Sunt enim rotunda, quibus formis minimè noceri poteſt. de Som. 6. Stellæ globoſæ & rotundæ. de Vniuerſ. 15. Deus mundum ea forma figurauit, qua vna omnes reliquæ formæ concluduntur: & globoſus eſt fabricatus, quod σφαιροειδὲς Græci vocant, cuius omnis extremitas paribus à medio radiis attingitur: ídque ita tornauit, vt nihil fieri poſſit rotundius. 2. de Nat. 46. Volubilis & rotundus Deus. 3. de Or. 176. Cœlum rotundum eſſe. 5. Tuſc. 69. Medius mundi locus, qui eſt idem infimus in rotundo. 2. de Fin. 36. Quadratum rotundum. de Clar. 271. Verborum apta & quaſi rotunda conſtructio. Or. 40. Thucydides perfectior, nec ſatis, vt ita dicam, rotundus.

☞ Syntaxis. *Stella globoſa, atque rotunda. Volubilis ac rotundus. Medius ac infimus locus in rotundo: id eſt, mundo. Apta & quaſi rotunda verborum conſtructio. Thucydides rotundus orator.*

RVBEO, *erubeſco, pudet.* 4. V. 187. Hærere humo, auerſari, rubere. 15. At. 4. Rubeo, mihi crede: ſed iam ſcripſeram, delere nolui.

RVBER. 1. de Nat. 97. Rubrum mare. 4. ad Her. 64. Hunc dico rubrum, breuem, incuruum, canum, ſubſcripum, cæſium. *rubrum: id eſt, ruſſum, quem ruffum alij vocant.*

RVBICON. 6. A. 5. Vt exercitum circa flumen Rubiconem, qui finis eſt Galliæ, educeret.

RVBOR. 4. Tuſc. 19. Ex quo fit, vt pudorem rubor conſequatur. 1. de N. 75. & 4. ad Her. 15. Ille fuſus & candore mixtus rubor. Ora. 79. Fucati medicamenta candoris & ruboris omnia repellentur. 2. de Or. 242. Præſtare ingenuitatem & ruborem ſuum verborum obſcœnitate vitanda.

RVBRA ſaxa, *locus.* 2. P. 77.

RVBRICA, *terra rubra.* 3. ad Her. 37. Rubrica delibutus.

RVCTANS. 5. Tuſ. 100. Confer ſudantes, ructantes, refertos epulis tanquàm opimos boues. 12. Fa. 25. Ructans & nauſeans.

RVCTO, *cruditatem exhalo.* 2. A. 63. Cui ructare turpe eſſet, is vomuit.

RVCTOR, *ructo.* Feſtus li. 16. Cicero tamen Ructaretur dicit.

RVCTVS, *cruditatis exhalatio, & ructus oris eſt, crepitus ventris.* 9. Famil. 22. Stoici crepitus aiunt æquè liberos, ac ructus eſſe oportere.

† ADIVNCT. Liberi, 9. Famil.

RVDENS. 1. de Diu. 127. Sed eſt quaſi rudentis explicatio. 8. Fa. ♣ 2. Hic tibi clamor tonitruum, & rudentum ſibilus. ‖ 5. Tuſc. 40. Rudentibus apta fortuna.

RVDERE, *quod aſinorum eſt, nominatione factum.* 3. ad Heren.

RVDIMENTVM. in Sall. 2. Qui ne incipiens quidem peccare, minimis rebus poſuit rudimētum. ibid. 8. An vlla alia putas eſſe rudimenta & incunabula virtutis?

RVDIS, *imperitus, indoctus, impolitus, ignarus, inſcius, tyro, hebes, tardus, pinguis, ſtupidus, bardus.* 4. V. 17. Tametſi Verres non prouinciæ rudis erat & tyro. Ibid. 87. Nos qui rudes harum rerum ſumus. 4. Academ. 2. Rudis rei militaris. pro Corn. 47. C. Marius non rudis exemplorum. pro Flac. 16. Homines imperiti, rerum omnium rudes ignaríque. pro Seſt. 47. Tam eram rudis? tam ignarus rerum? tam expers conſilij aut ingenij? &c. 1. de Orat. 218. Orator nulla in re tyro ac rudis, nec peregrinus atque hoſpes eſſe debet. 6. A. 17. & pro Mar. 23. Ignarus & rudis in repub. 4. Fam. 1. Rudis eſſe videbar in cauſa. 1. de Orat. 248. In communi vita non eſſe hebetem, neque rudem. Ibid. 32. Sermo facetus, & nulla in re rudis. 3. de Nat. 7. Rudem me diſcipulum atque integrum accipe. Genus hominum rude, hebes, & impolitum. *Lege,* IMPOLITVS. 3. de Orat. 183. Rudis & indocta oratio. 1. 5. Quæ pueris nobis inchoata & rudia exciderunt. de Cla. 293. Forma ingenij admodùm impolita & planè rudis. 1. de Ora. 40. C. Barbo ignarus legum, hæſitans, rudis in iure ciuili. Ibid. 174. In minoribus nauigiis rudem eſſe ſe confiteri. 2. de Diu. 103. Epicurus hebes ac rudis. 2. Qu. Fr. 9. Villa aperta, ac ne rudis quidem etiam nunc. Poſtq. in Sen. 13. Homo ſine ſenſu, ſine ſapore, elinguis, rudis, tardus. 1. de Finib. 5. Rudem eſſe omninò in noſtris poëtis.

† ADVERB. Omninò, Orat. Planè, 2. de Orat. & de Clar.

RVDIS, *virga, qua donabantur, qui vacationem ab aliquo munere accipiebant. Hinc pro vacatione ipſa ſumitur.* 2. A. 74. Tam bonus gladiator, rudem tam citò accepiſti. ad Oct. Qui veteres gladiatores reliquias ludi Cæſaris ad rudem compuliſſet.

☞ Syntaxis. *Rudis ac tyro prouinciæ, rei militaris, rerum omnium. Imperitus, rudis, ignarus. Rudis, ignarus, conſilij & ingenij expers. In ea re rudis, peregrinus, hoſpes. Hebes ac rudis in. Rudis ac integer diſcipulus. Rudis, hebes, impolitus. Inchoatum ac rude. Ignarus, hæſitans, rudis. Rudis ac ferus ego id ſcripſi. Homo ſine ſenſu, ſine ſapore, elinguis, rudis, tardus.*

RVDIVS homo: *id eſt, Ennius, à Rudiis oppido, quæ fuit Ennij patria.* pro Arch. 22.

RVGA, eſt *cùm cutis in ſenectute contrahitur.* de Sen. 62. Non cani, non rugæ repentè autoritatem afferre poſſunt. Poſt. in Sen. 14. Hic vos rugis ſuperciliόque decepit.

RVINA, *caſus, tempeſtas, procella, pernicies.* 2. de Or. 353. Hoc interim ſpatio conclaue illud concidit: ea ruina oppreſſus Scopas cum ſuis interiit. 2. de Diu. 20. Ruina igitur oppreſſus eſſet. Ibid. 40. Dij habitantes tanquàm inter duos lucos, ſic inter duos mundos propter metum ruinarum. 1. C. 14. Prætermitto ruinas fortunarum tuarum. 11. Att. 22. Ruina impendet. 5. de Finib. 83. Vtinam quidem id diceret, iam ruinas videres. pro Cl. 96. Non fuit illud iudicium, &c. ſed vis, vt ſæpe dixi, ruina atque tempeſtas. 1. de Leg. 39. Si Academia inuaſerit in has rationes, nimias ruinas edet.

† ADIVNCT. Magna, 11. At. Nimiæ, 1. de Leg. Propriæ, 2. de Leg.

RVINOSVS, qui *ruinam minatur.* 3. Off. 54. Ædes malè materiatæ, ruinoſæ. )( *domus bene & ratione ædificata.*

☞ Syntaxis. *Opprimi ruina. Ruina atque tempeſtas, non iudicium. Academia ruinas edet, ſi inuaſerit, &c.*

RVMINATIO, *recordatio.* 2. At. 8. Quid ageretur de ruminatione quotidiana.

† ADIVNCT. Quotidiana, 2. Att.

RVMOR, *fama.* 12. Fam. 9. Ex Aſia nihil perfertur ad nos, præter rumores de oppreſſo Dolabella, ſatis illos quidem conſtantes, ſed adhuc ſine autore. 15. 17. Rumores triſtiores, ſed ἀδέσποτοι. 1. 8. Rem te valdè bene geſſiſſe rumor erat. 2. 8. Perferet multa etiam ipſe rumor. pro Mur. 35. Totam opinionem parua nonnunquàm commutat aura rumoris. 3. de Nat. 13. Rumoribus, inquit, mecum pugnas: ego autem à te rationes requiro. pro Deiot. 25. Graues rumores ſparſi ſunt. ibid. At miſit qui rumores Africanos exciperēt, & celeriter ad ſe referrent. 16. At. 5.

Sed tamen rumoris neſcio quid afflauerat. * Frag. epi. Ventidianis rumoribus concalfecimus.

¶ *Fama, gloria leuis.* I.P.57. Inanem rumorem aucupari. 14.A.10. Rumoribus improbiſſimis diſſipatis. 9.Fam.2. Rumor raucus. 3. Qu.Fr. 8. Rumor dictatoris iniucundus bonis.

† ADIVNC. Bonus, 1.de Legib. Non boni, falſus, magnus, 4.Atti. Conſtantes, duriores, nuncius, 12.Fam. Crebri, & non belli, maximus, 8. Fam. Falſi, 10.Fam. Firmus, 11.Attic. Grati, optati, 16.Fam. Graues, pro Deiot. Improbiſſimi, 14.Phil. Inanis, in Piſ. Iucundus bonis, 3.ad Q. Fr. Plenus timoris, 3.Attic. Raucus, 9.Fam. Secundus, 1.de Diu. Triſtiores, ſed ἀδέσποτοι, 15.Fam. Varij, 16.Att.

☞ Syntaxis. *Rumor conſtans, ſed ſine autore, triſtis. Rumor eſt te, &c. Perferet rumor. Rumoris aura. Rumoribus pugnare, non rationibus. Spargi rumores. Excipere rumores, & referre ad aliquem. Afflat neſcio quid rumoris: Rumorem leuem aucupari. Rumores diſſipari.*

RVMPO, *diſſoluo, diſcindo.* 4.C.8. Cæſar adiungit grauem pœnam municipibus, ſi quis eorum vincula ruperit. 1.Tuſc.74. Nec tamen vlla vincula carceris ruperit. pro Corn. 13. Fœdera negligere, violare, rumpere. 4.ad Her. 20. Rumpere fœdera.

RVMPOR. I.V. 10. Vt aliquando iſta quæ ſunt inflata, rumpantur. 2.de Di.33. Inflatas rumpi veſiculas. 1.de Orat.241. Conſtat agnaſcendo rumpi teſtamentum.

¶ *Angor, crucior.* 3.Qu.Fr.9. Ego his malis reipub. quibus anteà rumpebar, nunc ne moueor quidem.

RVMVSCVLVS, *leuis rumor.* pro Cl.105. & 3. de Leg.35. Imperitorum hominum rumuſculos aucupari.

RVO, *ruinam edo, præcipito, præceps agor vel feror.* pro Pomp. 19. Ruere illa non poſſunt, vt hæc non eodem labefactata motu concidant. pro Mar. 14. Vt ſine vlla ſpe ad interitum ruerem voluntarium. 7. At.7. Ego bonos viros ſequar, etiamſi ruent. pro Dom. 141. In agendo ruere, & ſæpe peccare. 5. de Fin. 29. Quidam in mala ſcientes ruunt, &c. 1.de Fin. 34. At id ne feræ quidem faciunt, vt ita ruant atque turbentur, &c.

¶ *Feſtino, aduolo.* 7. Att. 19. At illum ruere nunciant, iamiámque adeſſe.

☞ Syntaxis. *Ruere ad interitum. In mala ſcientem ruere. Ruit ac turbatur feræ inſtar.*

RVPTVS, *irritus.* 1.de Or.173. Teſtamentum ruptum aut ratum.

RVRSVM, & RVRSVS, *denuò, iterum.* pro Mur. 15. Quo loco ſi tibi ſumis, &c. facis vt rurſus plebs in Auentinum ſeuocanda videatur. 7.At.25. Rurſus autem, &c. denique, &c. de Cl.47. Rem laudando augere.)(. *vituperando rurſus affligere: id eſt, contrà.* 1. de Orat.110. Neque rurſum eam totam, ſicut plerique faciunt,

♣ repudiaui.‖ 1.Tuſc.45. Et rurſum, &c.

RVS, *locus extra vrbem, vbi agri ſunt, & villa: idcirco pro villa capitur.* pro Cl.141. Fortè euenit, vt ruri in Priuernati eſſemus. 3. Offic.112. Pater filium ab hominibus relegauit, & ruri habitare dixit. 13. At. 47. Atticam rure eſſe arbitrer. 5.Fam. 20. Cùm Tullius rure redierit, mittam eum ad te. pro S. R. 133. Habet animi cauſa rus amœnum & ſuburbanum. 5.Tuſc.102. Nec tam multa & rarò vident, cùm in ſua rura venerint. 2. de Orat. 22. Rus ex vrbe tanquàm ex vinculis euolare. 15.At.6. Rure iam redieram: quæris, an ego, cùm omnes caleant, ignauiter aliquid faciam. 3. Offi.2. Et ob eam cauſam vrbe relicta rura peragrantes, ſæpe ſoli ſumus.

† ADIVNC. Amœnum, & ſuburbanum, pro S.R.

☞ Syntaxis. *Ruri, & rure eſſe, habitare. In ſua rura venire animi cauſa. Rura peragrare.*

RVSVS, *ruber.* 2. de Diu.57. Galli gallinacei, vt ait Ennius, fauent faucibus ruſſis, cantu plauſúque premunt alas.

RVSTICANVS, *ruſticus.* 3.V.127. & 7.34. Homines ruſticani ex municipiis. 1.de Ora.239. Ruſticanus quidam, &c. 2.Tuſ.53. C. Marius ruſticanus vir, ſed planè vir. pro S R.44. Tamen ne hæc attenta & ruſticana vita, relegatio appellabitur? Ibid. 43.

♣ Homines illius ordinis ex municipiis ruſticanis.‖ 8.At.21.

† ADVERB. Planè, 3. de Orat.

RVSTICATIO. de Amic. 103. Peregrinationes ruſticationéſque. * Oecon. 1. Labores pacis ac belli, id eſt, ruſticationis & militarium ſtipendiorum.

† ADIVNC. Communes, de Amic.

RVSTICATVS, *ruſticatio.* 12. At. 1. In ruſticatu garrire & ſcribere.

RVSTICE, *importunè, duriter, inurbanè.* 3.Offi.39. Vrgent ruſticè ſanè: negant enim, &c. 12.At.35. Mihi nihil tam videtur potuiſſe facere ruſticè.

RVSTICOR, *ruri habito.* 2. de Orat. 22. Lælius ſemper ferè cum Scipione ſolitus erat ruſticari. 12. At. 1. Sin ruſticatur, &c. pro Arch.16. Pernoctant nobiſcum, peregrinantur, ruſticantur. *de bonis artibus.*

RVSTICVLVS. pro Seſt.82. Ruſticulus non incautus.

† ADIVNCT. Non incautus, pro Seſt.

RVSTICVS, *ruſticanus, agreſtis, inurbanus, inſuauium morum, difficilis.*)(. *vrbanus.* 2. de Finib.77. & 3. de Nat.11.P. Vacienus homo ruſticus. pro Seſt.97. Sunt municipales ruſticique Romani. pro S R.75. Vita ruſtica, parſimoniæ magiſtra eſt. Ibid.48. Vita ruſtica honeſtiſſima atque ſuauiſſima. Ora.81. Sermo non modò vrbanorum, ſed etiam ruſticorum. pro S. R. 75. In ruſticis moribus, in victu arido, in hac horrida incultáque vita eiuſmodi maleficia non gignuntur. 3.de Or.39. Ruſtica vox, & agreſtis. Ibid. Ruſtica aſperitas. 1. 69. Nicander Colophonius poëta de rebus ruſticis ſcripſit. Ibid. 249. Res ruſticas vel fructus cauſa, vel delectationis inuiſere. pro S.R. 143. Homo imperitus morum, agricola, & ruſticus. pro S. R. 42. Hunc in ruſtica prædia relegârat.

† ADIVNCT. Mendiculi, 2. Cat.

☞ Syntaxis. *Ruſticus & agreſtis. Vita, mores, vox, res ruſtica. Imperitus morum, agricola, ruſticus.*

RVTA, *herba amara, & contra venena valens.* 16. Fa. 23. Ad cuius rutam pulegio mihi tui ſermonis vtendum eſt. 9.22.

RVTA, plu. nu. & RVTA, cæſa, *cuiuſuis generis ſupellex, lapides etiam ac ligna.* 2. de Ora.226. Dicet te quum ædes venderes, ne in rutis quidem & cæſis ſolium tibi paternum recepiſſe. Part. 107. Cùm quæritur, quæ ſunt ruta cæſa. Topic.100. Rutis cæſis receptis in venditione.

RVTILVS, *coruſcus.* de Som. 9. Rutilus horribiliſque Mars. in Arat. Rutilum lumen.

RVTVLA, *ruta puſilla.* 9. Fam. 22.

RVTVLI. *populi.* 3.de Orat.166.

*Nos ſumus Romani, qui fuimus Rutuli.* Ennij.

S

S*Litera ex Latinis dicta ſemiuocalium vna.*

¶ *Elidebatur ab antiquis, moleſti ſibili cauſa: vt hîc apparet.*

2.de N.106. Tortuu' draco ſerpit, &c. Ibi.110.

*Magnu' leo tremulam quatiens è corpore flammam.* Orat. 153. Multi' modis, vas argenteis, palmi' & crinibus tecti fractis. Ibid. 161. Qui eſt omnibu' princeps: non, omnibus princeps.

SABAZIVS deus: *id eſt, Dionyſius, ſeu Bacchus.* 2.de Legib. 37. *Lege,* ABAZEA.

SABINI, *populi.* 1.Off.38. in Vat.37. & pro Corn. 31.

SABINVS. Ibid. Fœdus Sabinum. pro Ligar. 32. Poſſum fortiſſimos viros Sabinos, tibi probatiſſimos, totúmque agrum Sabinum, florem Italiæ, robúrque Reip. proponere.

SACCVS. V. 95. Cùm iſte coria, cilicia, ſaccos imperaret.

SACELLVM, *cella, templum priuatum.* 2.cont. Rull.36. Sunt loca publica vrbis, ſunt ſacella. 1. de D. 104. Ea exiuit in quoddam

♣ ſacellum hominis capiendi cauſa.‖ de Aruſp.31. Cùm de domo tua dixero: in qua tamen ita eſt inædificatum ſacellum, vt alius fecerit: tibi tantummodò ſit demoliendum.

† ADIVNC. Maximum, & ſanctiſſimum, de Aruſp.

SACER, *religioſus, conſecratus, habens religionem.*)(. *profanus.* pro Dom.33. Arrogans eſt de religione, de rebus diuinis, cærimoniiſque ſacris pontifices docere conari. 13. Fa.11. Sarta tecta ædium ſacrarum locorúmque communium tueri. 3.de Leg.31. Signa ſacra & religioſa. de Clar. Orat. 54. Quum plebs montem Auentinum, qui Sacer appellatus eſt, occupauiſſet. pro Dom. 38. Itaque populus Romanus breui tempore neque regem ſacrorum, neque flamines, neque ſalios habebit.

☞ Syntaxis. *Sacra res. Sacrum, ſacra priuata. Sacrum committere. Sacra paterna. Facere ſacra. Rem facere ſacram. Sacrum & religioſum ſignum. Cum ſacris bellum gerere.*

SACERDOS, *flamen, miniſter publicus Dei, ſanctiſſimo ſacerdotio præditus, qui vel quæ ſacris præeſt, antiſtes fani.* 4.V.128. Cephaledi menſis eſt certus, quo menſe ſacerdotem maximum creari oportet. 6.99. Sacerdotes Cereris atque illius fani antiſtes, probatæ mulieres. pro Fon.37. Virgo ſacerdos Veſtæ. 6.V.110. Præſtò mihi ſacerdotes cum infulis & verbenis fuerunt. pro Corn. 55. Sacra Cereris per Græcas ſemper curata ſunt ſacerdotes. Ibi. Sacerdos illa, quæ Græcum illud ſacrum monſtraret & faceret. 1.Tuſc.113. Sacerdos aducta in fanum. pro Do. 143. Sacerdotes deorum immortalium. de Aruſp. 28. Sacerdotem ab ipſis aris puluinaribúſque detraxiſti. 2.de Leg.20. Diuis aliis alij ſacerdotes, omnibus pontifices, ſingulis flamines ſunto. pro Do. 38. Itaque populus Romanus breui tempore neque regem ſacrorum, neque flamines, neque ſalios habebit, neque ex parte dimidia reliquos ſacerdotes. Ibid.1. In iudicio ſacerdotum populi Romani. de Cla.127. Hic qui in collegio ſacerdotum eſſet, condemnatus eſt. pro Dom.111. Religioſus libertatis ſacerdos. Ibid. 103. Sacerdos caſtiſſimus. I.P.88. Popularis ſacerdos. pro Seſtio 39. Sacerdos ſtuprorum. 2.A. 110. Siue quod tyranni ſacerdos es, ſiue quod mortui.

† ADIVNCT. Barbari,5.de Fin.Caſtiſſimus,nouus, publici,religioſus, reliqui,pro Dom.Diuini,1.de Diu.Expulſus , & exſpoliatus à ſacerdotio, neceſſarius,publica ſententia popularis,Sibyllinus,de Aruſp.Maximus,4.Ver.Publicus,2.de Leg.

☞ Syntaxis. *Libertatis religioſus ſacerdos.Stuprorum ſacerdos.*

SACERDOTIVM, *ſacerdotis munus*.4.V.127. Itaque Iouis illud ſacerdotium ampliſſimum Theomneſto datur.ibid. Cuius nomen exiſſet,is haberet ſacerdotium.2.con.Rul.18. Populus per religionem ſacerdotia mandare non poterat.ibid. Amplitudo ſacerdotij.ibid. Hoc idem in cæteris ſacerdotiis. pro Rab. 27. L.Flaccus homo in ſacerdotio,cæremoniíſque,quibus præerat, diligentiſſimus.pro Dom.2.Eligere ampliſſimos viros ad ſacerdotia.Ibid.37.In ſacerdotium venire.ibid.Quia patricio non ſit locus,non venire.Ibid.135.Inire ſacerdotium.ibid.136. Licinia virgo Veſtalis,ſanctiſſimo ſacerdotio prædita.de Aruſp.21.Te appello,Lentule,tui ſacerdotij ſunt thenſæ,curricula,præcétio, ludi.2.Fam.7. De ſacerdotio tuo quantam curam adhibuerim, cognoſces.3.10. Ampliſſimi ſacerdotij collegium. 15.4. Sacerdotium denique cùm conſequi poſſem,non appetiui. 8.Att.3.1. de Diu.89.2.A.80.de Senect.61. Ciuis qui in vrbe ſua ſacerdotio ſit ampliſſimo præditus.Brut.5.Lex Domitia,& lex Iulia de ſacerdotiis.pro Dom.105.Qui & ſacra priuata coluerunt,& publicis ſacerdotiis pręfuerunt.de Senect.30.Metellus Pont.max. viginti & duos annos ei ſacerdotio præfuit.

† ADIVNCT.Ampliſſimum,13.Phil.Populare,in Piſo.Publica,ſanctiſſimum,pro Dom.ſua.

☞ Syntaxis. *Ampliſſimum ſacerdotium. Sacerdotium habere , dare. Sacerdotio ſancto prædita.*

SACRA, plu.nu. 2.cont. Rull.18. Quod per populum creari fas non erat,propter religionem ſacrorum. pro Dom.36. Ne quid de ſacrorum religione minuatur. pro Flac.69. Iſtorum religio ſacrorum. pro Font.39. Qui cum omnium ſacris delubríſque bella geſſerunt.pro Domo.105.Qui & ſacra priuata coluerunt, & publicis ſacrificiis præfuerunt. de Aruſp.reſpon.57. Iſte parentum nomen, ſacra,memoriam, gentem, Fonteiano nomine obruit.ibid. Occulta , & maribus non inuiſa ſolùm, ſed etiam inaudita ſacra inexpiabili ſcelere peruertit. * Hort. Siue vates, ſiue in ſacris initiíſque tradendis diuinæ mentis interpretes.

† ADIVNCT. Adoptiua, paterna,priuata,pro Dom.ſua.Anniuerſaria, 15.Att. Gentilitia, nocturna,perpetua, ſolennia, 2.de Leg.Inaudita & nefaria,in Vat.Non ſolùm inuita,ſed etiam inandita,de Aruſp.Patria, pro Mur.Summa,pro Corn.Balbo.

SACRAMENTVM, *ſolenne iuſiurandum*. 7.Fa.32. Pugna, ſi me amas,niſi arguta apparebunt,vt ſacramẽto contendas,mea non eſſe.1.de Or.42. Agerent enim tecum lege Pythagorei,quibuſcum tibi iuſto ſacramento contendere non liceret.pro Mil.75. Iniuſtis iudiciis & ſacramẽtis fundos alienos petere. pro Dom. 78. Si Decemuiri ſacramentum in libertatem iniuſtum iudicaſſent,tamen quotieſcunque vellet quis,hoc in genere ſe rem iudicatam referre poſſe voluerunt. pro Cec. 97. Poſteà ſacramentum noſtrum iuſtum iudicarũt.1.Off.36.Obligare aliquem ſecundo militiæ ſacramento : quia priore amiſſo, iure pugnare cum hoſtibus non poſſet.

† ADIVNCT. Iniuſtum in libertate,pro Dom. Iuſtum,1.de Orat.Secundum,1.Offic.

SACRANDI.2.de L.22.Ne quis agrum conſecrato:auri,argenti, eboris,ſacrandi modus eſto.

☞ Syntaxis. *Sacramento contendere. Iniuſtis iudicijs & ſacramentis petere.Sacramento obligare aliquem. Prius amittere ſacramentum.*

SACRARIVM, *locus , vbi res ſacræ reponuntur & aſſeruantur*.6.V. 4.Erat apud Heium ſacrarium cum magna dignitate in ædibus à maioribus traditum, perantiquum,in quo ſigna pulcherrima. ibid.Vt ad illud ſacrariũ redeam.ibid. Sacrarij religio. Ibid.27. *Lege*, ARMARIVM. 13.Fam.2.C.Auianus,qui habitat in tuo ſacrario. pro Mil.87. Ante ipſum ſacrarium Bonæ deæ.2.C.13. Aquila illa argentea,cui Catilina ſacrarium ſcelerum domi tuę fecerat. 1.24. Cui domi tuæ ſacrarium ſcelerum tuorum conſtitutum fuerat.

† ADIVNCT. Intimum,patrium,perantiquum,6.Ver.

SACRATVS. pro Dom.43. Hoc vetant ſacratæ leges. 2.de Leg. Verba ex ſacratis legibus.*pro C.Cor.1.Leges ſacratas ipſi ſibi reſtituerent.pro Seſt.16.

SACRIFICATIO.2. de Nat.67. In dea Veſta omnis precatiò & ſacrificatio extrema eſt.

† ADIVNCT. Extrema,2.de Nat.

SACRIFICIVM, *ſacrũ,res diuina,ſacra*.de Cl.56.Cùm M.Pompilius ſacrificium publicum cum læna faceret,quòd erat flamen Carmentalis.Brut.15.Cuius Laurentiæ vos pontifices ad aram in Velabro ſacrificium facere ſoletis. de Aruſp.12. Sacrificium, quod fiebat pro ſalute pop.Rom.1.Att.9. Cùm ſacrificium pro populo fieret, de Aruſp.32. Qui ſacrificia gentilia illo ipſo in ſacello,ſtatuto loco,anniuerſaria factitarunt. 6.V.128. Anniuerſaria ſacrificia. de Aruſp.37. Sacrificium , quod fit incredibili cærimonia à populo Rom.3.de Orat.70.Vt illud ludorum epulare ſacrificium facerent.2.de Inu.97.Prębere hoſtias ad ſacrificium.pro Mil.46.Statuta ſacrificia.1.Tuſc.113.Solenne eſt ſtatutum ſacrificium. 5.A.24. Is neque ſacrificiis ſolennibus factis,neque votis nuncupatis eſt profectus. 3.2. Certus dies non vt ſacrificij,ſic conſilij expectari ſolet.*in Clod.Qui omnia ſacrificia noſſet.

† ADIVNCT. Anniuerſaria,6.Verr.Epulare,3.de Orat. Extrema,1.de Nat. Gentilia, occultum,ſatis ſanctum, ſatis auguſtum, ſatis religioſum,ſolenne,& ſtatutum,vetus,vetuſta,occultaque,de Aruſp.Nocturna, occultiora,pro Cl.Nocturnum, ac ſolenne,ſolenne ac publicum,2. de Leg.Publica,pro Dom.Solennia,7.Phil.Statuta,pro Mil.

☞ Syntaxis. *Sacratæ leges. Precatio & ſacrificatio.Sacrificium facere.factitare. Ad ſacrificium hoſtias præbere.*

SACRILEGIVM, *rei ſacræ furtum*.in Sal.14.Non ita eſt,ſed abiit ‡ in ſodalitium ſacrilegij Nigridiani.‖*aliàs*, Sodalitium.

SACRILEGVS, *parricida*.2.de Leg.40. Sacrilego pœna eſt , neque ei ſoli qui ſacrum abſtulerit , ſed etiam ei,qui ſacro commendatum.pro Dom.112.Imago meretricis à fure ſublata,à ſacrilego collocata.de Aruſ.33.Impurus & ſacrilegus.Sal.in Cic. 2.Vxor ſacrilega,&c.

SACRO, *conſecro, dedico*.1.de Diu.22.

*Quòd patriæ voces ſtudiis nobíſque ſacraſti.*

pro Corn.33.Deinde ſanctiones ſacrandæ ſunt,aut genere ipſo, aut obteſtatione & conſecratione legis, aut pœna,cùm,&c.*aliter*, ſanctiones ſacratæ.

SACROSANCTVS. Ibid.35.Sacroſanctum nihil eſſe poteſt,niſi quod per populum plebéue ſancitum eſt. Ibid. 33. Sacroſanctum nihil eſſe poteſt , niſi quod populus,plébsue ſanxiſſet. 2.C.18.Ergo in vaſtatione omnium tuas poſſeſſiones ſacroſanctas futuras putas?

SACRVM, *ſacrificium*. pro Corn.55. Sed cùm illam quæ Græcum illud ſacrum monſtraret & faceret , ex Græcia deligerent , tamen ſacra pro ciuibus ciuem facere voluerunt.ibid. Sacra Cereris ſumma maiores noſtri religione confici , cærimoniáque voluerunt. ibid. Sacra Cereris per Græcas ſemper curata ſunt ſacerdotes.3.de Nat.58. Dionyſius quartus , cui ſacra Orphica putantur confici.2.de Leg.22.Sacra priuata perpetua manento. Ibid.47. De ſacris hæc ſit vna ſententia , vt conſeruentur ſemper,& deinceps familiis prodantur , vt in lege poſui , perpetua ſint ſacra. Ibid. 19. Nec vlla vitiorum ſacra ſolennia obeunto. Conficere ſacra,& facere ſacra,& multa alia de ſacris.*Lege*,SACER.1.At.15. Anniuerſaria ſacra.ibid.Memmius Luculli vxorem ſuis ſacris vitiauit.2.de Leg.22. Sacrum ſacróue commendatum qui clepſerit,rapſerítque , parricida eſto.Ibid.Sacra priuata , ſacra gentilitia. pro Dom.34. Quid ſacra Clodiæ gentis intereunt?ibid. Nec amiſſis ſacris paternis in hæc adoptiua veniſti.de Aruſp.33. Ne quis te ſacra illa tua faciẽtem videre poſſit.Orat.144. Quibus verbis ſacrorum alienatio fiat.2.de Leg. 22. Sacrum committere , & ſacrum commiſſum expiare. *Lege*, COMMISSVM.

† ADIVNCT. *Lege*, SACRA.

☞ Syntaxis. *Conficere ſacra,obire.Committere ſacrum.Sacrum commiſſum expiare.*

SÆPE, *frequenter, frequens, magna ex parte, identidem, crebrò*. 1.de Inu.1. Sæpè & multùm hoc mecum cogitaui , boníne an mali plus , &c. pro Qu. 3. M. Iunius in hac cauſa multùm & ſæpe verſatus. Ibid.96.Sæpe ac diu, &c.2.de Inu.15. Semel ac ſæpiùs. pro Font.16. Semel atque iterum,ac ſæpiùs. 9.Attic.5. Etſi hoc effeci, ſæpe & ſæpiùs mihi facturus videor. *aliter*, officium.13. Fam.42. Id vt re experiatur,iterum & ſæpiùs te rogo.pro Pom. 30.Teſtis eſt iterum ac ſæpiùs Italia.2.de Fin.41.Interdum, vel potiùs nimiùm ſæpe. 1.Fa.7. Quod anteà tibi ſæpe ſignificaui. ibid. Pompeium ſcis temporibus illis non ſæpe in Senatu fuiſſe.3.ad Her.15.Minùs ſæpe.3.Offi.69. Quod ſi ſæpe dictum eſt, dicendum tamen eſt ſæpiùs.

SÆPENVMERO. de Senec. 1. Sæpenumerò mirari ſoleo , &c. 16.Fam.21. Sum totos dies cum eo , noctíſque ſæpenumerò partem.

☞ Syntaxis. *Sæpe & multùm.Semel ac ſæpiùs.Semel atque iterum,ac ſæpiùs.Sæpe ac ſæpiùs.Nimiùm ſæpe.*

SÆVIO, *ſæuitiam in aliquem adhibeo,exerceo,crudelitatem adhibeo*. in Vatin.

SÆVITIA, *crudelitas*. Part.11. In iudicio aut ſæuitiam aut clementiam iudicis ſibi proponet orator.2.Offi.24.Sed heris ſanè adhibenda ſæuitia in famulos,ſi aliter teneri non poſſunt.

SÆVVS, *ferus,crudelis*.3.de Or.155.Vndique venti erumpunt ſęui, exiſtunt turbines.2.de Diu.115.Vnde ſuperſtitioſa primùm,ſæua euaſit vox fera.pro Cæl.18.Medea amore ſæuo ſaucia.2.Tuſ. 20.Sæua gens.

☞ Syntaxis. *Superſtitioſa primùm ſæua euaſit vox fera.(hîc expende ſine coniunctione tria attributa.)*

SAGA. *Lege*, SAGIO. 1.de Diu.65.Ex quo ſagæ anus,quia multa ſcire volunt.2.129.Sagarum ſuperſtitio.

SAGACITAS, *calliditas,ſolertia*. 2.de Nat.158.& 151.Canum incredibilis ad inueſtigandum ſagacitas narium. 3.V.105. Qua

eſt iſte ſagacitate in his rebus.6.29.Tuam tantam fuiſſe ſagacitatem.

† Adivnc.Incredibilis narium,2.de Nat.Tanta,5.Ver.

Sagaciter, *callidè*.1.de Or.223. Sagaciter perueſtigare quid ſui ciues cogitent, &c.2.186.Odoror quàm ſagaciſſimè poſſum, quid ſentiant, &c. 6.At.4.Illud prætereà μυστικώτερον, tu ſagaciùs odorabere.

☞ Syntaxis. *Canum ſagacitas narium ad inueſtigandum.*

Sagatvs.14.A.2.Deinde cras ſagati prodeamus. pro Font.23. Galli ſagati brachatique.* Frag. ep.Cum reliqui conſulares ſagati vellent deſcendere.

Sagax, *callidus, acutus, prudens.* 5.Tuſc.67. Nihil eſt in homine ſagaci & bona mente melius.1.de Diu. 65. Sagire enim ſentire acutè eſt: ex quo ſagaces dicti canes.1. de Leg. 22. Homo animal prouidum,ſagax,multiplex.1.C.19.Quem tu ad ſupplicandum ſagaciſſimum fore putaſti.10.Fa.23.Sagax ad pericula proſpicienda.2.de Fin.45.Mentem acrem,&c. &, vt ita dicam , ſagacem.1. de Diu.22.

*Hoc adeò penitus cura vidére ſagaci,* *Otia.*——

☞ Syntaxis. *Sagax & bona mens.Homo ſagax,prouidus , multiplex. Sagax ad pericula proſpicienda. Cura videre ſagaci. Mens acris & ſagax.*

Sagina, *cibus offaue ad ſaginandum apta.* pro Fl. 17. Qui multitudinem illam non autoritate, ſed ſagina tenebat.

Saginor, *pingueſco*.pro Seſt.78.Qui ab illo peſtifero ac perdito ciue iampridem reipub. ſanguine ſaginantur.

† Adverb. Iampridem,pro Seſt.

Sagio.1. de Diu. 65. Sagire enim ſentire acutè eſt: ex quo ſagæ anus, quæ multa ſcire volunt, & ſagaces dicti canes. Ibidem. Is igitur, qui antè ſagit, quàm oblata res eſt,dicitur præſagire.

Sagitta, *iaculum,quod arcu iacitur, vel baliſta.*6.V.74. Sagittæ pendebant ab humero.2.At.1. Configere aliquem ſagittis.

† Adivnc.Venenatæ, 2.de Nat.

Sagittarivs, *arcitenens, ſagittipotens*.5. A. 18. & 5. At. 20. ♣ Certum agminis locum tenebant barbari ſagittarij.‖15.Fam.4. Vſi ſagittariis.

† Adivnc.Barbari, multi , 5. Att.

Sagittipotens. in Arat.

*Menſe ſagittipotens ſolis cùm ſuſtinet orbem.*

Sagra, *fluuius*.2.de N.6.Cùm ad fluuium Sagram Crotoniatas Locri maximo prælio deuiciſſent. 3. 13. De Sagra Græcorum eſt vulgare prouerbium. Qui quæ affirmant, certiora eſſe dicunt, quàm ea quæ apud Sagram.

Sagvlvm, *ſagum.*I.P.54. Lictores togulis acceptis ſagula reiecerunt.

Sagvm, *veſtis militaris, index belli,vt toga pacis.* 7. V. 93. Sagum ſumit,lucebat iam ferè.14.A.2. Propter cuius periculum ad ſaga iſſemus. Ibid.Ad ſaga ire & redire ad togas.8.32.Cùm eſt in ſagis ciuitas.5.P.31.Tumultum decerni, iuſtitium indici, ſaga ſumi dico oportere.

☞ Syntaxis. *Sagum ſumere. Ad ſaga ire. In ſagis eſt ciuitas. Iuſtitium indicere, ſaga ſumere.*

Sagvntvm, *vrbs Hiſpaniæ*.5.A.27.

Sagvntinvs. pro Cor. 23. Saguntinus propugnator.

Saitæ, *populi quidam Ægyptij.* 1. de Nat.

Sal.2.160.Sui ne putreſceret, animam ipſam pro ſale datam dicit eſſe Chryſippus. de Amic. 69. Verum eſt illud quod dicitur, multos modios ſalis ſimul edendos eſſe,vt amicitię munus expletum ſit.1.de Orat. 159. Vrbanitatis quidam lepos, quo tanquàm ſale perſpergatur omnis oratio.

Sal,& Sales, *vrbanitas, facetiæ,ioci*.2 98. Alter inuſitatum noſtris oratoribus lepôrem quendam & ſalem eſt conſecutus. Ibi. 216.Nullam artem eſſe ſalis.9.Fa.16. Salis enim ſatis eſt, ſaniorum parum.21 de N.74.Salem iſtum quo caret veſtra natio, in irridendis nobis nolite conſumere.5.Tuſc.55. Specimen humanitatis,ſalis,ſuauitatis,lepôris.2.At.10.Literæ ſparſę ſale humanitatis.Or.87.Sales, qui in dicendo mirum quantum valent. 9.Fa.15.Accedunt non Attici,ſed ſalſiores quàm illi Atticorum ♣ Romani veteres atq; vrbani ſales.‖2.A.20.Aliquid ſalis ab vxore mima trahere potuiſti.1.Qu.Fr.2.Sal dicendi.

† Adivnc. Barbari,5.Philip.Salſiores, veteres, vrbani, 9.Fam.

☞ Syntaxis. *Lepor & ſal.Salis nulla eſt ars.Specimen humanitatis,ſalis, ſuauitatis, lepôris. Humanitatis ſal. Vrbani ſalſiores ſales.*

Salacia,de Vniuerſ.35.Oceanus Salaciáque cœli terræq; filij.

Salacon, *mollis,delicatus:qualis fuit Salaco. Autolyci pater, qui hoc nomine malè audijt , vel inſolens , & ſuas opes admirans : quo vitio laborant diuites , vt Ariſt. in Rhetoricis docet , quos ob id Salacones appellat. Tigellium igitur quendam his de cauſis Salaconem Cicero appellare videtur. Eraſmus tamen alia affert in adagiis.*7.Fa. 24. Cognôſti meam cauſam,& iſtius Salaconis iniquitatem.

Salamin, *inſula & vrbs.*6.At.1.Scaptius incluſum in curia Senatum Salamine obſederat.

Salamina, *Salamis*.1.Tuſc.110.

Salaminivs, pro Ar.19.1.Tuſ.110.Salaminium trophæum.

Salamis, *Salamina*.1.Offic.75. Dicetúrque Salamis clariſſimæ teſtis victoriæ.

Salaria, *via quædam.* 3.de Nat.11.

Salax.6.At.3.Leuis,libidinoſus,ſalax. *aliter*, ſagax.

Salebræ, *ſunt locorum offenſiones, ſeu loca aſpera & inæqualia.* Or. 39.Alter enim ſine vllis ſalebris quaſi ſedatus amnis fluit. 2. de Finib.30.Incidere in ſalebras.5. 84. Hæret in ſalebra.

Salernvm, *vrbs*.4.ad Her.65.Frater venit ex Salerno. *ſic enim legendum eſt, non* Falerno.

Saliaris, *Saliorum proprius: vnde ſaliarem in modum cœnare: id eſt, opiparè & apparatè.* 5. At.9.

Salictvm, *locus ſalicibus conſitus*.2. cont. Rull. 36. Salicta ad Minturnas. 1.de Diu.40. Peramœna ſalicta.

† Adivnc. Peramœna , 1. de Diu.

Salientes, *à ſalio, ſunt fontes tubis aut fiſtulis aquam fundentes: ſic dicti, quòd aqua aſcendens primùm, deinde etiam deſcendens ſaliat.*3. Qu. Fr.1. Mirifica ſuauitate villam habebis, piſcina & ſalientibus additis.

Salii, *flamines Martiales, ſiue Martis ſacerdotes.*1.de Diu.30. Curia Saliorum deflagrauit. pro Dom.38. *Lege*, Flamen.

Salinæ, *loca, vbi ſal fit.* pro Pomp. 16. Publicanorum familiæ, quas in ſalinis habent.2.de Nat.132.7.Fa.32.Salinæ ab ora maritima remotiſſimæ.

¶ *Pro ſalibus, & iocis, ex ambiguo.* Ibid. Quibus in literis omnia mihi periucunda fuerunt, præter illud, quòd parum diligenter poſſeſſio ſalinarum mearum à te procuratore defenditur.

† Adivnct.Remotiſſimæ ab ora maritima,2.de Nat.

Salmacis.1.Offi.61.Salmacida ſpolia ſine ſanguine & ſudore.

Salpini, *populi*.2.cont.Rull.70.Salpinorum peſtilentiæ fines.

Salsamentarivs, *qui ſalſamenta facit , aut vendit.* 4. ad Her.68.Vt ſi ſalſamentarij filio dicas : Quieſce tu , cuius pater cubito ſe emungere ſolebat.

Salsamentvm, *quod ſale conditum eſt in diuturnum cibum & vſum.* 2.de Diuin.117.De vino aut ſalſamento putes loqui,quæ euaneſcunt vetuſtate.

Salse, *facetè* 2.de Or.275.Quæ ſalsè dicuntur. Ibid.221.Salſiſſimè dicere aliquid.

Salsvs, *facetus*.2.A.42. Salſus homo.2. de Or. 217. Multa ſunt ridicula & ſalſa Græcorum.ibid.228.Eſſe facetum atque ſalſum. 9.Fa.15.Accedunt non Attici,ſed ſalſiores,quàm illi Atticorum ♣ Romani veteres atque vrbani ſales. ‖ 2.de Orat.270.Genus eſt perelegans & cum grauitate ſalſum. Orat.90. Quicquid eſt ſalſum aut ſalubre in oratione,id proprium eſt.

Saltatio.3 de Fin.24.Actio hiſtrionis eſt,ſaltatio ſaltatoris. pro Mur. 13. Intempeſtiui conuiuij, multarum deliciarum comes eſt extrema ſaltatio.de Clar. 225. Sextus Titius tam mollis & ſolutus in geſtu,vt ſaltatio quædam naſceretur, cui ſaltationi Titius nomen eſſet.

† Adivnc. Comes multarum deliciarum,extrema,pro L.Muræn.

Saltator, 1. Offi.150.Adde his,ſi placet,vnguentarios, ſaltatores.pro Mur. 13.Saltatorem appellat L.Muræ̃nam Cato:maledictum eſt,ſi verè obiicitur, vehementis accuſatoris. 3.de Fi. 24. Hiſtrioni actio,ſaltatori motus eſt certus datus. pro Deiot. 28. Si ſaltatorem auum habuiſſes.

† Adivnc. Calamiſtratus,Poſt.in Sen.Teneri,in Piſo.

Saltatorivs. I. P. 22. Cùm illum ſuum ſaltatorium verſaret orbem.

Saltatrix. I. P. 18. Cum illa ſaltatrice tonſa.

Saltem, *at certè,at ſaltem,tamen.*3.cont.Rull.1. Qui prouocati à me venire noluerunt, reuocati ſaltem reuertantur. 8. Att. 16. Quare nunc ſaltem ad illos calculos reuertamur. pro Fla. 35. Fratres ſaltem exhibe.pro S.R.54. Verè nihil potes dicere,finge aliquid ſaltem commodè.I.P.24.At fuit inceſſus ſaltem Capua dignus.9. Fa.8. Atque aliquo ſi non bono , at ſaltem certo ſtatu ciuitatis. 9. At. 4. Eripe mihi hunc dolorem, aut minue ♣ ſaltem.‖4.de Finib.57. Saltem aliquid de pondere detraxiſſet.

Salto, *moueo me,numero.*3.de Orat. 80. Negarem poſſe eum ſatisfacere in geſtu niſi palæſtram, niſi ſaltare didiciſſet. I. P.22. Cùm collegæ tui domus cantu & cymbalis perſonaret,cúmque ipſe nudus in conuiuio ſaltaret: in quo ne tum quidem,cùm illum ſuum ſaltatorium verſaret orbem , fortunæ rotã pertimeſcebat. pro Mur. 13. Nemo enim ferè ſaltat ſobrius. 2. C. 23. Qui in conuiuiis nudi ſaltare conſueuerunt. pro Deiot.26. Deiotarum in conuiuio nudum ſaltauiſſe.3.Off.93.& 76. Luce palàm in foro ſaltare.Or.226.Egeſias, dũ ille quoq; imitari Lyſiã vult, alterum penè Demoſthenem ſaltat, incidens particulas.

† Adverb. Palàm in foro , 3. Offi.

Saltvs, *campus, ager.* pro Qu. 28. Quintius de ſaltu agróque communi vi detruditur.Ibi.79.Quàm longè eſt hinc in ſaltum veſtrum Gallicanum. de Senect. 19. Nec enim excurſione, nec ſaltu vteretur, ſed conſilio & ratione. 8. Famil. 5. Tuus porrò exercitus

exercitus vix vnum ſaltum tueri poteſt. 2. Atti.1. Terentiæ ſaltum perſpeximus.* con.C.Anton.Saltibus propè addictis.

† ADIVNC. Infeſtus,4.Fam.

☞ Syntaxis. *De ſaltu,agróque communi vi detrudi.*

SALVBRIS, *ſalutaris,incorruptus,ſanitatem afferens, vtilis.* )(. *peſtilens.* 2.de Orat.290.Nec amœnum,nec ſalubrem locum cenſeo.9.Fam.12. Gratulor Baiis noſtris,ſi quidem,vt ſcribis,ſalubres repentè factæ ſunt.1.de Diuin.130. Salubríſne an peſtilens annus futurus ſit. Ibid. 79. Sunt partes agrorum aliæ peſtilentes,aliæ ſalubres.Partit.36.Loci ſalubres.1.de Diuin.61.Qui ſalubri & moderato cultu atque victu quieti ſe tradiderit. pro Dom. 16. Dixi ſententiam reip.ſaluberrimam & neceſſariam. Orat. 90. Quicquid eſt ſalſum aut ſalubre in oratione, id proprium eſt.* pro C. Corn.1.Spectaculum conſulum calamitate, re & tempore ſalubre ac neceſſarium.

SALVBRITAS, *affectio ſanitatem afferens.*)(. *peſtilentia.* 1.de Diu. 131. Quorum ex habitu & colore, tum ſalubritatis, tum peſtilentiæ ſigna percepi,2.de Leg.3. Ego verò cùm licet plures dies abeſſe,& amœnitatem & ſalubritatem hanc ſequor.2.cont.Rull. 94. Salubritas vrbis, vel alicuius loci. de Clar. 51. Eloquentia omnem illam ſalubritatem Atticæ dictionis,quaſi ſanitatẽ perdidit,ac penè loqui dedidicit pro Mur.29.A iuriſconſultis ſalubritas quædam,ab oratoribus ſalus ipſa petitur.

☞ Syntaxis. *Salubris ſententia.Salubre in oratione id proprium eſt. A iuriſconſultis ſalubritas,ab oratoribus eſt ſalus.*

SALVBRIVS, *aduerb.* de Senect. 57. Vbi enim potes refrigerari ſalubriùs?

SALVEO. 16. Fa. 9. Vale,ſalue. 4.Att.13. Dionyſium iube ſaluere. Ibidem.14. Dionyſium velim ſaluere iubeas.7.7.Alexin humaniſſimum puerum velim ſaluere iubeas. 6. 2. Valebis igitur , & valere Pyliam & Cæciliam noſtram iubebis , & ſaluebis à meo Cicerone.

† ADVERB. Plurimùm,10.Attic.

SALVM, *mare.* pro Cec.88.Hoc opinor optaret,non in ſalum, ſed in ipſam vrbem,quam petebat, reſtitueretur.3.Tuſcul.67. Nec tam ærumnoſo nauigaſſem ſalo.

† ADIVNC. Aerumnoſum,3. Tuſc.

SALVO, *ſalutem do,ſalutem fero atque affero,ſalutem reddo , ſaluum praſto,ſaluti ſum.* I.P.78.Me poſſe iterum rempub. ſaluare,ſi ceſ-♣ſiſſem:infinitam cædem fore,ſi reſtitiſſem.‖*aliàs ſeruare.*

SALVS, *incolumitas,ſanitas.* 10.Fam.29.De meo ſtudio erga ſalutem & incolumitatem tuam,credo te cognoſcere ex literis tuorum.3.de Nat. 91. Ægrorum ſalus ab Hippocrate data.

¶ *Requies,bonum.*)(. *exitium.* 4.V. 154. Is eſt nimirum Soter,qui ſalutem dedit.1.de Orat.32. Dare ſalutem, liberare periculis.2. de Fini. 118.Ferre opem & ſalutem indigentibus.pro Dõ. 134. Accipere ſalutem ab aliquo.2.de Orat. 200. Ego qui multis ciuibus ſaluti exiſtimor fuiſſe.1.Fam.6.Et ſi minore in re violatur tua dignitas,quàm mea ſalus afflicta eſt.Ibidem.7.Multùm intereſt,vtrùm laus minuatur,an ſalus deſeratur.6. Retinere ſalutem.Brut. 5. Et fugæ portus erat in tuis caſtris, & ſubſidium ſalutis in tuo exercitu.16.Att.4.Atticam cupio ſuauiari, ita mihi dulcis ſalus , per te miſſa ab illa , referes igitur ei plurimam ſalutem.pro Dom. 75. Vt lucem ſalutémque redditam ſibi ac reſtitutam accipere debuit. Poſtquàm ad Quir.15.Non dubitaui quin is me confectum conſularibus vulneribus conſulari medicina ad ſalutem reduceret.pro Syl.23.Municipium vnde iterum iam ſalus huic vrbi miſſa eſt.pro Mur.29. A iuriſconſultis ſalubritas quædam,ab oratoribus ſalus ipſa petitur.pro Font.11.Salus ipſa virorum fortium innocentiam tueri non poteſt. 2. de Orat. 35. Eadem facultate fraus hominum ad perniciem,& integritas ad ſalutem vocatur.*pro P. Opp. Multùm poſſe ad ſalutem alterius,honori multis fuit. pro C.Corn.1.Cùm ſalutem populo Rom. afferret.pro M. Scau.Vt ſalutem à vobis nepotis ſui deprecarentur Dij. Hortenſ. Prædiis & amicis omnibus aptiſſimè ad ſalutem corporis vſus eſt.

¶ *Vita.* de Ar.35. Qui medicis ſuis non ad ſalutem,ſed ad necẽ, ♣ vtitur.11.Attic.14. Salus ab aliquo data.‖ 1.Qu.Fr.1.22. Saluti ſeruire.2.Att.19. Saluti ſi me amas conſule.

¶ *Salutandi ratio.* 7.Fa.33. Ego verò multam ſalutem & foro dicam,& curiæ.5.Tuſc.90.Anacharſis Hannoni ſalutem.4.Atti.9. Is miſit ad me ſtatim, qui mihi ſalutem nunciaret.7.Fa.14. Salutẽ enim mihi verbis tuis nunciauit.4.Att.47. Dionyſio plurimam ſalutem.13.22. Illud accuſo,non te,ſed illam , ne ſalutem quidem.Ibid. At tu & illi, & Pyliæ plurimam.5. 20. Filiola tua gratò mihi fecit, quòd tibi diligenter mandauit, vt mihi ſalutem adſcriberes.6.4.Pyliȩ & puellæ Cæciliæ belliſſimæ ſalutem dices.14. Fa.1. Tulliolæ ſalutem dic.

† ADIVNC. Bona,9.Famil.Chara alicui,propria,2.Famil.Chariſſima, communis,pro Mil.Deſperata,vniuerſa,3.Attic. Dubia,3.de Nat. Non dubia,6.Fam.Dulcis,16.At.Dulcis patriæ, pro Cornel.Propè fatalis,4. Cat.Improuiſa reip. atque repentina, 3. Phil. Incredibilis , ſumma, 1. Cat.Infeſtior,pro Planc.Integra Anteq.in. Magna reip.1.de Or. Maior reip.2.de Diu.Multa,13. Att.Perpetua,de Pro.Perſpicua,pro Seſt.Plurima,14.Fam.Poſterior,pro Rab.Precaria, ep.ad Brut.Publica,3.ad Q. Fr.Vtilis,ad Octau.

☞ Syntaxis. *Saluti conſulere.Multam ſalutem foro dicere. Ille miſit qui mihi ſalutem nunciaret. Adſcribi ſalutem tibi mandat Cæſ.*

SALVTARIS, *ſalubris.* de Sene.56.Cultura agrorum hominum generi vniuerſo eſt ſalutaris.1.de Di. 85.Stella ſalutaris ad corpus puerorum.3.de Fin.66.Iupiter ſalutaris.3.Fa.8. Quo in capite ſunt quædam noua ſalutaria ciuitatibus.4.Tuſc.58.Salutare remedium.6.Fa.6.Salutare conſilium.de Cl. 15.Tractatio literarum mihi ſalutaris fuit.1.de Nat.38.Res vtiles & ſalutares, deorum eſſe vocabulis nuncupatas.3.69.Ratio peſtifera multis, admodum paucis ſalutaris.34.Acceſſus ad res ſalutares,à peſtiferis receſſus.3.23. Mundo nihil pulchrius , nihil nobis ſalutarius.ad Br.2.Salutaris ſeueritas vincit inanem ſpeciem clementiæ.2.de Nat.27.Salutaris & vitalis calor.pro Mil.20.Ciuis beneficus & ſalutaris.9.Att.6. Sic ergo habeto , ſalutares te mihi ♣ literas miſiſſe.‖pro Mil.14.Litera ſalutaris.

SALVTARITER, *vtiliter.* de Clar. 8. Quibus armis quemadmodum ſalutariter vterentur,non reperiebant.10.Fa.21. Nihil non ſalutariter cupio.

☞ Synt. *Agrorum cultura,Iupiter,ſtella,remedium,conſilium, ſeueritas ſalutaris. Ciuis beneficus & ſalutaris.Salutares literas mittere.Salutariter omnia cupere.*

SALVTATIO, *perſalutatio,conſalutatio.* de Cl. 13. Grata ſalutatio. ad Brut. ep.pr.in. 4. Itaque hæc ſcripſi ipſa in turba matutinæ ſalutationis.7.Fa.28. Cùm enim ſalutationi nos dedimus amicorum.I. P. 96. Quis te communi ſalutatione dignum putat? de Vn. 2. Ac primum quidem tempus ſalutationibus , reliquum percunctatione conſumpſimus.

† ADIVNC. Aptior & gratior,grata,de Cl,Communis,in Piſo.Gratior ad aliquid,2.Offic.Matutina.ep.ad Brut.

SALVTATOR. Quin. de Pet. 28. In ſalutatoribus qui domum tuam veniunt,iis ſignificato,&c.Ibidem.Deductorum officium, quod maius eſt,quàm ſaluatatorum.

† ADIVNC. Vulgares, de Pet.Conſ.

SALVTO, *ſalutem dico,ſalutem nuncio,conſaluto,perſaluto.* 3.At.23. Domus te tota noſtra ſalutat.Ibidem.60.Dionyſius te omneſq; vos ſalutat.4.2.Illum ſalutaui,poſteà iuſſi valere. 14. 12. Octauius quem quidem ſui Cæſarem ſalutabant.2.A.58. Quam homines ex oppidis obuiam prodeuntes, non vero illo & inimico nomine,ſed Volumniam ſalutabãt.1.C.16.Quis te ex hac tanta frequentia ſalutauit.13.A.4.Salutare benignè,comiter appellare vnumquemque. 2.P.41. Quem nunquàm viderat , ac ne vnquàm ſalutauerat.de Vn.2.Cratippus Epheſum venit, mei ſalutandi & viſendi cauſa.6.Attic.2.& 13. 9. Paulò pòſt Cuſpius hic ſalutandi cauſa,ſed manſit inuitatus.de Sen.62.Salutari, appeti, decedi,aſſurgi,deduci,conſuli.pro Planc. 33. Cum ille eum ſalutaſſet,vt fit, dixiſſétque,&c. de Cl.10. Quem poſtquàm ſalutaui : Quid vos,inquam, &c.pro Flac. 42. Qui ita eſt ambitioſus , vt nos quotidiè perſalutet. pro S. R.56. Quòd ſi luce quoque canes latrent,cùm deos ſalutatum aliqui venerint , opinor iis crura ſuffringantur.2.A.106. Anagnini obuiam ei deſcenderunt,vt iſtum tanquàm ſi eſſet conſul,ſalutarent.14.At.22.Eram continuò Pyliam ſalutaturus.

† ADVER. Benignè,13.Phi.Liberiùs paulò,pro Cæl. Maximè , in Parad. Negligentiùs,pro Mur.Planè,9.Fam.

SALVVS, *conſeruatus,incolumis,integer.* 1. V. 71. Vt hæc quæ dixi, retinere incolumia ac ſalua poſſimus. 10. Atti.28. Cæſar te ſaluum ampliſſimúmque cupiet.9.11. Pompeius veniet iratus , & iis maximè , qui eum maximè ſaluum volebant. pro Planc. 2. Qui me ſaluum videre noluerunt.1.Fam.9.Vt poſſimus ſaluum te veniſſe gaudere.1.de Diu.55.Is pedibus ſuis ſaluus reuertit,2. de Inu.169. Saluus & incolumis.12.Fa. 23. Nullam partem ſanæ & ſaluæ reip. guſtare potuiſti. 6.22. Oro,obteſtórque te , vt nobis ſaluum conſerues. pro Pomp. 55. Socios ſaluos præſtare poſſumus.pro Clu.33. Vt id quod conceperat , ſaluaret , vt ſaluum parére poſſet. 3. C. 25. Vt omnes ſalui conſeruaremini, Poſtquam in Sen.23.Rempubl.ſaluam velle.5.Attic.20. Te in Epeirum ſaluum veniſſe vehemẽter gaudeo.2.Fa.2. Vt ne quid agi cum populo,aut ſaluis auſpiciis,aut ſaluis legibus poſſit.pro Pom. 21. Atque hæc omnia ſaluis populi Romani ſociis, atque integris vectigalibus geſta ſunt.pro S. R. 4. Vtrumuis ſaluo officio facere potes.de Prou. 45. Proſcriptionem illam ſaluis auſpiciis rogatam eſſe dicebant.

☞ Syntaxis. *Te ſaluum, ampliſſimúmque cupio.Omnia ſua ſalua & incolumia retinere. Remp. ſanã ſaluãq; guſtare. Saluũ ſe conſeruare.*

SAMAROBRINA, *oppidum,in quo ſunt homines duri atq; horridi, cui opponitur Tarentum molle.* 7.Fa.12.

SAMARIVS exul.11.A.5. *prouerbium.*

SAMARRII, *populi* 3.V.52.

SAMIVS. pro Mur.75. Atque ille ſtrauit lectulos,&c.& expoſuit vaſa Samia.4.ad Heren. 65.Nos ſamiis delectabimur.3. V. 50. de Nat.3.Samia Iuno. *Lege,* IVNO.

SAMNIS. 2.Off.75.C. Pontius Samnis.2. Tuſc. 41. Samnis ſpurcus homo.2.de Orat.325.Vt ſamnitum *proluſio* , qui vibrant haſtas ante pugnam,quibus in pugnando nihil vtuntur.

SAMNIVM, *oppidum*. 16.Att.11. Iter faciens in Samnium venit Cales,manſit Theani.

SAMOTHRACIA, *inſula*.3.de N.89.in Piſ.89.

SAMPSICERAMVS, *Pompeius, à regulo quodam in Syria Sampſiceramo deuicto: vt eſt apud Strabonem*.2.At.14.16.24.

SAMVS, *inſula & oppidum*.6.V.71. Iuno Sami colebatur.3.50.

SANABILIS,qui *ad ſanitatem reduci poteſt*.4.Tuſ.80.Animi ſunt eiuſmodi conſtituti,quaſi mala valetudine,ſanabiles tamen.

SANANDVS. pro Mar.25. Quæ quidem tibi nunc omnia belli vulnera ſananda ſunt, quibus præter te mederi nemo poteſt. ♣ ‖*Lamb.legit*,curanda.

SANATIO, *ſanitas, ſalus*.4. Tuſc.35. Eorum igitur malorum in vna virtute poſita eſt ſanatio. Ibid.60. Hæc eſt propria & certa ſanatio,ſi doceas,&c.3.5. Ad corporum ſanationem.

† ADIVNCT. Certa & propria,4.Tuſc.

SANATVS. 2.de Diu.135.Qua radicula inuenta Ptolemæus ſanatus dicitur.

SANCIENDVS.10.A.17.De quibus confirmandis & ſanciendis ♣ legem comitiis centuriatis ex autoritate noſtra laturus eſt. ‖2. de Leg.37.Famam mulierum vt multorum oculis lux clara cuſtodiat,diligenter ſanciendum eſt.

SANCIO, *fero, decerno, conſtituo, ſciſco, confirmo*.pro Plan.44. Leges,quas Senatus de ambitu ſanciuit.Brut.5.Nec quò minùs id poſteà liceret,vlla lex ſanxit. 10.Attic.1. Solon capite ſanxit,ſi quis in ſeditione non alterutrius partis eſſet.pro Dom.80.Qui de libertate ea iura ſanxerunt. 6.V.114. Tamen in eo qui violaſſet,ſancire vos velle oporteret. 13.A.12. Vtrùm igitur augurem populus libentiùs ſanciet, Pompeium,an Antonium? 2. de Fin. 101. Cùm tam accuratè támque diligenter caueat & ſanciat, vt Antinomachus, &c. Poſtquàm in Sen.8. Vt veſtram in poſterum dignitatem autoritatémque ſanciret.pro Pl.47. Noli obſeruantiam ſancire pœna. 1.de Leg.20. Sancire aliquid ſcriptis.1.Tuſc.27.Nec cærimonias violatas tam expiabili religione ſanxiſſent,niſi,&c.3.cont.Rul.7. At hoc Corneliæ leges non ſanciunt.pro Fl.67.Prætor ſanxit edicto,ne ex Aſia frumentum exportari liceret.3.cont.Rull.13. Hæc, quæ dubia ſunt,per vos ſancire vult.4. C.8. Cæſar digna ſcelere hominum perditorum ſanxit.4.C.12.Si quis de ſeruis ſupplicium quàm acerbiſſimum ſanxerit.1.de Finib.35.Vt dolore ſuo ſanciret,militaris imperij diſciplinam. pro S. R.70. Solon de eo nihil ſanxit,quod anteà commiſſum non erat. 14.Att.23. Antonius circumibat veteranos,vt acta Cæſaris ſancirent.pro Corn.33.Sacroſanctum nihil eſſe poteſt,niſi quod populus plébſue ſanxit.

SANCIOR, *ſtatuor*.3.con.Rul.3.Genus id agrorum certo capite legis confirmatur atque ſancitur.13.A.42.Nam quid erat aliud, quod inter eos fœdere ac fide ſanciretur? de Amic.40.Hæc igitur prima lex in amicitia ſanciatur, vt neque rogemus res turpes,nec faciamus rogati. Poſtquàm ad Quir.13.Cùm pactionis prouinciarum,cùm omnia cum omnibus fœdera ſanguine meo ſancirentur. pro Seſt.24. Id fœdus meo ſanguine ictum ſanciri poſſe dicebant.

¶ *Punior*.3.de Leg.46. Vt in ſuo vitio quiſque plectatur, vis capite,auaritia multa honoris cupiditate ignominia ſanciatur.

SANCITVR, *ſtatuitur*.2.ad Her.15.Quod poſteriori lege ſancitum ſit.3. Offic.55. Erranti viam non monſtrare,quod Athenis execrationibus publicis ſancitum eſt. Ibid.65. De iure prædiorum ſancitum eſt apud nos iure ciuili, vt in his vendendis vitia etiam dicerentur. 4. V. 123.Leges,in quibus eadem illa ſancta ſunt, & hoc ampliùs.2.de Leg.22.Inceſtum pontifices ſupremo ſupplicio ſanciunto.Ibid.65.Lege ſancitum eſt, ne quis, &c. 3. Offi. 69.Hoc quanquàm nulla lege ſancitur, neque iure ciuili, naturæ tamen lege ſancitum eſt.de Ar.32.Hoc ſi minùs iure ciuili perſcriptum eſt, lege tamen naturæ & communi iure gentium ſancitum eſt,vt nihil,&c.

† ADVERB.Diligenter,2.de Fin.Diligentiſſimè in tempus,1.cont.Rul. In-poſterum,3.Ver.& Poſtq.in Sen.Penitus,1.de Leg.

☞ Syntaxis. *Confirmandum & ſanciendum. Sancire leges. Cæſarem augurem.Conſul capite ſanxit,ſi quis. Cautum & ſancitum eſt. Obſeruantiam pœna ſancire.Scriptis aliquid ſancire. Edicto ſanxit Prætor. De fure ſupplicium ſancire,de re aliqua ſancire.Vis capite ſancitur.Sancire pactiones alicuius capite,ſanguine.In lege id ſancitum eſt.*

SANCTE, *auguſtè*. 1.Qu.Fr.2. Cùm te ſanctiſſimè gereres.1. de Nat.56.Piè ſanctéque colere deum.1.de Nat. 62. Auguſtè ſan♣ctéque conſecrare aliquem.‖pro Q. R.7. Hæc delentur ſtatim, illæ ſeruantur ſanctè.

SANCTIMONIA, *ſanctitas*.pro Qu.55. Quid mihi, inquam, cum iſta ſumma ſanctimonia? pro Rab.30. Mentes quæ ex hominum vita ad deorum religionem ſanctimoniámque demigrarunt. pro Qu. 93.Habere domum clauſam pudori & ſanctimoniæ.4.ad Her.45.Omnis ſanctimonia nuptiarum.

† ADIVNCT. Summa,pro Quint.

SANCTIO. pro Cornel. 33. Sanctiones ſacratæ ſunt aut genere ipſo,aut obteſtatione & conſecratione legis,aut pœna,cùm caput eius qui contra facit,conſecratur.pro Corn.36.Sanctio fœderis.2.ad Her.15.Plus valet ſanctio permiſſione.

SANCTITAS, *ſanctimonia,ſanctitudo*.1.de Nat.3. Pietas, ſanctitas,religio,quæ omnia purè & caſtè deorum numini tribuenda ſunt.Ibid.117.Sanctitas,eſt ſcientia colendorum deorum.4.Fa. 3. Exiſtimant quaſi lumen aliquod elucere ſanctitatem tuam. 2.de Fin.73.Tueri ſe ſanctitate ſua. pro Cæl. 32. Si matremfamilias ſecus quàm matronarum ſanctitas poſtulat,nominamus. 3.A.15.Quod in iuuentute habemus illuſtrius exemplum veteris ſanctitatis.2.Offic.11.Deos placatos pietas efficiet & ſanctitas.Poſt red.in Sen.33.Mecum deorum & hominum ſanctitates omnes & religiones affuerunt.

† ADIVNC.Maiores atque meliores,2.de Nat. Patria, 2.de Fa.Vetus, 3.Philipp.

SANCTITVDO, *ſanctitas*.4. de Repub.Eoſdem terminos hominum curæ atque vitæ, ſic pontificio iure ſanctitudo ſepulturæ, Nonius.

☞ Syntaxis. *Piè, ſanctéque colitur Deus. Auguſtè ſanctéque conſecrare,Deorum religio & ſanctimonia.Pietas,ſanctitas,religio.*

SANCTVS, *auguſtus,religioſus,caſtus, inuiolatus*. pro Pl. 80. Qui ſancti? qui religionum colentes? niſi qui meritam diis immortalibus gratiam iuſtis honoribus & memori mente perſoluunt 1.Offic.26.Nulla ſancta ſocietas,nec fides regni eſt.Ennij. ibid. Difficilimum eſt,ſanctam ſeruare ſocietatem.2.de In.114.Præmia virtutis ſancta & caſta eſſe oportet. 3. de Leg. 9. Tribuni ſancti ſunto.7. V. 48. Homo ſanctus & religioſus. 2. de Natur. 45. Achillem Aſtypalea inſula ſanctiſſimum colit. pro Rab.11. Qui caſtam concionem, ſanctum campum,inuiolatum corpus omnium ciuium Rom. integrum ius libertatis defendo eſſe oportere.Poſtq.ad Quir. 18.Qua ſanctiſſ.homines pietate erga deos eſſe ſolent. pro Qu.26. Nullum eſt officium tam ſanctum atque ſolenne, quod non auaritia comminuere atque violare ſoleat. pro S.R.70.Nihil eſſe tam ſanctum, quod non aliquando violet audacia. Ibid. 109. Ius ſanctum atque integrum. pro Qu. 5. Profectò nihil eſt tam ſanctum atque ſincerum in ciuitate.5.Tuſ.36.Ex hoc Platonis ſancto auguſtóque fonte.Poſtq. ad Quir.18.Numénque veſtrum æquè mihi graue & ſanctum, ac deorum immortalium futurum eſt.de Ar.12. Id ſemper omnibus ſanctum, auguſtúmque & religioſum eſſe viſum eſt. pro Ar.19.Sit igitur ſanctum apud vos hoc poëtæ nomen. 5.V.134. Neque apud te ſancta religio ſocietatis fuiſſet. 7. At. 20. Pecuniam de ſanctiore ærario auferre. 12.20. Me id multò magis mouet, quod mihi eſt ſanctius & antiquius. pro Qu. R. 44. Vir natura ſanctus & religioſus. pro Flac. 71. Homines ſunt tota Aſia ſanctiſſimi frugaliſſimíque.4.Fam. 13.P. Nigidio vni omnium doctiſſimo & ſanctiſſimo.3.de Fin.68.Amor ſanctus. 1.de Orat.229. Cùm eſſet ille vir exemplum, vt ſcitis, innocentiæ, cùm illo nemo neque integrior, neque ſanctior in ciuitate. pro Arch. 18. Quare ſuo iure noſter ille Ennius ſanctos appellat poëtas: quòd quaſi deorum aliquo dono atque munere commendati nobis eſſe videantur.

☞ Syntaxis. *Sancta ſeruanda ſocietas. Homo ſanctus ac religioſus. Deum ſanctiſſimùm colit,id eſt, ſanctitate ſumma.Officium ſanctum atque ſolenne.Sanctum, auguſtum,religioſum.Homo ſanctus & frugalis. Integer & ſanctus.*

SANE, *herclè,oppidò, ſanè quàm, licèt*. de Fat.10.Stilpo Megaricus philoſophus, acutus ſanè homo,& probatus temporibus illis.2. de Diu.67.Non ſanè hoc quidem mirabile. pro Qu.12.Res ruſtica ſanè bene culta. 2. cont. Rull. 13. Oratio ſanè longa.2.de Or.264.Res ſanè difficilis.12.Fa. 19. De Parthici belli ſuſpicione quod ſcribis, ſanè me commouit. 1. 9. Sanè moleſtè Pompeium id ferre conſtabat.3.5. Sanè autem vellem poſſe obſequi voluntati tuæ. 1.At.1.Sanè ſum perturbatus. 1. Qu. Fr.5. Nam quod de Pompeio Caninius agit, ſanè quàm refrixit.8.10. Sanè quàm literis tuis ſum commotus. Ibid. 1. Sanè quàm eos ſermones repreſſit. 4. 5. Sanè quàm pro eo ac debui grauiter moleſtéque tuli.Ibid.Sanè quàm multis incutit metum.3.de N.40.Dij mihi quidem ſanè multi videntur.14.At.7. Quædam ſanè peſſima.4.ad Her. 64.Huic ſanè magna eſt in mento cicatrix. de Cl.41.Themiſtocles, vt apud Athenienſes, non ita ſanè vetus.2.de Leg.8.Sanè quidem herculè eſt ita, &c.4.Ac.105. Hæc ſint falſa ſanè:inuidioſa certè non ſunt.4.ad Her.64.Age, ♣ inquit, duc tecum Soſiam, ſanè deinde,&c.‖ 4.Fam.5. Sanè pro eo ac debui grauiter moleſtéque tuli.8.4.Sanè quàm multis incutit metum.

☞ Syntaxis. *Sanè quàm illum puduit. Sanè quidem herculè ita eſt. Hæc ſint falſa ſanè: inuidioſa certè non ſunt.*

SANGVEN, *ſanguis*.5.de Fin.30. Quis enim eſt, aut quotuſquiſque, cui mors cùm appropinquet non refugiat timido ſanguen atque exalbeſcat metu.Horten.Vt ait Ennius: Refugiat timido ſanguen, atque exalbeſcat metu.

SANGVINARIVS.2.At.7.*ſitiens ſanguinem, crudelis, trux*. Hæc ſanguinaria iuuentus inimiciſſima eſt.

SANGVINEVS. 2. de Diuin. 60. Imber lapideus aut ſanguineus.

SANGVINOLENTVS, *ſanguine atratus*. 2.ad Her. 52.Sanguinolenta palma.

SANGVIS, *vitalis in animante ſuccus*. 2.de Nat.138. Eóque modo ex his partibus & ſanguis per venas in omne corpus diffũditur,& ſpiritus per arterias.1.48. Nec habet ſanguinem,ſed quaſi ſanguinem.2.de Di.58.Nec enim ſanguis,nec ſudor,niſi ex corpore eſt.3.Off.32.Membra quædam amputantur,ſi & ſanguine & tanquàm ſpiritu carere cœperunt.1.de Orat.225.Nec iniquo iudicio exorbeatur ſanguis tuus.6.Atti.1. Sanguinem mittere, quicquid poteſt detrahere.2.de Orato.310.Reliquæ duæ ſicuti ſanguis in corporibns,ſic illæ in perpetuis orationibus fuſæ eſſe debent.Orator.76.Etſi non plurimi ſanguinis eſt, habeat tamen ſuccum aliquem.de Clar.36.Succus ille & ſanguis incorruptus. Ibid. 282. Sanguinem verum deprauare, & vitioſum colligere. Poſtquàm in Sen. 14. Cognatio materna tranſalpini ſanguinis. pro S.R.66.Magnam vim,magnam neceſſitatem, magnam poſſidet religioné maternus, paternúſq; ſanguis.♣‖1.de Di.98.Quid fluuius atratus ſanguine fluxit. Ibid. Quid cùm ſæpe lapidum ſanguinis nonnunquàm terræ interdum,&c.imber defluxit.

†ADIVNCT. Ater,in Piſo.Ciuilis,2.Phil.Communis,tribunitius,Poſtquam ad Quir.Decolor,2.Tuſ.Domeſticus,de Aruſp.Incorruptus, vetus,vitioſus,de Clar.Multus, paternus,plurimus,2.cõt. Rull.Paternus maternúſque,quotidianus, pro S.R.priſtinus,4.Atti.Timidus,3. de Or.

☞ Syntaxis. *In omne corpus diſtribuitur ſanguis. Oratio plurimi ſanguinis,& ſuccum habens. Succus & ſanguis incorruptus.Sanguinem deprauare,& vitioſum colligere.*

SANIES, *putridus corruptuſue ſanguis,aut humor*.I P.43.Saxa ſpargens tabo,ſanie,ſanguine atro.1.Tuſc.107.Ennij.

SANITAS, *ſalus, valetudo bona,integra valetudo,integritas valetudinis, corporis bona habitudo,corporis firma conſtitutio, firma corporis affectio*. 4. Tuſcul.30 Corporis temperatio, cùm ea congruunt inter ſe,è quibus conſtamus,ſanitas eſt.de Opt.8. Qui incorrupta ſanitate ſunt.de Clar.51. Eloquentia omnem illam ſalubritatem Atticæ dictionis quaſi ſanitatem perdidit. Ibid. 277. Sic oratoris vel ſanitate vel vitio pro argumento ad diluendum crimen vſi ſumus.de Clar.283.Inſulſitatem & inſolentiam tanquàm inſaniam quandam orationis odit, ſanitatem autem & integritatem quaſi religionem & verecundiã orationis probat. ¶*Ratio,conſilium rectum*.I.P.46. Suum quemque ſcelus de ſanitate ac mente deturbat.11.A.37.Ego autem veteranos tueri debeo ſed hos quibus ſanitas eſt,certè timere non debeo.pro Syll. 83.Adeóne vobis alienus à ſanitate videor?

†ADIVNCT. Incorrupta,Part.

☞ Syntaxis. *Corporis temperatio ſanitas eſt. Alienus à ſanitate, id eſt,iudicio,ratione.Scelus à ſanitate, mentéque deturbat.Si tibi ſanitas fuerit,id eſt,ſi eris ſapiens.*

SANNIO, *ſcurra,qui omnibus modis riſum mouere nititur*.2.de Or. 251.Quid poteſt eſſe tam ridiculum,quàm ſannio eſt?9. Fa.16. Salis enim ſatis eſt,ſanniorum parum.

SANO, *curo,medeor,ad ſalutem reduco,ſanum facio,ſalutem do,reddo, reſtituo,libero,morbum depello*.3. de Natur.70.Vomica Phæræi Iaſonis,quam medici ſanare non potuerunt.pro Milon.69.Remp. ægram & labentem ſanare & confirmare. 7.Verr.120. Auaritiæ vulnera crudelitatis remediis ſanare.5.Att.17. Sanare vulnera, quæ ſunt impoſita prouinciæ.2. C. 17. Quos ego non tam vlciſci ſtudeo,quàm ſanare.Ibid.11. Quę ſanari poterunt,quacũque ratione ſanabo.2.de Or.303.Quæ ſanare nõ poſſunt,exulcerãt. pro Syll.28. Horum voluntates nefarias nec ſanare potui, nec tollere.4. C.2.Multa meo quodam dolore in veſtro timore ſanaui.5.Fam.16. Quæ leuare dolorem tuum poſſent,ſi minùs ſanare potuiſſet.13.Att.13.Valdè me momorderunt epiſtolæ tuæ, eædem tamen ſanauerunr.2. de Diuin.135.Eius autem radiculæ vim eſſe tantam,vt Ptolemæum facilè ſanaret.

SANOR. 1. Qu.Fr.2. Tuſcenium, cuius cauſa ſanari non poteſt, non mitigaui? pro Syl.76. Vt conualeſcere aliquando & ſanari ciuitas poſſet.4.Tuſc.81.Citiúſque repentinus oculorum tumor ſanatur,quàm diuturna lippitudo depellitur.ad Brut.17.Remp. deſperatam ſanari poſſe.

†AVERB.Celeriter,4.Tuſc.

☞ Syntaxis. *Sanare morbum,Remp.& confirmare. Sanat remedium. Multa ſanaui.Hæc non poteſt cauſa ſanari. Conualeſcet aliquando,& ſanabitur ager.*

SANVS, *firmus, valens,validus,ſalubris, ſaluus, cui valetudo eſt, qui firmo corpore eſt, qui incorrupta ſanitate eſt,integer, ſana mentis.* )(. *ægrotus,demens,furioſus*.2.Ant.101. Quaſi medicus ille te ſanum feciſſet. pro Seſt.135.Non ea eſt medicina cùm ſanæ parti corporis ſcalpellum adhibetur. 12. Fa. 23. Nullam partem ſanæ ac ſaluæ reip.guſtare potuiſti.Orat.99.Bacchari inter ſanos vinolentus videtur. de Opt. 8. Attici oratores ſani & ſicci. pro Seſt. 97.Qui integri ſunt & ſani. Ibidem. Sani, & boni, & beati. de Cl.202.Nihil erat in eius oratione,nihil ſincerum,nihil niſi ſiccum atque ſanum. Ibid. 51. Aſiatici oratores nimis redundantes,Rhodij ſaniores,& Atticorum ſimiliores.pro Seſt.23.Remp. capeſſere bene ſanum non oportere. 3.Offi.92. Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem, & eo medicamento ſanus factus fuerit. 3. de L. 24. Quod enim eſt tam deſperatum collegium,in quo nemo è decem ſana mente ſit.2.de Diuin.94.Sanus homo. *id eſt, ſanæ mentis*.3.Offic.95.Aliquis ſanę mentis.9.At.6.Literæ ſana mente ſcriptæ, quomodo in tanta inſania?Ibid.18. Maleſanus.*id eſt,inſaniens*.♣‖4.Acad.87.Viſa imbecilliora eſſe dicebas ( *putà dormientium &c.* ) quàm vigilantium,ſiccorum, ſanorum. Ibid. 89. Quiſquam ſaniſſimus, tum certa putabat quæ videt,&c.

†ADVERB.Benè,pro Seſt.Malè,9.Atti.Vix ſatis,Or.

☞ Syntaxis. *Sanum aliquem facere.Sana ac ſalua reſp.Attici oratores ſani,ſiccique.Integer,& ſanus.Sanus,bonus,& beatus.Sincera,ſicca,ſanáque oratio.Homo ſana mente,ſanæ mentis. Sana mente ſcribere. Maleſanus, id eſt,inſanus.*

SAPIENS, *ſophos, bene ſanus, magni conſilij, diuina mente & conſilio præditus*. 1. Officio. 16. Qui maximè perſpicit, quid in quaque re veriſſimum ſit,quíque & acutiſſimè & celerrimè poteſt & videre & explicare rationem,is prudentiſſimus & ſapientiſſimus ritè haberi ſolet. pro Clu. 84. Sapientiſſimum eſſe dicunt eum,cui quod opus ſit, ipſi veniat in mentem:proximè accedere illum,qui alterius bene inuentis obtemperet.4.C.3. Miſera mors viro ſapienti non poteſt accidere.de Am.6.Cato quaſi cognomen iam habebat in ſenectute ſapientis.Ibidem.Vnum accepimus Apollonis oraculo ſapientiſſimum iudicatum. de. Am.6. L.Acilius apud patres noſtros ſapiens appellatus.2.Offic. 40.C.Lælius, is qui ſapiens vſurpatur.3.de Orator.135. Septem fuiſſe dicuntur vno tempore,qui ſapientes & haberentur & vocarentur.1.de Finib.7.Epicurus ſe ſapientem profiteri eſt auſus: nam Metrodorum non putant ipſum profeſſum,ſed cùm appelaretur ab Epicuro,repudiare tantum beneficium noluiſſe. 2. de Diuin. 61. Sæpiùs mulam peperiſſe arbitror, quàm ſapientem fuiſſe.1.Offic.46. Quoniam viuitur non cum perfectis hominibus,plenéque ſapientibus,ſed,&c.Ibidem.Homo non perfectus, nec ſapiens.1.de Or.179.M.Bucculeius homo meo iudicio ſtultus,& ſuo valdè ſapiens. Ibid. 196. Vlyſſes vir ſapientiſſimus. I. P. 63.Themiſta ſapientior.*Prouerbium*.10.A. 17.Quis ſapientior ad coniecturam rerum futurarum? 8. Attic.16. Sapiens excuſatio.3.Offic.16. Sapientem Stoicorum more neminem reperiri. 3.Tuſ.14.Nemo ſapiens, niſi fortis. 5. 104.Ille verò ſapiens noſtras ambitiones leuitatéſque contemnet, honoréſque populi etiam vltrò delatos repudiabit. 4. 37. Ergo is,quiſquis eſt, qui moderatione & conſtantia quietus animo eſt, ſibíque ipſe placatus, vt neque tabeſcat moleſtiis,neque frangatur timore, nec ſitienter quid appetens ardeat deſiderio, nec alacritate futili geſtiens deliqueſcat, is eſt ſapiens quem quærimus,&c.Ibidem. 49.Sapiens nullo tempore beatus, iuxta Epicurum. Ibidem.77. Sapiens conſolatione non eget. 5.76. Dolorem verò ſapiens extimeſcet?is enim huic ſententiæ maximè repugnat.3. 20.Si ſapiens in ægritudinem incidere poſſet,poſſet etiam in miſericordiam, poſſet in inuidentiam. 4. 57. Ex quo efficitur, vt ſapiens diuina imitetur,humana omnia inferiora ducat virtute.4.Acad. 99. Qui à vobis ſapiens inducitur.4.Tuſ.38. Sapiens ita acrem in omnes partes aciem intendit,vt ſemper videat ſedem ſibi ac locum ſine moleſtia atque angore viuendi:vt quemcunque caſum fortuna inuexerit,hunc aptè & quietè ferat. 3.19. Sapiens nunquam iraſcitur.ibidem. Sapiens vacat iracundia.4.Acad.67. Sapiens nihil opinatur. Ibid. Sapiens diſtinguere poteſt falſa à veris,& quæ non poſſint percipi, ab iis quæ poſſint.Ibidem.57. Sapiens cùm ei res ſimiles occurrunt, quas non habet denotatas,retinet aſſenſum: nec vnquàm vlli viſo aſſentitur,niſi quod tale fuerit, quale falſum eſſe non poſſit.5.Tuſc.48. & 2.de Fin. 103. Sapiens ſemper temperatus eſt,ſemper conſtans, ſine metu,ſine ægritudine,ſine alacritate vlla,ſine libidine:ſemper igitur beatus.4.Acad.136. & Parad. 6. Sapiens ſolus rex,ſolus diues,ſolus formoſus,&c.5.Tuſcul.48. Sapiens ab omni concitatione animi ſemper vacat. 4. 8. Sapiens vtrùm omni perturbatione animi poſſit vacare,necne. 2.de Nat.39. Sapiens igitur eſt mundus,& propterea deus.3.de Leg.17. Sapiens temperatio iuri conſulum ſuperbiori & violentiori acceſſit creatione tribunorum.5.Tuſc.81.Sapientis eſt enim proprium,nihil quod pœnitere poſſit facere,nihil inuitum:ſplendidè,conſtanter, grauiter, honeſtè omnia: nihil ita expectare, quaſi certo futurum: nihil cùm acciderit, admirari, vt inopinatum ac nouum acciſſe videatur:omnia ad ſuum arbitrium referre:ſuis ſtare iudiciis.4.Acad.45.Sapientis eſſe dixit Epicurus, opinionem à perſpicuitate ſeiungere.9. Fa.16.Sapientis nihil eſſe præſtare, niſi culpam.4.Ac.9.Sapientis vel maximè eſſe videtur,ſtatuere quid ſit ſapiẽs.ad Br.15.Sapientis negabant Stoici fugere.4. Tuſ.13. Præſentis mali ſapientis affectio nulla eſt.3.15.Sapiẽtis animus nunquam eſt perturbatus. Ibidem. Sapientis animus ita ſemper eſt affectus, vt ratione optima vtatur. Ibidem. 19. Sapientis animus ſemper vacat vitio, nunquam turgeſcit, nunquam tumet.4.Academ. 135. Sapientis animum nunquam neque cupiditate moueri, neque lætitia efferri placet Stoicis.5. Tuſcul. 48. In animo ſapientis ſemper placidiſſima pax. 1. de Natur.1.

Sapientis grauitate atque inconſtantia indignum eſt, aut falſum ſentire, aut quod non ſatis exploratè perceptum ſit, ſine vlla dubitatione defendere. 4. Acad. 109. Sapientis nullum decretum, niſi comprehenſum, perceptum, cognitum. de Vn. 44. Sapientis naturæ cauſas primas conquirere. 4. Aca. 27. Sapienti ſatis non eſt, decretum non eſſe falſum, ſed etiam ſtabile, fixum, ratum eſſe debet, quod moueri nulla ratione queat. 4. C. 3. Miſera mors viro ſapienti non poteſt accidere. 4. Aca. 36. Sapienti accidere poſſe dicunt Academici, vt cùm omnia fecerit, diligentiſſiméque circumſpexerit, exiſtat aliquid, quod & veriſimile videatur, & abſit lōgiſſimè à vero. Par. 5. Soli ſapienti contingit, vt nihil faciat inuitus, nihil dolens, nihil coactus. 4. Tuſ. 37. Quid aut in ſtudiis humanis, aut in tam exigua vitæ breuitate magnum ſapienti videri poteſt, qui ſemper animo ſic excubat, vt ei nihil improuiſum accidere poſſit, nihil inopinatum, nihil omninò nouum? 3. 80. Sapienti aut malum videri nullum poteſt, quod vacet turpitudine: aut ita paruum malum, vt id obruatur ſapientia, víxque appareat. 4. Acad. 48. Sapientem in furore ſuſtinere ſe ab omni aſſenſu, quia nulla in viſis diſtinctio appareat, aiunt Academici. Ibid. 67. Sapientem ſi aſſenſurus ſit, etiam opinaturum, falſum eſſe Stoici dicunt. 1. de Natur. 23. Qui animantem ſapientémque mundum eſſe dixerunt. 4. Acad. 134. Sapientem vel in omnibus tam corporis quàm fortunæ bonis beatum eſſe, ſententia Stoicorum. 5. Tuſ. 29. & 30. Sapientem nō eſſe ſemper beatum, ſi corporis & fortunæ incommoda ſint in malis numeranda: cùm vel in his omnibus vno tempore eſſe poſſit. Par. 5. Niſi ſapientem liberum eſſe neminem. 5. Tuſc. 22. In malis autem ſapientem eſſe poſſe, ſi eſſent vlla corporis aut fortunæ mala. 4. Acad. 29. Sapientem eſſe non poſſe, qui aut cognoſcendi eſſe initium ignoret, aut extremum expetendi, vt aut vnde proficiſcatur, aut quò perueniēdum ſit, neſciat. 3. Tuſ. 19. In ſapientem non cadit gaudere alieno malo. ibid. 21. In ſapientem non cadit inuidere: ergo ne miſereri quidem. 4. Ac. 59. Sapientem nihil opinari, id eſt, nunquàm aſſentiri rei vel falſæ vel incognitæ. 3. Off. 62. & 7. Fa. 6. Ne quicquam ſapere ſapientem, qui ipſe ſibi prodeſſe nō quiret. *ex Ennio.* 4. Ac. 135. Sapientem nunquàm timere, nunquàm dolere cenſuerunt Stoici. 5. Tuſcul. 95. Itaque hac vſurum compenſatione ſapientem putat Epicurus, vt voluptatem fugiat, ſi ea maiorem dolorem effectura ſit: & dolorem ſuſcipiat maiorem efficientem voluptatem. 4. Acad. 132. A ſapiente nihil tam alienum, quàm rei falſæ aſſentiri. 1. de Nat. 23. Sapientes incommoda quæ ſunt in vita, commodorum compenſatione leniunt. 2. de Fin. 7. Septem ſapientes non ſuo, ſed populorum omnium ſuffragio nominati ſunt. 5. Tuſc. 72. Quòd ſi gaudere talibus bonis animi, id eſt, virtutibus, beatum eſt, omnéſque ſapientes iis gaudiis perfruū̆tur, omnes eos confiteri beatos eſſe neceſſe eſt. 3. de Or. 135. Sapientes omnes Græciæ, pręter Thalem Mileſium, ciuitatibus ſuis præfuerunt. 1. de Nat. 123. Sapientes ſapientibus etiam ignotis eſſe amicos cenſent Stoici. 1. de Fin. 61. Sapientum nemo non beatus. 5. Tuſc. 8. Sapientum nomen vſque ad Pythagorę manauit ætatem. 5. Fam. 17. Sapientes turpitudine & delicto ſuo, non caſu & aliorum iniuria commoueri. 5. Tuſc. 28. Omnibus enim virtutibus inſtructos & ornatos, tum ſapientes, tum viros bonos dicimus. 10. P. 17. Quis aut ſapientior ad coniecturam rerum futurarum, aut, &c. Cat. 83. Sapientiſſimus quiſque æquiſſimo animo moritur, ſtultiſſimus iniquiſſimo. 4. Acad. 13. Duos verò ſapientiſſimos & clariſſimos fratres, &c. pro Muræn. 28. Sapiens exiſtimari nemo poteſt in ea prudentia. Academ. Academico ſapienti ab omnibus cæterarum ſectarum, qui ſibi ſapientes viderentur, ſecundæ partes dantur. Ibidem. Eum rectè primum eſſe iudicio ſuo, qui omnium cæterorum iudicio ſit ſecundus. Ibid. Zeno ſi interrogetur quis ſit ſapiens? reſpondebit eum eſſe, quem ipſe deſcripſerit. Ibidem. Non vocabulorum opificem, ſed rerum inquiſitorem decet eſſe ſapientem.

† ADVERB. Perfectè, Part. Planè, 5. Tuſc. Serò, pro Rab. Poſth. Valdè, 1. de Orat.

☞ Syntaxis. *Ille ſapiens vſurpatur. Ille ſe ſapientem profitetur. Sapiēs homo ad coniecturam. Alieno gaudere malo in ſapientem non cadit.*

SAPIENTER, *ſcitè.*)(*.temerè.* 1. Fa. 7. Si cecidiſſet vt volumus, omnes te & ſapienter & fortiter: ſin aliquid eſſet offenſum, eoſdem illos & cupidè, & temerè feciſſe dicturos. pro Dom. ſua. 1. Pontifices religiones ſapienter interpretando. 4. A. 6. Sapienter & conſideratè facere aliquid.

SAPIENTIA, *prudentia, rerum cognitio, philoſophia, lumen animi, ingenij, conſiliique.*)(*.temeritas.* 4. Tuſcul. 51. Sapientia eſt rerum diuinarum & humanarum ſcientia cognitióque, quæ cauſa cuiuſque rei ſit. 1. de Fin. 42. & 4. Acad. 23. Sic ſapientia, quæ ars viuendi putanda eſt. 1. Offic. 153. Princépſque omnium virtutum eſt illa ſapientia, quam σοφίαν Græci vocant. 2. 5. Sapientia eſt (vt à veteribus philoſophis definitum eſt) rerum diuinarum, humanarum, cauſarúmque quibus hæ res continentur, ſcientia. 4. de Fi. 1. Sapientia hominis cuſtos & procuratrix. 1. de Inuent. 5. Sapientia moderatrix omnium rerum. 3. Tuſcul. 56. Sæpe eſt etiam ſub palliolo ſordido ſapientia. *prouerbium.* pro Mur. 75. Peruerſa ſapientia Tuberonis, vel Stoicorum. 13. Ant. 6. Nę ego iſtam eruditam ſapientiam non audiam. de Cl. 212. Scipionis genus eſt ex ipſius ſapientiæ ſtirpe generatum. 2. Offic. 5. Quid enim per deos optabilius ſapientia: quid præſtantius? quid homini melius? quid homine dignius. 3. de Orat. 140. Habere ſapientiam iunctam eloquentiæ. Orat. 70. Sed eſt eloquentiæ, ſicut cęterarum rerum, fundamentum ſapientia. Part. 76. Prudentia, calliditas, quæque grauiſſimo nomine ſapientia appellatur. 3. de Orat. 56. Dicendi faciendíque ſapientia. Ibidem. 53. Hanc cogitandi pronunciandíque rationem, vímque veteres Græci ſapientiam nominabant. Ibid. 111. Sítne in humano genere ſapientia. pro Muræn. 30. Sapientia domina rerum. 2. de Orat. 154. Sapientia conſtituendæ ciuitatis. 2. Offic. 10. Hi verſutos homines & callidos admirantes eorum malitiam, ſapientiā indicant. 1. de Leg. 22. Ratio quum adoleuit atque perfecta eſt, nominatur ritè ſapientia. Ibid. 58. Sapientia eſt mater omnium bonarum artium, à cuius amore Græco verbo philoſophia nomen inuenit, qua nihil à diis immortalibus vberius, nihil præſtabilius hominum vitæ datum eſt. pro Mur. 30.

*Tollitur è medio ſapientia, vi geritur res.* Ennij.

4. Famil. 3. Sapientia præditus propè ſingulari. 3. Tuſc. 42. Qui ſi virtutes ebullire volent & ſapientias. Hortenſ. Literis talibúſque doctrinis antè excoli animos, & ad ſapientiam concipiendam imbui & præparari decet. Ibidem. Ex quo ſapientia eſt appellata prudentia. de Conſolat. Aſſentiamur eorum ſapientiæ. Acad. Ad ſapientiam cæci videmur.

† ADIVNC. Admirabilis, iucunda, 1. Fam. Admirabilis, ac ſingularis, 9. Att. Anceps dicendi, faciendíque, 3. de Orat. Antiqua, præſtans, 1. Tuſc. Callida, 2. de Finib. Charior, ſimilis, 3. de Finib. Comes naturæ, & adiutrix, cuſtos & procuratrix hominis, 4. de Fin. Digna opinione & cognomine alicuius, excellens, perfectáque, de Sen. Erudita, 13. Phil. Glorioſa, præſtans, diuináque, vera, 3. Tuſc. Incredibilis, ac penè diuina, pro Cluent. Copioſè loquens, moderatior, vberior & elatior in diſputando, ad animorum motus accommodatior, Part. Magna, 2. cont. Rull. Moderatrix omnium rerum, nec tacita, nec inops dicendi, 1. de Inuent. Maior, 3. de Legib. Mater omnium bonarum rerum, parens rerum omnium, educatríxque, 1. de Legib. Noua, 2. Ver. Oſcitans & dormiens, tenuis. 2. de Orat. Perfecta, 1. Aca. Peruerſa, pro Mur. Præclara, de Amic. Præſtantiſſima, pro Placc. Princeps omnium rerum, 1. Offic. Singularis, pro S. R. Summa, 3. cont. Rull.

SAPIENTIPOTENS. *Lege*, BELLIPOTENS.

☞ Syntaxis. *Sapienter, & conſideratè.*

SAPIO, *intelligo, ſapientia præditus ſum.* 2. Offic. 48. Quem intelligere & ſapere plùs quàm cæteros arbitrantur. 2. Tuſcul. 45. Non poſſum tantum virum nihil ſapere dicere. 2. de Finib. 24. Nec enim ſequitur, vt cui cor ſapiat, ei non ſapiat palatus. 1. de Di. 88. De Tyreſia etiam apud inferos Homerus ait, ſolum ſapere, cæteros vmbrarum vagari modo. 2. 21. Nihil eſt tam valdè vulgare, quàm nihil ſapere. 1. V. 55. Hic planè nihil ſapit. 7. Fa. 16. Serò ſapiunt. *ſcilicet Phryges.* 1. de Diu. 133. Qui ſibi ſemitam non ſapiunt, alteri monſtrant viam. 7. Fa. 28. Quanquàm quis, qui aliquid ſapiat, nunc beatus eſſe poteſt. pro Quint. 16. Romæ ſibi eſſe nummorum facultatem, quam ſi ſaperet, communem exiſtimaret. 14. At. 5. Iſta coniuratio facilè opprimeretur, ſi rectè ſaperet Antonius. 1. Fa. 10. Quàm iſtic, vbi ſolus ſapere videare. 14. 1. Puer cùm primùm ſapere cœpit. ad Oct. Si quid illę maiorum noſtrorum reliquiæ ſepultæ ſapiunt. *aliter*, ſentiunt. * Incert. Meliora vnguenta ſunt quæ terram, quàm quæ crocum ſapiunt.

† ADVERB. Serò, 7. Fam. Planè nihil, 1. Ver.

☞ Synt. *Intelligere & ſapere. Cui cor ſapit, ei non ſapit palatus. Tibi ſemitam non ſapis, & alteri monſtras viam. Puer cùm primùm ſapit.*

SAPOR, *quod guſtatu percipitur.* pro Cæl. 42. Qui non odore vllo, non tactu, non ſapore capiatur. 3. Tuſc. 46. Voluptates, quæ ſapore percipiuntur.

¶ *Sal, vrbanitas.* de Clar. 172. Tineam multa ridiculè dicentem Granius obruerat neſcio quo ſapore vernaculo. Poſtq. in Sen. 13. Stipes Æthiops ſine ſenſu, ſine ſapore, elinguis, tardus.

† ADIVNCT. Vernaculus, de Clar.

SAPPHO. 6. V. 125 Sappho in Prytaneo Syracuſis.

SARCIO, *curſu tarditatem corrigo.* 3. Fam. 1. Vſuram longi temporis, qua caruimus, crebritate & magnitudine officiorum meorum ſarciam. 13. 62. Deinde impudentia proſequere, ſed idem ſarciam.

SARCVLVS, *inſtrumentum quo ſegetes ſarciuntur, id eſt, purgantur.* 2. de Fin. 23. Cui nihil dum ſit, ius & ſarculos abſtulerit.

SARDANAPALVS. 10. At. 7. Nil fortè me Sardanapali vice in ſuo lectulo mori malle cenſueris, quàm exilio Themiſtocleo. 2. de Fin. 106. Sardanapalus rex Aſſyriæ. 5. Tuſc.

† ADIVNC. Acuti, elegantes, faceti, breues, aſtrictior toto genere, ſanè bonus, creber & diſtinctus in genere troporum, & formarum, grandes, crebri verbis, valdè peritus iuris, multorum etiam magiſter, præſtans cùm in notandis, animaduertendiſque vitiis, & inſtituendo, docendóque prudentiſſimus, egregiè ſubtilis atque elegans, de Clar. Aſtutus, ſuperiores artis, 1. de Inuen. Doctus, 3. de Orat. Ne mediocriter quidem diſertus, ornatiſsimi, 1. de Orat. Exercitati, & diſerti, 1. de Diu. Ferreus, 1. de Finib. Non inſanus, 2. de Diu. Luculentus, 7. At. Multi, pro Arch. Peritus legum, ac callidus, pro Do. Perueteres, politus, præfractior, nec ſatis rotundus, ſanctus & dulcis, tranquillior in verbis faciendis, vetuſtiſsimus, & politiſsimus, Ora. Sapientiſsimi, 1. de Leg.

☞ Syntaxis. *Ad dicendum ſcriptio proficit. Philoſophicæ ſcriptiones. Id eſt ſcriptione dignum. Scriptores & doctores legendi & peruolutandi. Scriptorem ſuarum rerum & nuncios habere.*

SCRIPTVM, *ſcriptura, monumentum, literarum monumentum, monumenta annalium, monumentorum memoria.* 5. Fa. 12. Ardeo cupiditate incredibili, nomen vt noſtrum ſcriptis illuſtretur & celebretur tuis. 2. Offic. 3. Deinde iſtis ſcriptis actiones noſtras mandaremus. 1. Diu. 20. Artis alicuius ſcripta ac monumenta volutare. 4. Tuſc. 71. Maximè verò omnium flagraſſe amore Rhegynum Ibycum apparet ex ſcriptis. 1. Fa. 9. Quòd rogas vt mea tibi ſcripta mittam, quæ poſt diſceſſum tuum ſcripſerim, &c. 2. de Orat. 194. Id quod à Platone in ſcriptis relictum eſſe dicunt. 4. Fa. 4. Scriptorum ſubtilitas atque elegantia. 5. 12. In legendo ſcripto. de Clar. 301. Quæ commentatus ſis, ea ſine ſcripto verbis eiſdem reddere. pro Planc. 74. Oratio quæ propter eius magnitudinem dicta de ſcripto eſt. 10. Fa. 13. S. C. ita perſcriptum, vt à me de ſcripto dicta ſententia eſt. 2. contra Rull. 47. De ſcripto legis recitare aliquid. 4. At. 3. de Cla. 46. & 10. A. 5. De ſcripto dicere.)(. *memoriter recitare.* de Cl. 145. Craſſus multa contra ſcriptum pro bono & æquo dixit. Ibid. 75. Hoc in Originibus ſcriptum reliquit Cato. 1. de Orat. 174. Tabellæ quibus id ſcriptum ſit, quo decipere. 7. V. 147. Scriptum eſt in eiſdem literis, *ἐγκεχώθισαν.* 6. 124. Multi Græci de valuarum harum pulchritudine ſcriptum reliquerunt. de Aruſ. 9. Reſponſum Aruſpicum, in quo cum aliis multis ſcriptum etiam illud eſt, loca ſacra, &c. * Hortenſ. Itaque tibi concedo, quod duodecim ſcriptis ſolemus, vt calculum reducas, ſi te alicuius dati pœnitet. *Fortè* Scrupis, *legendum.*

† ADIVNC. Abſurdum, inutile, indignum, turpe, contraria, priuatum.)(. publicum, Part. Aliena, ſubita, 1. de Orat. Ambiguum, Top. Antiquius, dignum lectione, plena prudentiâ, de Clar. Continentia, 5. Fam. Horrida, leuiora, potiora ad legendum, vberiora, vendibiliora, 1. de Fin. Legitimum, probabile, 1. de Inuent. Multa, vera, & apertiſsima, 2. de Leg. Neceſſarium, 2. de In. Vera, 2. de Fin. Vetera, 3. de Or.

☞ Syntaxis. *Nomen ſcriptis illuſtratum & celebratum. Mandare ſcriptis. Artis ſcripta & monumenta volutare. In ſcriptis relinquere. Quæ commentaris, verbo reddis ſine ſcripto. De ſcripto dicere orationem. Pro bono & æquo contra ſcriptum dicere. Scriptum relinquere aliquid, & de aliqua re.*

SCRIPTVRA, *ſcriptum.* 6. Fa. 7. Cùm mendum ſcripturæ litura tollatur. 10. 8. Plura illi mandata verbo, quàm ſcriptura dedi.

¶ *Scriptio.* 1. de Orato. 150. Si ſubitam orationem commentatio vincit, hanc ipſam profectò aſſidua & diligens ſcriptura ſuperabit. 5. Fa. 21. Cùm ea quæ ſcriptura perſecutus es, ſine ſummo amore cogitare non potueris. 6. 7. Genus hoc ſcripturæ non modò liberum, ſed incitatum atque latum eſſe debet. 2. de Inuent. Sequi ſententiam legis.)(. *ſequi ſcripturam. Ibidem.* Ex ſcriptura aliquid ad ſuam cauſam conuertere. Top. 96. Scriptura contraria.

¶ *Item ratio eſt mancipium, id eſt, eorum qui portoria, aut paſcua publica, aut decumas redimebant: vnde magiſtri ſcripturæ & portus dicuntur, qui publicanorum nomine portoria & vectigalia deſcribebant & colligebant.* 5. At. 15. Tu autem ſæpe dare literas tabellariis publicanorum per magiſtros ſcripturæ, & portus & noſtrarum diocœſium. 4. V. 169. In ſcriptura Siciliæ pro magiſtro eſt quidam L. Carpinatius. 11. At. 10. P. Terentius meus neceſſarius, magnas operas in portu, & ſcriptura Aſiæ pro magiſtro dedit. *Scriptura tamen pro eo vectigali etiam accipitur ſolo, quod è publicis paſcuis, aut pecoribus percipitur.* pro Pomp. 15. Nam cùm hoſtium copiæ non longè abſint, etiamſi irruptio nulla facta ſit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deſeritur, mercatorum nauigatio conquieſcit. Ita neque ex portu, neque ex decumis, neque ex ſcriptura vectigal conſeruari poteſt. *hîc vides aliud eſſe portum, aliud decumas, aliud item ſcripturam.*

† ADIVNC. Aſsidua ac diligens, 1. de Ora. Superior, & inferior, 1. de Inuent.

* SCRIPTVS. Incert. Homeri carmen in membrana ſcriptum. Ibid. Hippocrates nobiliſſimus medicus ſcriptum reliquit.

† ADVERB. Abſurdè, 1. ad Q. Fr. Accuratiùs, bellè, 6. Atti. Accutiſſimè, æquiſsimè, diligentiſsimè lex, 5. Ver. Amantiſsimè liber, præclariſsimè annales, 3. Famil. Amatoriè epiſtola, 2. Philip. Ambiguè, contrariè, Par. Apertiſsimè, 1. de In. Anguſtè, pro Mur. Amicè, amantiſsimè honorificentiſsimè, moderatè literæ, 14. At. Beneuolè, prudenter literæ, 12. At. Cautè, 2. de Leg. Commodè, diligenter literæ, 13. Attic. Commodè oratio, 1. de Orato. Communiter lex, mendoſiſsimè ars, 2. de Inuent. Copioſè, ſuauiter, 15. Fa. Deteriùs, Latinè, 1. de Fin. Dulciſsimè hiſtoria, exiliter, de Clar. Elegantiſsimè oratio, 15. Attic. Exiguè epiſtola, vehementiùs, 11. Att. Eruditiſsimè, numeroſè, Orat. Incautè, negligentiùs, 3. Attic. Inconſideratè, 1. Tuſc. Humaniſsimè, ſuauiſsimè, 13. Famil. Miſerabiliter, 10. Attic. Seuerè lex, 10. Famil. Studioſè literæ, 1. Attic.

* SCROBS. Oecon. 3. Scrobs.

SCRVPVLOSVS, *aſper.* 4. Tuſc. 33. E quibus tanquàm è ſcrupuloſis cotibus enauigauit oratio.

SCRVPVLVS, *exiguus lapis eſt, qui in calceo latens interdum pedem lædit: inde ponitur pro re, quæ nobis ſollicitudinem ac dubitationem affert, eſt igitur ſcrupulus hic ſuſpicio, ſollicitudo, dubitatio.* pro S. R. 6. Hunc mihi ex animo ſcrupulum euelle, qui me dies noctéſque ſtimulat ac pungit. pro Cluent. 76. Hic tum iniectus eſt hominibus ſcrupulus ac dubitatio. de Ar. 10. Sin ſcrupulus tenuiſſimus reſidere aliquis videbitur, non modò, &c. 1. At. 15. Ac domeſticarum quidem ſollicitudinum aculeos omnes & ſcrupulos occultabo. 2. 4. Nummi potiùs reddantur, quám vllus ſit ſcrupulus. 4. 15. Illud cognitum eſt, neque argenti ſcrupulum eſſe vllum in inſula. *id eſt, ne minimum quidem.* 5. 13. Exime de illo domeſtico ſcrupulum quem non ignoras.

† ADIVNCT. Odioſus, 10. At. Tenuiſsimus, de Aruſp.

SCRVPI, *lapides quidam erant, quibus pro teſſeris in quodam ludo vtebantur.* 1. de Or. 217. Pila bene & duodecim ſcrupis ludere.

☞ Syntaxis. *Scrupulum qui ſtimulat ac pungit euellere. Scrupulum ac dubitationem inijcere. Reſidens ſcrupulus. Sollicitudinum ſcrupuli & aculei. Scrupulus argenti.*

SCRVTOR, *inquiro, excutio.* Part. 8. Imò verò ſcrutabimur & quæremus. 4. V. 182. Scrutatus ſum, quæ potui, & quæſiui omnia. 3. de Nat. 42. Qui interiores ſcrutantur & reconditas literas. 1. Qu. Fr. 1. 9. Scrutari omnes ſordes, excutere vnumquemque comitum. pro S. R. 97. Non excutio te, non ſcrutor, ſi quid ferri habuiſti. 2. de Orat. 146. Scrutari locos, ex quibus argumenta eruuntur. pro Dom. 39. Venio ad augures: quorum libros ſi qui ſunt reconditi, non ſcrutor. in Vat. 12. Cùm omnium domos furaciſſimè ſcrutarere. 2. de Diu. 30. Scrutari plagas cœli. 10. Fa. 31. Qui locis omnibus diſpoſiti ſcrutantur tabellarios. pro S. R. 83. Deſinamus ea ſcrutari, quæ ſunt inania: quæramus, vbi maleficium eſt. I. P. 62. L. Craſſus ſpiculis propè ſcrutatus eſt Alpes, vt, &c.

† ADVERB. Furaciſsimè domos, in Vat.

☞ Syntaxis. *Scrutor & quæro. Non excutio te, non ſcrutor.*

SCVLPTVS, *inciſus.* 4. Aca. 100. E ſaxo ſculptus, aut ebore dolatus. *aliter*, ſcalptus.

SCVRRA, *ſannio.* 5. V. 146. Qui à ſcurris ſemper potiùs gladiator, quàm ſcurra appellatus ſit. pro Qu. 11. Facetus ſcurra. Ibid. 55. Scurram multò faciliùs diuitem quàm patremfamilias fieri poſſe. 1. de Nat. 94. Epicurus Socratem ſcurram Atticum fuiſſe dicebat. 2. de Ora. 247. Raritas dictorum diſtinguet oratorem à ſcurra. 4. ad Her. 15. Scurra exhauſto pudore, qui ſe putaret nihil habere, quod de exiſtimatione perderet. 5. V. 146. Qui ſe ipſe ſcurram improbiſſimum exiſtimari vult.

† ADIVNCT. Facetus, locuples, pro Qu. Improbiſsimus, 5. Ver. Petulans, atque improbus, pro Cl. Vilis, 9. Fam.

SCVRRILIS, *obſcœnus, qualis ſcurrarum eſſe ſolet.* 2. de Ora. 239. Vitandum eſt oratori vtrumque, ne aut ſcurrilis iocus ſit, aut ♣ mimicus. ‖ Ibid. 244. Scurrilis dicacitas. Ibid. 245. 246.

SCVTATVS. 2. A. 108. Scutati milites. *id eſt, qui ſcuta gerunt, vt haſtati, qui haſtis vtuntur.*

SCVTELLA. 3. Tuſ. 45. Demus ſcutellam dulciculæ potionis.

SCVTVLVM. 1. de N. 83. Soſpita cum haſta & ſcutulo.

SCVTVM, *clypeus.* 2. Tuſ. 54. Ignauus miles abiecto ſcuto fugit quantùm poteſt. 2. de Or. 294. Abiecto vel reiecto ſcuto fugere. pro Cec. 62. Qui ſcutis teliſque parati ornatíque ſunt. 4. Att. 3. Homines cum ſcutis & gladiis eductis. 2. de Ora. 266. Marianum ſcutum Cymbricum. 5. A. 18. Ne familiares ſi ſcuta ipſi ferrent, laborarent. 2. de Diu. 59. Quaſi verò quicquam interſit, mures ſcuta, an cribra corroſerint.

† ADIVNCT. Occulta, 5. in Ant.

SCYLLA, *alterum Siculi freti nauigantibus periculum. Eſt autem ſaxum ſiue ſcopulus, qui fluctuum appulſu & pugna latrare videtur, hinc fabulæ de Scylla in canes marinos conuerſa, quæ appulſos laceret nautas, de Charybdi vide ſuo loco.* 7. V. 145. Non Gharybdim tam infeſtam, neque Scyllam nautis fuiſſe arbitror. Ibid. Quòd multò ſe pluribus & maioribus canibus ſuccinxerint. de Ar. 59. Quis vnquàm poëta fingendo exprimere potuit tam eminentibus canibus Scyllam, támque ieiunis, quàm quibus iſtum videtis Gelliis, Clodiis roſtra ipſa mandentem?

† ADIVNCT. Infeſta nautis, 7. Ver.

SCYLLÆVM fretum. pro Seſt. 18.

SCYPHVS, *poculum.* 6. V. 32. Iubet me ſcyphos ſigillatos ad prætorem afferre. Ibi. 54. & 7. Fa. 22. Illuſeras heri inter ſcyphos.

† ADIVNC. Aurei, optimi, 6. Verr. Sigillati, Ibid.

SCYROS, *inſula* 5.Att.12.

SCYTALE.10.12.Habes *σκυτάλην λακωνικὴν.prouerbium.De Scytale,id eſt,epiſtola Laconica,vide Gell lib.17.*

SCYTHES. 5.Tuſc.90.Anacharſis Scythes.7.V.149.

SCYTHIA, *regio barbara.* I.P.18. Quis hoc fecit vlla in Scythia tyrannus?2.de N.88.

SCYTHICVS. 5.Tuſc.90.Scythicum tegmen.

SE, *pro Sine* vetuſtum. 2.de Leg.60. Aſtim cum illo ſepelire vrerévе ſe fraude eſto.*pro eum & ſine.*

SEBVSIANI. pro Qu.80. Roma trans Alpeis in Sebuſianos biduo veniunt.

SECEDO, *recedo,ſemigro.* 1.C.32. Quare ſecedant improbi, ſecernant ſe à bonis.*pro C.Cor.1. Propter nimiam dominationem potentium ſecederent.

SECERNENDVS. Top.31. Secernenda diſtinguere.

SECERNO, *ſeparo,diſtinguo, dijungo.* 1.C.32.Quare ſecedant improbi,ſecernant ſe à bonis.4. C.15. Hos ego excipio,& ſecerno libenter.5.Fa.2.Vt à continentibus ſcriptis ſecernas hanc quaſi fabulam rerum noſtrarum. pro Syll. 3. Abs te quæro,cur me à cæteris principibus ciuitatis in hoc officio atque in defenſionis iure ſecernas. 2.de N.112. Belluæ ſenſu ſecernunt peſtifera à ſalutaribus.1.C.23.Secerne te à bonis.2.de Ora.341.Illud tertium genus à præceptis noſtris ſecreueram.1.Tuſc.75.Secernere animum à corpore. *Oecon.1. Inſtrumentum & ſupellectilem diſtribuere cœpimus:ac primùm ea ſecreuimus.‖Orat.63. ‡ Ergo ab hoc genere non difficile eſt hanc eloquentiam de qua nunc agitur ſecernere.

†ADVERB. Continuè ab honeſto,3.Offi. Grauiter,ſeuerè,2.de Fin.

SECERNOR.6.A.10. Nec enim ſecerni à fratre poterit.de Am. 95.Secerni blandus amicus à vero & internoſci poteſt adhibita diligentia.1.Off.95.Hoc ſecerni ab illo non poteſt.1.C.32.Muro denique ſecernantur à bonis.

☞ Syntaxis. *Secernere ſe à.Excipere ac ſecernere. Peſtiferum à ſalutari ſenſu ſecernere. Animum à corpore ſecernere. Secernere & internoſcere aliquid ab aliquo.*

SECESSIO, *abſceſſio,diſceſſus.* pro Mur.49.Etenim ſeductiones teſtium, ſeceſſiones ſubſcriptorum animaduerti. pro Lig.10. Seceſſionem tu illam exiſtimauiſti,Cæſar,non bellum.

SECIVS, *minùs.* 1.ad Her.21. Impedimento eſt, quo ſeciùs lex feratur.

SECLVSVS, *ſecretus.* 7.V.23. Supplicium à libero ſpiritu & communi luce ſecluſum.2.de Orat.162. Illuc eum rapiam,vbi non ſecluſa aliqua aquula teneatur, ſed vnde vniuerſum flumen erumpat. 1. Tuſc. 72. Iis deuium quoddam iter eſt,ſecluſum à conſilio deorum.

SECLVM, *ſeculum.* de Clar.39.Vt Athenienſium ſecla numerantur.Ibid.75.Multis ſeclis ante ſuam ætatem. 1.de Leg.2.Seclis innumerabilibus.

SECANDVM. 1. Offic.136. Vt ad vrendum & ſecandum medici veniant.

SECO, *exſeco,reſeco.* de Vn.21. Atque ita permixtum illud,ex quo hæc ſecuit,iam omne conſumpſerat.Q.de Pet.8.Qui viuo ſtanti collum gladio ſecuerit.in Ar.

*Quæ volat & ſerpens geminis ſecat aëra pennis.*2.de Or.117. Atque iſti quidem cauſas in plura genera ſecuerunt. *cont. C. Ant.Inſpectante populo collum ſecuit hominis.

SECOR.3.de Nat.29.Omne corpus ſecari ac diuidi poteſt.5.Tuſ. 73.Si vratur,torqueatur,ſecetur.8.A.15.In corpore ſiquid eiuſmodi eſt, quod reliquo corpori noceat, vri & ſecari patimur. 2.Tuſ.53.C.Marius ruſticanus vir cùm ſecaretur,vetuit ſe alligari: neque quiſquam ante Marium ſolutus dicitur eſſe ſectus.

†ADVERB. Infinitè,1.Acad.

SECRETIO, *diſiunctio.* 1. Tuſc.71. Eſt enim interitus quaſi diſceſſus & ſecretio & diremtus earum partium,quæ,&c.

SECRETO, *clàm ,remotis arbitris.* 7.Fa.25. Secretò hoc audi,tecum habeto,ne Apellæ quidem liberto tuo dixeris. 8.1. Neque hæc incerta tamen vulgò iactantur, ſed inter paucos quos tu noſti,planè ſecretò narrantur.6.V.100.Ex his quæritur ſecretò, quid eſſet actum.7.Att.8. Ab hora octaua ad veſperum ſecretò collocuti ſumus.

SECRETVS, *ſeparatus,ſeiunctus,ſecluſus.* 2.de N.55.Habent ſuam ſphæram ſtellæ inerrantes ab ætherea coniunctione ſecretam & liberam.Ibid.137.Succus ſecretus à reliquo cibo.ibid. Ab eo cibo cùm eſt ſecretabilis,&c.

☞ Syntaxis. *Secretio,diſceſſus,diremtus. Secretò colloqui. Secreta & libera actio,*

SECTA, *familia, ſchola, diſciplina, certa quædam diſciplinæ formula, pars,vel partes,factio,hæreſis, ſtudium,ratio vitæ,ratio Philoſophandi.* 7.V. 180. Horum nos hominum ſectam atque inſtitutionem proſequimur. de Clar. 120. Brutus ex vetere Academia Philoſophorum ſectam ſecutus eſt. Brut. 3. Hoſtes omnes iudicati,qui M. Antonij ſectam ſecuti ſunt. pro Rab. 22. Quam tandem autoritatem, quam vocem, cuius ſectam ſequi velles. pro Flacc. 104. Quotus enim quiſque eſt, qui hanc in Repub. ſectam ſequatur. pro Cæl. 40. Qui hanc ſectam rationémque vitæ ſecuti ſumus. 13.Fam.4. Qui Cæſaris ſectam atque imperium ſecutus. 2. de Nat.57. Omnis natura artificioſa eſt, quòd habet quaſi vitam quandam & ſectam quam ſequatur. 1.de Or. 42.43.44.45.46.47.vſque ad 55.Philoſophorum ſectæ,familiæ, diſciplinæ.15.Fa.16.Hæreſis,ſecta,diſciplina.

† ADIVNCT. Difficilis atque ardua,ſed tamen fracta atque conuicta, 1.de Legib.

SECTATOR, *conſectator,amator,æmulus.* pro Mur.70.Quid opus, inquit, ſectatoribus? quæris,&c. Ibid.71. Lex Fabia quæ eſt de numero ſectatorum. pro R.P.21. Num Gabinij comes eſt, vel ſectator?

☞ Syntaxis. *Sectam & inſtitutionem perſequi.M. Antonij ſecta. Philoſophorum ſectæ,familiæ.*

SECTIO, *auctio.* 2.A.64. Nemo fuit qui ad illud ſcelus ſectionis auderet accedere, præter Antonium. Ibid.71. Appellatus es de pecunia, quàm pro ſectione debebas. 1.de Inu.85. Si dici poſſit ex hoſtibus equus eſſe captus, cuius prædæ ſectio non venierit. *de Leg. Agr. Pedum, manubias,ſectionem,caſtra denique Decemuiri vendent.

SECTOR, *aſſector, comitor.* 4. V.169. Is prætorem circùm omnia fora ſectabatur. 6.148.Qui illic eiuſmodi eſt, vt eum pueri ſectentur. pro S.R.77. Quid? ij ſerui vbi ſunt? Chryſogonum iudices ſectantur. pro Muræ.70. At ſectabuntur multi:dote,mercede.ibid. Sectari aliquem totos dies. Quint. de Pet.29. Qui ſi ſectari non poterunt, neceſſarios ſuos in hoc munere conſtituant.

SECTOR, *qui proſcriptorum bona emit: vel quadruplator,qui quoque iure,quaq; iniuria nomina de aliquo crimine defert,vt partem multæ vel bonorum auferat.* pro S. R. 80. Scimus per iſta tempora eoſdem ferè ſectores fuiſſe collorum & bonorum. Ibidem 103. Sector, hoc eſt, qui bonorum S. Roſcij emtor atque poſſeſſor eſt.2.A.65.13.P.30.15.Fa.19.Antonius ſector Pompeij.

† ADIVNCT. Audaciſsimus,pro Sext.Roſc.

SECVLVM, *ſeclum,multorum annorum ſpatium,ætas.* de Fat.27.An hoc falſum potuiſſet eſſe,ſi eſſet ſexcentis ſeculis antè dictum? 2.de Orat.21. Seculis multis antè gymnaſia inuenta ſunt,quàm in his Philoſophi garrire cœperunt. 6. V.73. Aliquot ſeculis pòſt Scipio Carthaginem cepit. Ibid.122. Parietes,quorum ornatus tot ſecula manſerat.4.Ac.15. Nihílne tot ſeculis explicatum putamus?2.A.54. Huius rei ne poſteritas quidem omnium ſeculorum immemor erit.4.P.3. Nihil ex omnium ſeculorum memoria tale cognoui.de Vniuer.1.Cùm aliquot ſecula in Italia viguiſſet. 2. C.11. Propagare multa ſecula reipublicæ. 2.de N.53. Sempiternis ſeculorum ætatibus non mutari. 1.de D.36. Nec ſeculorum reliquorum iudicium pertimeſcere.Par.6. Ego etiam ipſe fortaſſe in huius ſeculi errore verſor. 9.A.13. Huius ſeculi inſolentia.* pro Q.Gall. Quorum ætates non annis,ſed ſeculis,ſcimus eſſe diſiunctas.

¶ *Futurum genus.* de Senect 24.Serere arbores,quæ alteri ſeculo proſint.

☞ Syntaxis. *Omnium ſeculorum poſteritas. Ex omnium ſeculorum memoria cognoſcere. Secula reip. propagare. Id alteri ſeculo proderit. Sempiternæ ſeculorum ætates.*

SECVM. 8.Attic.22. Quis eſt, tanta præſertim de re,quin variè ſecum ipſe diſputet? 2. de Inu. 125. Ipſum ſecum admirari aliquid. 5.Attic.6. Qui etiam à me petierat, vt ſecum & apud ſe eſſem quotidiè. 1. Offic. Secum agere. )(. *Cum altero contrahere.*

☞ Syntaxis. *Peto,vt mecum,& apud me ſis.*

SECVNDARIVS, *ſecundus, proximus.* 2.de In.24. In hoc loco caput illud erit,ſi,&c.ſecundarium,ſi,&c.de Cl.242 Qu.Arrius, qui fuit M. Craſſi quaſi ſecundarius. * *Vbi fortaſſis legendum eſt,* Qu.Arrius Secundus,qui fuit M.Craſſi quæſtor. *Eſt enim Secundus cognomen Arriorum.*

SECVNDO, *aduerbium,iterum,deinde.** Semel hominem allocutus fueram:an ſecundò mihi redeundum eſſet, ignorabam.pro ‡ Planc.‖51. Equidem primùm vt honore dignus eſſem maximè ſemper laborem, ſecundò vt exiſtimaret, tertium mihi fuit illud,quod pleriſque eſt primum,ipſe honos.

SECVNDVM, *poſt.* 2.V.30. Ita ſecundùm Cal.Ian.magnas accuſatoris minas ad noſtrum arbitrium eludemus.Ibid.34.Tua ratio eſt,vt ſecundùm binos ludos mihi reſpõdere incipias,mea, vt ante primos ludos comperendinem.1.de Or.264.Sed opinor ſecundùm hunc diem:nam ſatis multa hodiè dicta ſunt. 3.Qu. Fr.1.Ille mihi ſecundùm te & liberos noſtros ita eſt,vt ſit penè par.3.At.12. Spem oſtendis ſecundùm comitia.2.Offic.11. Proximè & ſecundùm deos, homines hominibus maximè vtiles eſſe poſſunt.4.V.15. Secundùm ea quæro ſeruariſne,&c 4.Fam. 12. Duo vulnera accepit: vnum in ſtomacho, alterum in capite ſecundùm aurem. 3.de Orat.221. In actione ſecundùm vocem vultus valet, Orato. 60. Vultus ſecundùm vocem plurimùm poteſt. ad Brut.ep.pr.in.2. Lepidus ſecundùm fratrem affines habet quos odit proximos. 12. Attic.16. Secundùm te nihil eſt

mihi amicius ſolitudine. 3. ad Her. Si ſecundùm principium confirmatione vtamur. 2. de Diu. 126. Quæ ei ſecundùm quietem viſa ſunt, cur ſecundùm quietē videre videamur.

¶ *Pro, iuxta, Ad, Ex.* 7. V. 163. Secundùm arbitrium tuum teſtes dabo. 4. At. 2. Quiſque eorum multa ſecundùm cauſam noſtram iudicauit. Ibid. Prætor ſecundùm me decreuit. 16. 20. At ea quę Coss. decreuerunt ſecundùm Cæſaris decreta, comprobes. pro Fl. 50. Qui ſententiam ſecundùm Plotium ſe dicturum oſtendit. pro Qu. R. 3. Secundùm tabulas alicuius litem dare, & ſecundùm aliquem iudicare. Ibid. 15. Secundùm nos iudicari volumus. de Ar. 31. Qui domum ſecundùm fratrem ſuum iudicatam eſſe dicebat. 2. ad Her. 9. A teſtibus dicemus ſecundùm autoritatem & vitam teſtium. 5. At. 1. Sunt aliquot ſatiſdationes ſecundùm mancipium. 4. V. 66. Quod iudicium ſecundùm Heraclium de compromiſſis factum erat. Ibid. 41. Iudicare de abſente ſecundùm præſentem. 3. V. 114. Ita ſecundùm eum poſſeſſio daretur. Top. 50. Dare poſſeſſionem ſecundùm tabulas. 16. At. 18. Coss. de conſilij ſententia decreuerunt ſecundùm Buthrotios. 5. de Finib. 26. Secundùm naturam viuere, & ex natura, vel ex virtute viuere. 1. 30. Neceſſe eſt, quid aut ſecundùm naturam aut contra ſit, à natuta ipſa iudicari. *Lege*, ÆSTIMO. 2. de Leg. 61. Habemus in duodecim Tabulis ſanè ſecundùm naturam, quæ norma legis eſt. de Sen. 71. Quid autem non ſecundùm naturam eſt, quàm ſenibus emori. Ibid. Omnia quæ ſecundùm naturam fiunt, ſunt habenda in bonis. 3. Qu. Fr. 4. Teſtimonium ſecundùm fidem & religionem grauiſſimè dicere. 3. Offi. 25. Contra naturam viuere, ſecundùm naturam viuere. *Lege*, VIVO.

¶ *Non procul, ad, prope, vel propter.* 8. At. 19. Si Cæſar ſecundùm mare ad me ire cœpiſſet. 16. 8. Legiones Macedonicæ, quæ iter ſecundùm mare ſuperum faciunt.

☞ Syntaxis. *Secundùm Deum parentes amandi. Secundùm aurem eſt morbus. Secundùm tabulas dare poſſeſſionem. Secundùm nos iudicate: id eſt, pro. Secundùm flumen mare progredi. Secundùm naturã.*

SECVNDVS, *alter.* Ora. 50. Quoniam id ſecundum erat de tribus. 9. Fa. 16. Quando tu ſecundum Oenomaum Accij Mimum introduxiſti. de Vn. 28. Ad ſecundum ſupra terram ambitum. 1. Off. 36. Secundo eum obligare militiæ ſacramento, quoniam priore amiſſo, iure pugnare cum hoſtibus non poterat. 3. de Finib. 52. Quorum ordo proximè accedit, vt ſecundus ſit ad regium principatum. * Academ. Academico ſapienti ab omnibus ſecundæ partes dantur. Ibidem. Qui omnium cæterorum iudicio ſit ſecundus.

SECVNDVS, *proſper, ad voluntatem noſtram fluens.* )( *aduerſus.* pro Pomp. 23. Noſter exercitus prælijs vſus erat ſecũdis. 2. cont. Rull. 100. Nemo vnquàm tam ſecunda concione legem agrariam ſuaſit. 2. Tuſc. 4. Vt vel ſi totam velit vituperare, ſecundo id populo facere poſſit. 1. At. 16. Secunda concionis voluntate. 3. de N. 83. & pro Pl. 94. Nauis ſecundis ventis curſum tenens ſuum. 15. Fa. 3. Habere ventos ſecundos. 1. de Diu. 27. Auſpicia quæ alicui ſecunda euenerunt. 2. At. 1. Cæſar cuius nunc venti valdè ſunt ſecundi. 3. de N. 88. Hominum proſperitates ſecundæque res. 1. Off. 90. Homines ſecundis rebus effrenatos, ſibíq; præfidentes tanquàm in gyrum rationis & doctrinę duci oportet. pro Syll. 66. Et ſecundas fortunas amittere, & in aduerſis ſine vllo remedio permanere. Ibid. 75. Per quos res eius ſecundæ quondam erant ornatæ, nunc aduerſæ ſubleuantur. 3. Qu. Fr. 1. Ego nullas δευτέρας φροντίδας in Cæſaris rebus habere poſſum. 10. At. 9. Omnia ſecundiſſima nobis; aduerſiſſima illis accidiſſe videntur. 2. Qu. Fr. 1. Clodium accuſaui multis & ſecundis admurmurationibus cuncti Senatus. 1. Off. 90. Nam vt aduerſas res, ſic ſecundas immoderatè ferre, leuitatis eſt.

☞ Syntaxis. *Vti ſecundo prælio. Secunda concione, populo dicere. Secunda concionis voluntas. Secundas fortunas amittere. Omnia ſecunda tibi accidant. Admurmuratio ſecunda Senatus.*

SECVRIS, *inſtrumentum, quo arbores deycimus, & ligna ſcindimus.* 2. 2. Qu. Fr. 10. Tenedia libertas, ſecuri Tenedia præciſa eſt. *prouerbium.* 7. V. 21. Quamobrem faſces prætoribus præferantur, cur ſecures datæ. 1. Qu. Fr. 1. 10. Prætores cum faſcibus & ſecuribus lictores habuiſſe. 3. V. 75. Inſtat vt ſecuri feriantur. I. P. 83. Cùm miſer ille ſecuribus hoſpitis ſui ceruices ſubiicere ♣ geſtiret. Ibid. 184. Tu Rabocetum ſecuri percuſſiſti. ‖ pro Flac. 19. Noſtræ ſecures.

¶ *Impedimentum, ruina.* pro Mur. 48. Quam te ſecurim putas inieciſſe petitioni tuæ? pro Pl. 70. Infligere ſecurim reipublicæ.

† ADIVNC. Funeſta, 7. Ver. Grauior, pro Planc.

SECVRITAS, *requies curarum, ipſum eſſe ſine curis.* 5. Tuſc. 42. Qui autem illam maximè optatam & expeditam (ſecuritatem autem nunc appello vacuitatem ægritudinis, in quam vita beata poſita eſt) habere quis poteſt. 5. de Fin. 23. Democriti ſecuritas quæ eſt animi tanquàm tranquillitas, quam appellat εὐθυμίαν. 1. Off. 69. Vt tranquillitas animi adſit & ſecuritas. 1. de N. 53. Nos beatam vitam in animi ſecuritate ponimus. de Am. 45. Caput eſſe ad beatè viuendum ſecuritatem, qua frui non poſſit animus, ſi tanquàm parturiat vnus pro plurib. 15. Fa. 5. Vale, & inſtituto itinere ſecuritatem diligentiámque ſociis & reipublicæ præſta. 4. At. 16. Miram ſecuritatem videbis, cuius plurimæ mehercule partes ſunt in tuo reditu.

† ADIVNC. Blanda ſpecie, de Aruſp. Maximè optata, & expedita, 5. Tuſc. Mira, 4. Tuſc.

SECVRVS, *ſine cura.* 10. Fa. 24. Si Africanæ legiones venerint, ſecuros vos ab hac parte reddam. pro Fla. 46. Securus Hermippus Tennum proficiſcitur. 12. At. 51. De lingua Latina ſecuri es animi, dices, qui talia conſcribis.

SECVS, *contrà, aliter.* I. P. 68. Rectè an ſecùs, nihil ad nos. 3. de Fin. 44. Nobis aliter videtur, rectè ſecúſne, poſteà. 6. Fam. 4. Etſi idipſum nonnullis videatur ſecùs. 3 de Ora. 117. Sed paulò ſecùs à me atque ab illo partita ſunt. 2. 24. Itaque illud quod dixi, &c. non dixi ſecùs ac ſentiebam. de Cl. 292. Nemo dicet ſecùs. Part. 15. Longè ſecùs. 4. Fa. 9. Quod non multò ſecùs fuerit. pro Muræ. 10. Tecum agam Serui non ſecùs ac ſi meus eſſes frater. pro Planc. 3. Cuius ſalutem non ſecùs ac meam tueri debeo. 4. At. 17. Quem tractat non ſecùs ac ſi eſſet imperator. 3. Fam. 5. Non ſecùs ac ſi te vidiſſem. pro Qui. 32. Cùm in altera re cauſæ nihil eſſet, quin ſecùs iudicaret ipſe de ſe: qnod iudicium eſt grauiſſimum. 3. Fa. 6. De tuo in me animo iniquis ſecùs exiſtimandi videris nonnihil loci dediſſe.

* SECVTOR. *gladiator*, 7. At. 14. Secutorum in Ludo mille fue♣runt, bis eruptionem facturi dicebantur. ‖ *Aliàs*, ſcutorum.

* SECVTVS. 3. Acad. Vitam deuiam ſecutis.

SED, *at, ac, quidem, certè, autem, verùm, haud ſcio an, verò.* 1. At. 15. Non odio adductus alicuius, ſed ſpe non corrigendæ, ſed ſanandæ ciuitatis. 4. Ac. 66. Sed non de me, vt dixi, ſed de ſapiente quæritur. 2. de Or. 299. Sed ego non de præſtanti quadam & eximia, ſed propè de vulgari & communi prudentia diſputo. de Ar. 61. Sed tamen facilè tacentibus cæteris reticuiſſem: ſed hæc oratio omnis fuit non autoritatis meæ, ſed publicæ religionis. 1. Fa. 9. Sed velle ſolùm, &c. ſed etiã, &c. pro Rab. 13. Non modò huius non ſunt, &c. ſed ne Romuli quidem, &c. ſed Tarquinij, &c. 1. de Or. 109. Sed ſiue eſt ars ſiue non, non eſt quidem ea negligenda, vtrùm intelligendum, &c. Ibid. 115. Sed ſunt quidam, &c. ſunt autem quidam, &c. 4. Fa. 15. Sed tametſi anteà ſcripſi, tamen hoc tempore, &c. 13. 71. Sed tametſi omnium cauſa quos commendo, velle debeo: tamen cum omnibus non eadem mihi cauſa eſt.

SEDATE, *tranquillè, leniter.* Orato. 92. Sedatè placidéque loqui. 2. Tuſc. 58. Placidè & ſedatè ferre dolorem.

SEDATIO, *tranquillitas, placatio.* )( *perturbatio.* 1. Offi 93. Temperantia & modeſtia, omníſque ſedatio perturbationum animi. 3. Tuſc. 65. Sedatio ęgritudinis. Ibid. Quotidianæ neces ſedationem mœrendi afferunt.

SEDATVS, tranquillus. 8. At. 3. Hæc ſcripſi ſedatiore animo, quàm proximè ſcripſeram. 2. de Inu. 154. Sedatis fluctibus, & tempeſtate commutata. pro Clu. 103. Falcula paulò ſedatiore tempore eſt accuſatus. Orator. 39. Alter ſine vllis ſalebris quaſi ſedatus amnis fluit. Ibid. 176. Iſocrates in transferendis faciendíſque numeris ſedatior. 3. ad Her. 21. Sedata & depreſſa vox.

☞ Syntaxis. *Sedatè, placidéq; loqui. Sedatus animus, tempus, flumen, fluctus, homo, vox.*

SEDECVLA, *ſedes.* 4. At. 9. Malo in illa tua ſedecula quam habes ſub imagine Ariſtotelis, ſedere. *Aly.* Sedicula, *legunt.*

SED enim, *etenim.* pro Arch. 3. Sed enim hoc non ſolùm ingenij, ſed etiam naturæ atque virtutis pro Cæl. 60.

SEDEO, *aſſideo.* 4. Att. 6. Malóque in illa tua ſedecula ſedere, quàm in iſtorum ſella curuli. 1. de Diu. 104. Cùm virgo ſtaret, & Cæcilia in ſella ſederet. 2. A. 44. Sediſti in quatuordecim ordinibus. 3. de Ora. 131. In ſolio ſedens domi. 2. de Fini. 99. Sedere in ſolio ornatu regali. pro R. P. 10. Modò vos in A. Gabinium iudices ſediſtis. pro Clu. 105. Sediſtíne iudex in C. Fabricium? ibid. Cùm poſt paucos dies ex ſubſortitione ſediſſet. 1. At. 13. Qui mœſti inter ſui diſſimiles ſedebant. * in L. Piſon. Proximè Pompeium ſedebam.

¶ *Maneo, moror.* 12. At. 43. Quid enim ſedere totos dies in villa iſta? pro Milon. 55. Cùm Milo veheretur in rheda penulatus, vnà ſederet vxor. 16. Fa. 7. Si venti eſſent, nos hîc Corcyræ non ſederemus.

SEDES, *ſella, ſolium, ſeſſio, hemicyclus, ſubſellium.* 1. de Ora. 29. Tum Craſſum puluinos popoſciſſe, & omnes in iis ſedibus, quæ ſub platano erant, conſediſſe dicebat. 4. C. 2. Hæc ſedes honoris, ſella curulis.

¶ *Locus, vis, gradus.* 3. de Or. 19. Neque verba ſedem habere poſſunt, ſi rem ſubtraxeris. 2. 358. Omnibus rebus quæ ſub aſpectum veniunt, ſedes opus eſt. 2. de Fin. 37. Vt ſola conatur in ſummi boni ſede quam quærimus.

¶ *Domicilium, fundamentum, patria, origo.* de Pro. 34. Nam ſi ille aditus Gallis patuiſſet, nunquàm hæc vrbs, ſummo imperio domicilium ac ſedem præbuiſſet. pro Mar. 30. Qui ſedem ſtabilem & domicilium certum non habet. Parad. 1. Voluptas mentem ex ſua ſede & ſtatu dimouet. 2. cõt. Rull. 96. Coloni Capuæ

in

in domicilio ſuperbiæ, atque in ſedibus luxuriæ collocati. pro Mur. 85. Omni ſede ac loco ferrum flammamque metuamus. pro Cl. 171. Sceleratorum ſedes atque regio. 1. Academ. 9. Sedes regionum & locorum. pro Syll. 33. Vrbs hæc ſedes omnium noſtrûm, domicilium imperij. pro Ar. 9. Is ſedem omnium rerum & fortunarum ſuarum Romæ collocauit. Anteq. 24. Dij qui ſedem Capitolij in ſaxo incolitis conſtitutam. 13. Fa. 4. Eorum domicilia, ſedes, rem, fortunas, tuę fidei commendo. pro Cl. 188. Aliquam ſibi domum ſedémque deligere. 2. cont. Ru. 45 Sedes hoſpitalis. 5. V. 6. Sedes ac domicilium collocare. 1. cont. Rul. 28. Hæc ſedes vrbis atque imperij. 1. de N. 100. Hæc enim membra ſunt ſedes ac domicilium vitæ. I. P. 52. Mihi ipſa Roma propè conuulſa ſedibus ſuis obuiam procedere viſa eſt.* Incer. Muſtella catulos ſuos quotidiè transfert, mutátque ſedem.

† Adivnct. Alta, ſuperæ, Arat. Amiciſſimæ, hoſpitalis, publica, pulcherrimæ vectigalium, 2. cont. Rull. Antiqua, 7. Ver. Antiquæ, 6. Ver. Aptæ, mediæ mundi, 2. de Nat. Celſa, 1. de Diuin. Celſiſſima dignitatis, pro Fla. Certa, de Aruſp. Domeſtica, 8. Famil. Maxima, pro Seſt. Non importuna ſermonis, 3. de Orat. Naturales, 1. Tuſc. Notæ, pro Mur. Patriæ, 2. Phil. Stabilis, pro Marc.

Seditio, *diſcordia, diſſenſio populi, vis turba, impetus populi vel militum, motus populi.* Br. 2. Seditio quę facta eſt in legione quarta de Antoniis. 1. de Diu. 50. Magna ſeditio in caſtris eius inter Pœnos & Siculos milites eſt facta. pro Mur. 83. Cócitare ſeditionem & diſcordiam. 10 Fa. 32. Singulæ cohortes quãdam ſeditionem fecerunt. Ibid. 34. Seditione facta. 5. Atti. 14. Seditio militum ſedata ab Appio. 2. de Orator. 124. Seditiones ornare & demonſtrare multos ſæpe impetus populi non iniuſtos eſſe. Ibid. Multas ſeditiones eſſe factas & conflatas. 10. 1. Solon capite ſanxit, ſi quis in ſeditione non alterutrius partis eſſet. 2. de Orat. 199. Omnia ſeditionum genera collegi. 2. Att. 1. Seditione commota.

¶ *Seditioſorum manus.* pro Cl. 102. Incurſio ſeditionis, vis multitudinis, impetus Tribunitius.

† Adivnc. Concitata, & nocturna, grauiſſimæ, pro Seſt. Domeſticæ, 2. cont. Rull. Iuſtæ & propè neceſſarię, moleſtæ, multæ, 2. de Orat. Magna, pernicioſa, 1. de Diu. Tantæ, 1. de Inuent.

Seditioſe. pro Cluen. 2. Conciones ſeditioſè concitatæ. pro Mil. 8. Seditioſè interrogari.

Seditioſiſſime dicere. 2. Att. 21.

Seditioſus, *turbulentus popularis.* 2. de Orat. 48. S. Titius ſeditioſus ciuis & turbulentus. Ibidem. 135. Quod ſeditioſus de turbulentis & malis ciuibus. 1. A. 22. Adhortari adoleſcentes, vt turbulenti, vt ſeditioſi, vt pernicioſi ciues eſſe velint. 1. de Inu. 4. Seditioſa & tumultuoſa vita. ‖ in Vat. 4. Nutricula ſeditioſorum omnium.

☞ Syntaxis. *Seditionis incurſio. Commota ſeditio. Seditioſus ac turbulentus. Seditioſa vita.*

Sedandvs. 1. de Orat. 17. In eorum qui audiunt mentibus aut ſedandis aut excitandis. 1. Offic. 103. Appetitus omnes contrahendi ſedandíque ſunt.

Sedatvs. 1. de Diu. 61. Illa etiam parte animi, in qua irarum exiſtit ardor, ſedata, atque reſtincta. 5. At. 14. Seditio militum ab Appio ſedata.* Lim.

*In medio populi ſedatis vocibus effers.*

† Adverb. Maximè & quieti, 3. Ver.

*Sedicvla, *vide* Sedecvla.*

Sedo, *Sedationem affero, reſtinguo, mitigo, mollio, comprimo, contraho.)(incito,* Anteq. 14. Vos quoque Tribunitiam ſedate temeritatem. 1. A. 1. Sedare diſcordias. 1. de Orato. 202. Quæcunquæ in animis hominum motum res & cauſa poſtulet, dicendo vel excitare, vel ſedare. 2. A. 46. Cùm tanta mala florentiſſimæ familiæ ſedaui, vel potiùs ſuſtuli. 13. At. 10. Sermunculum omnem aut reſtinxeris, aut ſedâris. ‖ 5. V. 132.

Sedor. 3. C. Tum interuentu Pontini pugna quæ erat commiſſa, ſedatur. 1. de Leg. 54. Hæc controuerſia tota ſedari poteſt. 3. 24. At aliquando inceditur, & quidem ſæpe ſedatur. 2. 28. Vt bellum inteſtinum ſine vllo tumultu aut motu ſedetur.

☞ Syntaxis. *Appetitus contrahendi, ſedandiq́. Sedatum ac reſtinctum. Sedare, vel potiùs tollere.*

Sed quid? *quid tum?* 2. A. 21. Sed quid? ego fauiſſe me tibi fateor?

Sedvco, *abduco.* 5. Attic. 21. Cùm hæc diſeruiſſem, ſeducit me Scaptius, ait ſe nihil contradicere. 1. de Orato. 239. Sæpe audiui acceſſiſſe ad Craſſum conſulendi cauſa quendam ruſticanum: qui cùm Craſſum ſeduxiſſet, ad eúmque retuliſſet, reſponſum ab eo verum magis, quàm ad ſuam rem accommodatum abſtulit. 13. A. 22. Niſi quòd te Idibus Martiis à debita tibi peſte ſeduxit. 1. Famil. 9. Cùm inimicum meum modò ſeuerè ſeducerent, modò familiariter amplexarentur.

† Adverb. Seuerè, 1. Fam.

Sedvctio. pro Mur. 49. Etenim ſeductiones teſtium ſeceſſionem ſubſcriptorum animaduertebant.

Sedvlitas, *officium diligentia.* 8. Fa. 11. Corneli operam & ſedulitatem laudare poſſum. 1. 8. Idque cùm ſentiam, ſedulitate mihimet ipſi ſatisfacere poſſum, te quidem ipſa, &c. 8. 1. Nimiùm arguta ſedulitas. pro Ceci. 14. Non neceſſitudine aliqua, ſed ficto officio ſimulatáque ſedulitate coniunctus. pro Archia 25. Qui ſedulitatem mali poëtæ duxit aliquo tamen præmio dignam. 2. contra Rull. 12. Finem feci offerendi mei, ne fortè mea ſedulitas, aut inſidioſa aut impudens videretur. ‖ 10. Fa. 15. Sedulitas mea & mihi & Reip. tulit fructum.

† Adivnc. Arguta, 8. Fam. Digna aliquo præmio, pro Arch. Inſidioſa, atque impudens, 2. cont. Rull.

Sedvlo, *diligenter.* 3. Attic. 12. Tu quidem ſedulò argumentaris, quid ſit ſperandum, &c. pro Cluent. 58. Hoc quanquàm ſedulò faciebant, tamen, &c. 3. de Fin. 1 5. & 5. Famil. 10. Faciam omnia ſedulò, quæ te ſciam velle. 2. 11. Sed tamen ſedulò fit, & inprimis à Patiſco.

Sedvlvs, *officioſus, diligens.* de Clar. 176. Eloquentes videbare non ſedulos velle conquirere.

☞ Syntaxis. *Sedulitas & opera. Arguta ſedulitas. Fictum officium, ſimulatáque ſedulitas. Hic ſedulò fit, in primis à tyrone.*

Seges, *arua, ager.* Orator. 48. Segetes fœcundæ herbas effundunt inimiciſſimas frugibus. 1. Tuſc. 69. Segetes largiuntur fruges. de Sen. 54. Segetibus & pratis & vineis, & arbuſtis res ruſticę lætæ ſunt. 5. V. 20. Neque in ſegetibus, neque in areis, neque in horreis. 2. Tuſ. 13. Etſi in ſegetem ſunt deteriorem, datæ fruges, illæ tamen ſuapte natura enitent.* Hortenſ. Segetes agricolæ ſubigunt aratris.

¶ *Ipſamet fruges.* Or. 81. Lætas eſſe ſegetes, luxurioſa frumenta. 5. de Fin. 91. Seges ſpicis vberibus & crebris.

¶ *Occaſio, cauſa.* pro Mil. 36. Quid enim odiſſet Clodium Milo, ſegetem ac materiam ſuæ gloriæ?

† Adivnc. Deterior, 4. Tuſc. Fœcundæ, & vberes, Or. ad Brut. Lætæ, 3. de Orat.

Segesta. 6. V. 72. Segeſta oppidũ peruetus in Sicilia, quod ab Ænea fugiente à Troia, atque in hæc loca veniente, conditum eſſe demonſtrant.

Segestani. 1. 4. 156.

Segestenses. 5. 83.

Segnior. 8. Attic. 13. Ego ſi cui adhuc videor ſegnior, dum ne tibi videar, non laboro. pro Font. 7. Ne ſegniores poſthac ad imperandum cæteri ſint. 1. de Finibus. 34. & pro Dom. 57. Nec me ſegniorem ad reſpondendum reddidiſti.

Segnitia, *inertia, ſegnities.* de Clar. 281. Vir ſine arrogantia grauis, & ſine ſegnitia verecundus. 1. de Finib. 5. Inertiſſimæ ſegnitiæ eſt.

† Adivnc. Inertiſſima, 1. de Fin.

Segnities, *ſegnitia.* 1. de Orat. 185. Caſtigemus etiam ſegnitiem hominum & inertiam.

☞ Syntaxis. *Inertiſſima ſegnitia. Segnities & inertia.*

Segregandvs. 3. Offic. 32. In figura hominis feritas & immanitas belluæ, à communi tanquàm humanitate corporis ſegreganda. pro Ar. 4. Aliquem à numero ciuium ſegregandum eſſe, vel non eſſe.

Segregatvs, *ſecluſus.* 5. Tuſc. 80. Beata vita ſola relicta, & comitatu pulcherrimo ſegregata.

Segrego, *ſeparo.* 2. de Nat. 148. Eloquentia nos à vita immani & fera ſegregauit. 3. de Finib. 30. Qui virtutem à ſummo bono ſegregauerunt. de Aruſp. 26. Qui anteà voce præconis à liberis ſemouebantur, iis tuis ludis liberos a ſe ſegregauerunt. 3. de Orat. 180. Iambum, & Trochæum frequentem ſegregat ab oratione Ariſtoteles. 5. A. 29. Excluſit illum à repub. diſtraxit, ſegregauit ſcelus illius.

Seivgatvs, *ſeiunctus.* 1. de Diu. 70. Partem animi quæ ſenſum habeat non eſſe ab actione ſeiugatam.

Seivnctio, *tranſitio, ornamentum verborum.* 3. de Orat. 201. Et ab eo quod dictum eſt, ſeiunctio.

Seivnctvs, *ſeiugatus.* 5. V. 193. Defenſio remota ab vtilitate Reip. ſeiuncta à voluntate legis. Orat. 68. Orator ſeiunctus ab Philoſophorum eloquentia. 1. Fa. 9. Si hoc tempore omni, quo ſeiuncti fuimus & vnà Romæ fuiſſemus.

† Adver. Priuatim ad nomen augendum, in Piſo.

Seivngendvs. in Vat. 26. Quòd me ex fortiſſimorum ciuium numero ſeiungendum non putâris.

Seivngo, *ſeparo, ſegrego, ſemoueo.* 3. de N. 61. Fortunam nemo ab inconſtantia & temeritate ſeiungit. ‖ 10. Fam. 6. Seiunge te queſo aliquando ab iis, cum quibus te, non tuum iudicium, ſed temporum vincula coniunxerunt.

Seivngor. 1. C. 22. Dummodò tua calamitas à Reip. periculo ſeiungatur.

Selectio, *electio, ſecretio.* 2. de Fin. 43. Vt eam rerum ſelectione expoliarent. 3. 20. & 12. Selectio.)(*reiectio.* 3. de Leg. 23. Malorum enumeratio, vitiorúmque ſelectio.

Selectvs, *electus.* 1. de N. 86. Selectæ breueſq; ſententiæ. pro Cluent. 121. Prætores vrbani iurati debent optimum quemque in ſelectos iudices referre. 4. V. 32. Selecti è couentu iudices,

Selevcia, *vrbs in Antiochia*.8.Fam.14.

Selevciana prouincia. 4.Att.17.

Seligo, *deligo, ſeiungo.*)(.*reijcio*. Orato.47. Nec verò vtetur imprudenter hac copia, ſed omnia expendet ac ſeliget. Ibid.103. Quæ exempla ſelegiſſem, niſi, &c. 3.de Fin.23. Illud autem vt feriat, quaſi ſeligendum, non expetendum.

Sella, *ſedes*.4. C.17. Nemo opifex inuentus eſt, qui non ipſum illum ſellæ atque operis & quæſtus quotidiani locum ſaluum eſſe velit.1.de D.119. Illo die, quo primùm in ſella aurea ſedit. 4.V.94. Prætor palàm de ſella ac tribunali pronunciat, ſi quis, &c.Ibid.285.Sedebat in roſtris Cæſar in ſella aurea coronatus. ‖5.135. Imò verò in ſella ac tribunali.3.124. Et hoc de ſella vir optimus dixit. Ibid.119. Qui ordo ad Piſonis ſellam ſolitus eſt conuenire.

† Adivnct. Aurea, 2.Phil.Curulis, pro Clu.Proxima,9.Fam.Vacua mortis, periculo & inſidiis,4.Cat.

Sellvlarivs. Incer.De plebeia fece ſellulariorum.

Selonivm. 1.Diu.79.Roſcius, qui cùm eſſet in cunabulis, educareturque in Selonio, qui eſt campus agri Lanuuini.2.66. De ipſo Roſcio poteſt illud quidem eſſe falſum, vt circumligatus fuerit angui, ſed vt in cunis fuerit anguis: non tamen mirum eſt, in Selonio præſertim, vbi apud focum angues nundinari ſolent.

*Semæ, aqvæ Baianæ.16.Fam.24. Puto vtrunque ad aquas Semas. *Alij legunt, aquas, Sciemus.*

Semel. pro Font.16. Galli pecuniam ſemel atque iterum ac ſæpiùs inuitiſſimi dare coacti ſunt.pro Do.76.Patria bis à me ſeruata, ſemel cùm, &c.iterum cùm, &c. 2.de Inu.15. Semel & ſæpiùs, &c.4.Attic.3.Nullas adhuc literas acceperam, præter quæ mihi binæ ſemel in tribunali redditæ ſunt: *aliter*, ſimul. 14.12. Antonius ſemel induxit animum, ſibi licere quod vellet: *id eſt*, omninò.5.A.20.Cùm autem ſemel gladium ſcelere imbuiſſet, nulla res ei finem credendi afferret.*pro C.Corn.1.Semel priuatim à patre, iterum publicè à lege coactus.

Semen, *materia ſerendi*.de Sen.51. Terra cum gremio mollito & ſubacto ſemen ſparſum excepit, &c.1.de Diu.128.In ſeminibus ineſt vis earum rerum quæ ex his progignuntur.de Sen.52. Terra, quæ ex fici tantulo grano, aut ex acino vinaceo, aut ex cęterarum frugum aut ſtirpium minutiſſimis ſeminibus tantos truncos, ramóſque procreat.2.de N.81. Seminis enim vim eſſe tantam, vt id, quanquàm ſit perexiguum, tamen ſi inciderit in concipientem comprehendentémque naturam, nactúmque ſit materiam, qua aliquid augeri poſſit: ita fingat & efficiat in ſuo quicque genere, partim vt tantummodò per ſtirpes alãtur ſuas, partim vt moueri etiam & ſentire & appetere poſſint, & ex ſeſe ſimilia ſui gignere.2.de Di.95.Seminum vis, quæ ad gignẽdum procreandúmq; plurimùm valet.Ibid.68.Itáne cenſes? antè coronam extitiſſe, quàm herbarum conceptum eſſet ſemen? pro S. R.50.Attilius ille ſua manu ſpargens ſemen.2.A.55.Vt in ſeminibus cauſa eſt arborum & ſtirpium, ſic huius luctuoſiſſimi belli ſemen tu fuiſti.4.ad Her.10. Triptolemus cùm omnibus ſemen largiretur, &c.in Arat.Semina terræ mando.2.con.Rul.94. Aliquid ingenerari hominibus à ſtirpe generis ac ſeminis.

¶ *Principium, origo, primordia*.1.de Diuin.6. Quòd Zeno in ſuis commentariis quaſi ſemina quædam ſparſiſſet. 1.C.30. Stirps ac ſemen malorum omnium.2.Offi.29. Nec verò vnquàm bellorum ciuilium ſemen & cauſa deerit, dum, &c. 2.de Diuin.33. Semina malorum, quæ in his mediis incluſa ſunt, in contrarias partes ſe vertere.

¶ *Sanguis, natio*.2.cont.Rull.90.Virtus, quæ propria eſt Romani generis atque ſeminis.

† Adivnct. Minutiſsima, de Senect.Perexiguum, 2.de Nat.

Sementis, *ſatio*.1.de Orat.244.Nemo ignorat, quid ſit ſementis ac meſſis, quid arborum putatio ac vitium.5.V.125.Semente prohibita ac meſſe amiſſa.2. de Orat.261.Vt ſementem feceris, ita metes.3.de Nat.75.Hanc igitur à diis tantam arbitramur malorum ſementem eſſe factam? 4.At.7. Quod ſcribis, moleſtè fero, in agro Sabino ſementem fieri proſcriptionis.

† Adivnct. Tanta malorum, 3.de Nat.

Semestris, *ſex menſium*.10.Atti.7.Iam intelliges id vix ſemeſtre eſſe poſſe.

Semianimvs, *exanimatus, ſemiuiuus*.1.de Diu.106.Anguis ſemianimus. *Ennij Poëtæ.*

Semiassvs, *ſemiuſtus*.1.Tuſc.106. Heu reliquas ſemiaſſi regis.

Semicircvlvs. 5.de Fin.56. Circulos aliquos, aut ſemicirculos conſectari.

Semidoctvs.2.de Orat.177.Hæc apud doctores ſemidoctus ipſe percurro.

Semifervs.2.de Nat.122.

*Corpore ſemifero magno Capricornus in orbe.*&c. in Arat.

Semigro, *ſecedo*. pro Cæl. 18. Cælius permittente patre ab eo ſemigrauit, conduxit in Palatio domum.&c. pro Cl.

Semihora.pro Rab.6.

Semiliber.13.Atti.31.Obſecro abiiciamus iſta, & ſemiliberi ſaltem ſimus.

Seminarivm, *ſemen*.1.C.23.Qui ni pereunt, ſcitote hoc, in republ.ſeminarium Catilinarium futurum.I.P.67.Ex illo fonte & ſeminario triumphorum arida folia laurea retuliſti.1.Offic. 54.Id autem eſt principium vrbis, & quaſi ſeminarium reipub. 3.Anton. 4. Huc accedunt veterani, ſeminarium iudicum tertiæ decuriæ,

Seminator, *ſator*.2.de N.86.Omnium rerum ſeminator, & ſator, & educator, & altor eſt mundus.3.66.Seminator omnium malorum.

Seminor, *ſeror*.1.de L.1.Nullius agricolæ cultu ſtirps tam diuturna, quàm poëtæ verſu ſeminari poteſt.

Semiplacentinvs. I.P.14. Cæſonius Semiplacentinus Caluentius.*in L.Piſon.Priùs Gallus, dein Gallicanus, extremò Semiplacentinus haberi eſt cœptus.

Semiplenvs. 7. V.62. Decem naues ſemiplenæ.

Semisomnis, & Semisomnvs.7. V. 94. Cùm is etiam ſemiſomnis ſtuperet.7. Famil.1. Cùm illi ſpectarent communes mimos ſemiſomni.

Semissis, *aſſis dimidium, vel nummi pars*. pro Seſtio 55.Vt remiſſis ſemiſſibus & trientibus quinta propè vectigalium tolleretur.5.Fa.10.Simul verò ſemiſſis homo contra me arma tulit. Ibid.6.Homini ſemiſſis magna copia eſt.*aliter*, Omnino, ſemiſſium, *vel* ſemiſſibus.1.ad Her.21.Lex frumentaria de ſemiſſibus trientibus.

Semita, *trames, via*.4.V.57.Qua via modò exiuit, eâdem ſemita reuertatur. 2. cont. Rull. 95. Roma in montibus poſita & conuallibus, non optimis viis, anguſtiſſimis ſemitis. de Prou. 33. Semitam tantùm Galliæ tenebamus antea. 2. Offic. 58. Vt Oreſti nuper prandia in ſemitis decimæ nomine magno honori fuerunt.

† Adivnc. Anguſtiſsima, cont. Rull.

Semivivvs. 7. At. 2. Parthi repentè Sibulum ſemiuiuum reliquerunt.I.P.31.Abiecti hominis, & ſemiuiui vox. pro Seſt.126. Semiuiuis vocibus mercenariorum reclamatum.

Semivstvlatvs. pro Milo. 34. Cadauer P. Clodij infeliciſſimis lignis ſemiuſtulatum.

Semivstvs. 2. A. 91. Ipſæ faces, quibus ſemiuſtum latus iſtius eſt.

Semotvs. 2. de Fi.44. Cæterorum ſententiis ſemotis.

Semovendvs.1.Acad.34.Strate ab ea diſciplina ſemouendus eſt.2.de Fin.39. A philoſophia ſemouendas putabo. ‖ 5.21. Semouenda voluptas.

Semoveo, *ſecerno, remoueo*.3.de Orat.19. Neque res lumen habere poſſunt, ſi verba ſemoueris.

Semoveor. de Aruſpic. 26. Qui anteà voce prætoris à liberis ſemouebatur, tuis ludis non voce, ſed manu liberos à ſe ſegregabant.

† Adverb. Feliciter, fortiſsimè, ad Octau.Omninò, 1. Acad.

Semper, *omni tempore, totos dies, dies omnes ac noctes, dies atque noctes, dies noctéſq;, noctes & dies, in omni vita, dum hominum genus erit, in perpetuum, nunquàm non, ab æternitate, omne tempus ætatis, hoc vigebit memoria ſeculorum omnium*.1.Tuſc. 53. Quod ſemper mouetur, id æternum eſt.1.Offic.31.Commutatur officium, vt non ſemper ſit idem.1. de Orat. 99. Semper ego à genere hoc toto ſermonis refugi.

Sempiternvs, *æternus*. 1.de Nat. 30. Plato dixit mundum fore ſempiternum.2.53. Nihil immutat ſempiternis ſeculorum ætatibus.4.C.18.Ignis Veſtę perpetuus & ſempiternus. de Som. 6.Ignes ſempiterni.2.de Orator.169. Noſtra conſilia in ſempiternum tempus ſpectare debent. de Amic.32. Veræ amicitiæ ſempiternæ ſunt. Poſtquàm ad Quir. 1. Sempiternam pœnam ſuſtinere.5.Fa.12.Sempiterna gloria.14.At.11. Illi non heroes, ſed dij futuri quidem in gloria ſempiterna ſunt. pro Rab. 39. Optimi & ſapientiſſimi cuiuſque animus ita præſentit in poſterum, vt nihil niſi ſempiternum ſpectare videatur.

☞ Syntaxis. *Perpetuum ac ſempiternum. Id ſpectat in ſempiternum tempus. In ſempiterna gloria beatus.*

Semvncia. I. V.Semuncia auri. *Lege*, As.

Semvrivs, *locus*. *Lege*, Remvrivs.

Senariolvs.5.Tuſc.64. Tenebam enim quoſdam ſenariolos, quos in eius monumento eſſe inſcriptos acceperam, qui declarabant.

Senarivs, *verſus, præſertim Iambicus, à ſex pedibus dictus*.Ora. 189. Senarios & hyponacteos effugere vix poſſumus.Ibid.184. Comicorum ſenarij propter ſimilitudinem ſermonis ſic ſæpe ſunt abiecti, vt nonnunquàm vix in his numerus & verſus intelligi poſſit.

Senator, *pater conſcriptus*.1.de Orat.8.Senatores, qui conſilio & prudentia regere Rempub. poſſint. Ibid.215.Senator bonus, autor publici conſilij, rector reipub. Poſtquàm in Senat. 25. Cùm cccc x. Senatores eſſetis. 13. A. 28. Is apertam curiam

vidit

vidit poſt Cæſaris mortem, mutauit calceos, pater conſcriptus repentè factus eſt. de Seneƈt. 56. In agris erant tunc Senatores: id eſt, ſenes. 3. de Leg. 40. Senatori tria iuſſa ſunt: vt adſit, nam grauitatem res habet, cùm frequens ordo eſt, vt loco dicat: id eſt, rogatus: vt modò, ne ſit infinitus. pro Clu. 154. Senatorem hoc quæri non poſſe, propterea quòd ea conditione propoſita petere cœpiſſet, quódque permulta eſſent ornamenta, quibus eam mitigare moleſtiam poſſet: locus, autoritas, domi ſplendor, apud exteras nationes nomen & gratia, toga prætexta, ſella curulis, inſignia, faſces, exercitus, imperia, prouinciæ.

† Adivnc. Bonus, 1. de Orat. Clariſsimus, & præſtantiſsimus, 11. Phil. Conſtantiſſimus, pro Mar. Diligentes, 7. Phil. Familiariſſimus alicuius, pro Clu. Fortis, fortiſſimus, pro Mur. Fortis & conſtans, 12. Philip. Frequentiſſimi, 11. Fam. Honeſtiſſimi, princeps, 2. Phil. Lætiſſimi ciuitatis, 7. Ver. Maculoſi, 1. Attic. Melior, 8. Phil. Multi, 2. ad Qui. Frat. Multi, & teſtes audaciæ, rectiſſimi, tenuiſsimus, 2. Ver. Nobiliſsimus, 2. Fam. Præſtantiſſimus, 6. Ver. Sancti natura & religioſi, copiis rei familiaris locupletes, & copioſi, pro Q. R. Vetus, 4. Ver. Voluntarius, 13. Phili.

Senatorivs. pro Fl. 43. Lyſanias adeptus eſt ordinem ſenatorium. 2. Offi. 3. Literæ forenſes & Senatoriæ. 1. Tuſc. 1. Senatoriis muneribus liberatus. pro Pom. 61. Cuius à ſenatorio gradu ætas longè abeſſet. pro C. Cornel. 1. Senatoria ſubſellia.

Senatvs, *ordo ampliſſimus, ſummus ordo, conſilium, Senatus, conſilium publicum, ampliſſimum conſilium, ſummum conſilium, ampliſſimus magiſtratus apud Lacedæmonios.* de Sen. 19. pro Dom. 73. Senatus eſt ſummum populi Romani conſilium. de Ar. 158. Senatus princeps ſalutis mentíſque publicæ. pro Seſt. 137. Senatus reipub. cuſtos, præſes, propugnator. 2. C. 12. Senatum in ædem Iouis Statoris vocaui, rem omnem ad P. C. retuli. pro Syl. 65. Cùm in Capitolium nos Senatum conuocaſſemus. 4. Acad. 137. Cùm Diogenes & Carneades ad Senatum in Capitolio ſtarent. 3. de Orat. 2. Senatus frequens vocatu Druſi in curiam venit. 6. At. 1. Scaptius incluſum in curia Senatum Salamine obſederat, vt fame Senatores quinque necarentur. 4. Famil. 1. Scripſiſſe te fruſtra in Senatum, ſiue potiùs in conuentum Senatorum eſt venturum. 1. 4. Senatus haberi ante Calend. Feb. per legem Pupipiam non poteſt. Ibid. 42. Dimittere Senatum. de Sen. 42. Eiicere aliquem è Senatu. pro Flac. 42. In ſenatum venire. Ibidem. In Senatum peruenire. de Sen. 19. Conſilium, ratio, ſentẽtia: quæ niſi eſſent in ſenibus, non ſummum conſilium maiores veſtri appellaſſent Senatum. 2. Qu. Fr. 12. Tyriis eſt ſenatus datus frequens. 4. A. 14. Antonius Senatum: id eſt, orbis terræ conſilium, delere geſtit. 3. de L. 28. Senatus eſt dominus publici conſilij Ibidem. Poteſtas in populo, autoritas in Senatu eſt. * con. conc. Qu. Met. Ad Senatum adduci iuſſi, in Senatu ſunt poſiti. Frag. epiſt. Amici à te contemni ac deſpici, ac pro nihilo haberi Senatum velint. Ibidem. Vt mirum Senatus conuicium exceperit.

† Adivnct. Aequus, 2. Atti. Amicior, fortis, 10. Fam. Bonus, 7. Attic. Concors, princeps ſalutis, mentíſque publicæ, de Aruſp. Conſtans, fortis, 1. Fam. Conſultus, vehemens, & gratus, ſimilis, 1. Catil. Cunctus, incolumis, Phil. Cuſtos, & præſes, & propugnator reip. pro Seſt. Diuinus, 16. Att. Dominus publici conſilij, 3. de Legibus. Erectior, ſapiens, ep. ad Brut. Firmiſſimus, orbus, 12. Fam. Bene firmus veſtra autoritate, firmior, 6. Philip. Frequens, inuitus, 7. Famil. Frequentiſſimus, neceſſarius, pro Mil. Grauis, 9. Phil. Inimiciſsimus, de Prou. Iuſtus, in Piſo. Lætior, 1. Ph. Priuatus, 11. Phil. Sanctus, 1. de Diu. Vniuerſus, pro Cluent.

Senatvs, *ti, teſte Chariſio li. 1. Cicero quoq; de Diuin. in Ver.* Quod in vnaquaque re beneficio ſenati

Senatvsconsvltvm, *decretum Senatus, lex Senatus, autoritas Senatus, ſcripta, principum decretum.* 2. Qu. Fr. 8. S. C. factum eſt de ambitu in Afranij ſententiam. de Ar. 8. Senatuſconſultum, quod contra illum pro religione factum eſt. 1. Fam. 7. Senatuſconſultum nullum extat, quo reductio regis tibi ademta ſit. 2. Qu. Fr. 3. Ad Apollinis S. C. factum eſt, ea quæ facta eſſent ad VII. Iduum Febr. contra remp. eſſe facta. 10. Fam. 13. Ita enim S. C. eſt perſcriptũ, vt à me deſcripto dicta ſentẽtia eſt. 5. At. 21. S. C. vt néue Salaminiis, néue qui eis dediſſet. fraudi eſſet. 9. 18. Cæſar volet S. C. facere, volet augurũ decreta. I. P. 17. Cõſul edicit, vt Senatus S. C. ne obtẽperet. 3. A. 24. Antonius effugere feſtinans S. C. de ſupplicatione per diſceſſionem fecit, cùm factũ eſſet anteà nunquam. 8. Att. 9. Quæ verò S. C. video. 5. Ant. 36. Et deinceps ſæpe formula Senatuſconſulti de D. Bruto. * pro C. Corn. 1. Quo de genere perſæpe S. C. fiunt, vt nuper de ipſa lege Calpurnia, cui derogaretur. con. C. Ant. Qu. Mutium Senatuſconſulto prohibere. Hortenſ. Confectis Senatuſconſultis.

† Adivnc. Falſa.)(. Vera, 12. Phil. Grauiſſima, 14. Phil. Honorificum, honorificentiſſimum, 12. Fam. Innumerabilia, 3. Phil. Magnificẽtiſsimũ, 1. de Diu. Neceſſaria, præclara. 2. Phil. Odioſa, 1. Attic. φυδἐγγραφον, 5. Attic.

☞ Syntaxis. *Senatus princeps eſt ſalutis, ac mentis publicæ. Vocare, conuocare Senatum. Ad ſenatum ſtare. Frequens venit Senatus. Senatus habitus, dimiſſus. Dare alicui Senatum frequentem. Senatuſconſultum, extat, perſcribitur.*

Senecta, & Senectvs, *propè acta iam ætas decurſaque vltimum tempus ætatis, maturitas ætatis, ingraueſcens ætas, exacta ætas extrema ætas, exacta iam ætas, canities, vetuſtas.* Top. 32. Senectus eſt occaſus vitæ. de Sena. 25. ex Cæcil. Tum etiam in ſenectà hoc reputo miſerrimum, ſentire ea ætate eſſe odioſum alteri. Ibidem. 4. Senectutem vt adipiſcantur, omnes optant, eandem accuſant adeptam. Ibidem. 55. Senectus eſt natura loquacior. 5. de Fin. 32. Homo confectus ſenectute. 1. de Orat. 255. Subſidiũ belliſſimum eſſe exiſtimo ſenectuti otium. de Cl. 179. M. Fabius vixit ad ſummam ſenectutem. 1. Famil. 9. Populus Athenienſis propè iam deſipiens ſenectute. de Clar. 265. Triarij plena literatæ ſenectutis oratio. Or. 169. Habet autẽ vt in ætatibus autoritatem ſenectus, ſic in exemplis antiquitas. de Cl. 8. Cùm oratio caneſceret, haberétque ſuam quandam maturitatem, & quaſi ſenectutem. de Seneƈt. 20. Temeritas eſt, videlicet florentis ætatis, prudentia ſenectutis. 8. A. 31. Cùm eſſet ſumma ſenectute, & perdita valetudine. de Sen. 60. Apex ſenectutis eſt autoritas. * Hortenſ. Vixit ad ſummam ſenectutem valetudine optima. Acad. Qui ſecum ad ſenectutem vſque vixiſſent.

† Adivnc. Animoſa, & fortis, grauis, honeſta, honorata, honoratior, imbecilla, iners, ignaua, ſomniculoſa, iucunda, non modò languida atque iners, verùm etiam operoſa, & ſemper agens aliquid, leuis, non moleſta, ſed etiam iucunda, leuior, loquax, naturà miſera, miſerabilis, mollis & iucunda, odioſa, otioſa, placida ac leuis, ſtulta, tolerabilis, aut iam vrgens, aut certè aduentans, de Sene. Calamitoſa & præceps, ad Octa. Iam propè deſperata, pro Cæl. Non iners, 1. de Leg. Literata, ſumma, de Clar. Quieta & honorifica, potiùs quàm ſollicita, 2. Attic. Seueriſsima, veriſſima, pro Q. R.

☞ Syntaxis. *Senectute confectus. Ad ſummam viuere ſenectutem. Caneſcit iam oratio, & maturitatem quandam ſuam habet, ac ſenectutem. Homo ſenectute ſumma.*

*Senensis. de Clar. 73. Senenſe prælium. *Alij*, Senonenſe, *legunt.*

Senescens. 2. de Diu. 33. Arbores ſimul cum luna ſeneſcentes tempeſtiuè cædi. 7. Famil. 26. Iam ſeneſcentis morbi remiſſio. 2. de Orator. 7. Laudem alicuius iam propè ſeneſcentem ab obliuione hominum vendicare.

Senesco, *conſeneſco, ſenex fio.* 2. Tuſc. 5. Atque oratorum quidem laus ita ducta ab humili venit ad ſummum, vt iam quod natura fert, in omnibus ferè rebus ſeneſcat, breuíque tempore ad nihilũ vẽtura videatur. de Sen. 38. Senſim & ſine ſenſu ſeneſcit ætas.

Senex, *ætate confectus, exacta ætate, confectus ſenio, vel ſenectute, admodùm ſenex.* pro Cæl. 38. Triſtis ac decrepitus ſenex. pro Seſt. 24. Imbecillus ſenex. Ibid. Et quia valet apud nos clarorum hominum ſenex de rep. meritorũ memoria etiam mortuorũ. 1. de Diu. 95. de Sen. 20. Senes: ſic enim Lacedæmonij conſilium publicum appellant. Ibid. 36. Senex ſtultus, credulus, obliuioſus. 8. A. 31. Qu. Mutius ſenex & debilis veniebat in curiam. de Sẽ. 24. Nemo eſt tam ſenex, qui ſe annum non putet poſſe viuere. Ibid. 32. Illud vetus laudatúmque prouerbium, quod monet, Maturè fieri ſenem, ſi diu velis eſſe ſenex. Ibid. 82. Vt de me aliquid more ſenũ glorier. 2. C. 5. Exercitus collectus ex ſenibus deſperatis.

† Adivnc. Auari, creduli, obliuioſi, diſſoluti, diſertus, docti, imbecilles, miſer, moderati, nec difficiles, nec inhumani, moroſi & anxij & iracundi & difficiles, ſapientes.)(. ſtulti, ſtultus, credulus, obliuioſus, de Sene. Debilis, imbecillus, triſtis, ac decrepitus, pro Seſt. Deliri, 2. de Orat. Deſperati, 2. Catil. Durus, & penè agreſtis, pro Cæl. Locuples, orbus, Parad. Locuples, & feſtiuus. 2. Attic. Prudentiſſimus, atque optimus, pro Planc.

Seni. 4. V. 122. Pueri annorum ſenûm ſeptenûmque denûm.

Senilis. pro Seſt. 50. Senile corpus. 2. de Diu. 50. Aliquis puerili ſpecie, ſed ſenili prudentia. de Seneƈt. 36. Senilis ſtultitia, quæ deliratio appellari ſolet.

Senior. 2. de Leg. 9. Quæ vis non modò ſenior eſt, quàm ætas populorum, ſed æqualis Dei.

Senivm, *ſenectus.* de Vniu. 14. Vt vnum opus totum atque perfectum abſolueretur, quod omni morbo ſenióue careret. pro Mil. 20. Tota ciuitas confecta ſenio eſt.

☞ Synt. *Senex memoria, Maturè factus ſenex. Senes, id eſt, ſenatores.*

*Senonensis. de Clar. 73. Senonenſe, prælium, *Alij*, Senenſe, *legunt.*

Sensim, *pedetentim, leuiter.*)(. *repentè.* 3. Tuſ. 54. Senſim enim & pedetentim progrediẽs extenuatur dolor. 2. Off. 27. Senſim hæc cõſuetudo & diſciplina minui cœpit. pro Cæl. 25. Oratio ſenſim ac leniter accẽdit animos. 2. A. 42. Ille ſenſim dicebat, quod cauſæ prodeſſet, tu curſim dicis aliena. Or. 26. Pòſt ſenſim incedens vidit, &c. exultauit audaciùs. 2. de Orat. 95. Senſim obſcurari & euaneſcere. 5. V. 158. Nõ ſenſim atq; moderatè ad iſtius amicitiã arrepſerat. 1. de Ora. 251. Græci qui vocẽ cubantes ſenſim excitent. 5. de Fi. 41. Progrediẽtibus ætatibus ſenſim tardéue potiùs, quaſi noſmetipſos cognoſcimus. 1. Offi. 120. Sin minùs, ſenſim erit pedetentímque mutatio facienda. 2. 9. Conſuetudo ſenſim ♣ eò deducta eſt, vt, &c. ‖ 3. de Orat. 176. Senſim aſcendere.

☞ Syntaxis. *Senſim ac pedetentim. Senſim ac leniter. Senſim at moderatè. Senſim, tardéque.*

Sensvm, *ſententia, ſenſus animi, conſilium.* 1. de Orat. 32. Hoc vno præſtamus feris, quòd colloquimur inter nos, & quòd exprimere dicendo ſenſa poſſumus. 3. 52. Senſa mentis & conſilia verbis explicare.

SENSVS, *quinque illi ſenſus animi intelligentes, intima cogitatio.* 2. de N. 140. Senſus interpretes ac nuncij rerum, in capite tãquam in arce mirificè ad vſus neceſſarios & facti & collocati ſunt. 1. Tuſ. 46. Nos enim ne nunc quidem oculis cernimus ea quæ videmus: neque enim eſt vllus ſenſus in corpore: ſed viæ quaſi quædam ſunt ad oculos, ad aures, ad nares, à ſede animi perforatæ. 1. de Nat. 70. Epicurus omnes ſenſus veri nuncios dixit eſſe. 1. de L. 26. Natura homini ſenſus tanquàm ſatellites attribuit ac nuncios, & rerum plurimarum obſcuras & neceſſarias intelligentias enodauit, quaſi fundamenta quædam ſcientiæ. 2. con. Rul. 9. Ij quibus natura ſenſum dedit. 4. de Finib. 9. Neque ſenſuum fidem ſine ratione, neque rationes ſine ſenſibus exquiramus. Or. 8. Quod neque oculis, neque auribus, neque vllo ſenſu percipi poteſt. 1. de N. 106. Speciem Dei percipi cogitatione, non ſenſu, 2. 144. Senſu auditus etiam dormientes egemus, à quo cùm ſonus eſt acceptus, etiam è ſomno excitamur. ibidem 146. Ad ſenſus capiendos & perfruendos multæ artes repertæ ſunt. de Sen. 38. Senſim & ſine ſenſu ætas ſeneſcit. 3. At. 15. Senſus præſentis memoriæ.)(*.recordatio præteritæ felicitatis*. pro Mur. 74. Fouere hominum ſenſus, delinire animos, adhibere voluptates. 3. Off. 22. Si vnum quodque membrum ſenſum hunc haberet, vt putaret, &c. pro Cæl. 59. Cùm iam cæteris ex partibus oppreſſa mens eſſet, extremum ſenſum ad memoriam reipub. reſeruauit. 2, de D. 107. Is habet ſenſum oculorum vera cernentium. Anteq. 7. Vti cum ſpiritu ſenſum quoque adimant iucunditatis. de Som. 13. Senſus audiendi hebes. ibid. Senſu audiendi carens. 1. de D. 70. Pars animi quæ ſenſum, quæ motum, quæ appetitum habet. de Vn. 4. Omnia corpora ſenſus mouent, ſenſúſque mouentia quæ ſunt, eâdem in opinatione conſidunt. 2. de D. 110. Qui humanos ſenſus amiſerit, diuinos aſſecutus ſit. ibid. 9. Quæ ſenſibus percipiuntur, quæ ſenſu accipiuntur, quæ ſentiuntur. 1. 80. Vt eum vis quædam abſtraxiſſe à ſenſu mentis videretur. 2. de Orat. 357. Ea animis effinguntur noſtris, quæ ſunt à ſenſu tradita atque impreſſa. 3. 193. Ea ſunt in communibus infixa ſenſibus. pro Cl. 17. Quod in communibus hominum ſenſibus, & in ipſa natura poſitum atque infixum eſt. 2. de Fin. 52. Oculorum ſenſus acerrimus. 2. A. 115. Stupor ſenſus. 5. Tuſc. 110. Etiámne ſi ſenſu carebit oculorum? ſi aurium. 2. de Or. 357. Senſus videndi acerrimus. 2. de N. 42. Sidera animalia ſenſu acerrimo eſſe. 5. V. 46. Senſum expone, quem oculis animóque accepit. 3. de Nat. 32. Omne animal ſenſus habet: ſentit enim calida, & frigida, & dulcia & amara: nec poteſt vllo ſenſu iucunda accipere, & non accipere contraria. Ibid. 36. Si voluptatis ſenſum capit, doloris etiã capit. pro Seſt. 47. Animos hominum ſenſúſque morte non reſtingui. ad Oct. Si non vnà cum corpore ſenſus omnis vno atque eodem conſumptus eſt igni. de Vn. 7. Quod in cernendi ſenſum caderet. * Hortenſ. Qui dies & noctes velit ita moueri ſuos ſenſus, vt mouentur in ſummis voluptatibus.

¶ *Senſum, ſententia, animus, mens, cogitatio.* Par. 1. Vereor, ne cui veſtrûm ex Stoicorum hominum diſputationibus, non ex meo ſenſu deprompta hæc videatur oratio, 2. de L. 3. Quare ineſt neſcio quid, & latet in anima ac ſenſu meo, quod, &c. pro Mil. 43. Nihil tam flexibile, quàm voluntas erga nos, ſenſúſque ciuium. Ibidem. 73. Non ſum tam veſtri ſenſus ignarus atque expers, vt neſciam quid de morte P. Clodij ſentiatis. Qui. de Pet. 32. Cuius & frons, & vultus, & ſermo ad eorũ quos conuenerit, ſenſum & voluntatem commutandus eſt. 2, de Or. 109. Tum definitio & in ſenſum & in mentẽ iudicis intrare nõ poteſt. 15. At. 1. Ego perſpexi omnem Hircij ſenſum. Ibidem. 7. Valdè mihi placebat ſenſus eius de republ. 10. A. 4. Quis eſt iſte tuus ſenſus? quæ cogitatio? Brutos vt non probes, Antonios probes? pro S. R. 154. Aſſiduitate malorum ſenſum omnem humanitatis ex animo amiſimus. Orat. 185. Oratio ad animorum ſenſus exprimendos reperta. 1. Famil. 9. In hunc ſenſum allicior, &c. 4. C. 11. Ego enim de meo ſenſu iudico, nam, &c. Brut. 17. Potuiſſem tibi aliquid de meo ſenſu perſcribere. pro S. R. 129. Hæc ego pro me ipſo & animi mei ſenſu ac dolorẽ pronuncio. pro Seſt. 22. Deniq; etiam ſermonis anſas dabat, quibus reconditos eius ſenſus tenere poſſemus. pro Marc. 16. Noſtri enim ſenſus, vt in pace ſemper, ſic in bello etiam congruebant. I. P. 16. Odium incluſum nefariis ſenſibus impiorum. 1. Fam. 9. Vnus ferè ſenſus fuit bonorum omnium. Ibidem. De quo oſtendam paulò pòſt qui ſit ſenſus meus. 13. A. 45. Si me rectis ſenſibus euntem dij adiuuerint. de Sen. 72. Integra mente cæteríſque ſenſibus. Orat. 86. Vultus quo ſignificant ingenuè, quo ſenſu quodque pronuncient. Part. 123. Penetrare ad ſenſum opinionémque iudicis. Poſtq. in Sena. 34. Cuius mei ſenſus teſtis eſt hic idem, qui, &c. 3. de Orat. 193. Tacito quodam ſenſu iudicare aliquid. 1. Fam. 8. Difficile eſt ſenſum in repub. præſertim rectum & confirmatum deponere. 1. de Or. 148. Vultus ſenſum animi plerunque iudicat.)(*.fronte occultare ſententiam.*

¶ *Notitia, iudicium, captus, exiſtimatio, vis, pondus.* 1. de Orator. 12. Quod longiſſimè ſit ab imperitorum intelligentia ſenſúque diſiunctum. Ibidem. In dicendo vitium à vulgari genere orationis atque à conſuetudine communis ſenſus abhorrere. Ibid. 8;. Sed hæc erat ſpinoſa & exilis oratio, longéque à noſtris ſenſibus abhorrebat. Ibid. 108. Oratio ad vulgarem popularémque ſenſum accommodata, 2. 67. Quæ verſantur in conſuetudine vitæ, in communi hominum ſenſu. pro Dom. 97. An ego poteram iuſtificari me eſſe hominem, & communem naturæ ſenſum repudiare. pro Arch. 30. Siue hæc à meo ſenſu poſt mortem obſcura ſunt, ſiue aliquam animi mei partem pertinebunt. Ibid. 17. Si ipſi hæc neque attingere, neque ſenſu noſtro guſtare poſſemus. 4. At. 3. Qui ſit hoc tempore aut mentis meæ ſenſus, aut omninò vitæ ſtatus. 3. de Orato. 221. Sententiæ ſæpe acutæ non acutorum hominum ſenſus præteruolant. de Clar. 191. Oratio popularis ad ſenſum vulgi moueri debet. 3. de Fin. 16. Fieri autẽ nõ poſſet, vt appeterent aliquid, niſi ſenſum haberent ſui. 1. Tuſ. 91. Habere ſenſum alicuius rei. 5. A. 49. Qui ſenſum veræ gloriæ reperit. * Incer. Illa æquabilitas vitæ non tantum habet ſenſum.

¶ *Cura.* de Ami. 27. A natura mihi videtur orta amicitia, applicatione animi cum quodam ſenſu amandi. Ibidem. Beſtiæ ex ſe natos ita amant, & ab eis amantur, vt facilè earum appareat ſenſus. Ibid. Deinde cùm ſimilis ſenſus extitit amoris, ſi, &c. 1. de Orat. 222. Dicendo ſenſus hominum mentéſque pertractare. 7. Ver. 117. Ne cum ſenſu doloris aliquo ſpiritus auferatur. 6. 33. Sciebat iſtum in his rebus aliquem ſenſum habere, qui in cæteris nihil ſimile hominis haberet. 9. Att. 19. Tanta eius humanitas, is ſenſus, &c. de Prou. 2. Præcipuum illum & proprium ſenſum doloris mei à ſententia dicenda amouebo. pro Fl. 106. Qui quoniam id ætatis eſt, ſenſum iam percipere poteſt ex mœrore patrio.

¶ *Ipſius ſenſus munus.* pro Rabir. 29. Mortui ſenſu & vita carent. ad Brut. 9. Ne idipſum carere omni ſenſu doloris, ſit miſerius quàm dolere.

¶ *Ingenium, ſtudiũ, natura.* pro Cor. 39. Gaditani ab omni ſtudio ſenſúq; Pœnorum mentes ſuas ad noſtrum imperium noménq; finxerunt. de Aruſp. 19. Nec deniq; hoc ipſo huius gentis ac terræ domeſtico natiuóque ſenſu Italos ipſos ac Latinos ſuperauimus Ibid. 54. Ad quem metum ſi deorum monitis non duceremur, tamen ipſi noſtro ſenſu coniecturáque raperemur. Ibidem. Omnes illius ſenſus cognitos habeo, nihil eſt illi reipublicæ charius.

¶ *Affectus, grauitas.* 2. de Ora. 184. Hoc maximam habet vim, ſi eſt ſuauiter & cum ſenſu tractatum. Ibid. Senſu quodam & ratione dicendi. Ibi. 189. In commouendis iudicibus iis ipſis ſenſibus ad quos illos adducere volo, permoueor.

¶ *Dolor.* de Amic. 12. Moriendi ſenſum celeritas abſtulit. de Sen. 74. Iam ſenſus moriendi, ſi aliquis eſſe poteſt, is ad exiguum tempus durat. 9. A. 13. Si quis eſt ſenſus in morte.

† ADIVNC. Acerbiſſimus, pro Cluent. Acerrimus, acutiſſimi, interpretes ac nuncij rerum, 2. de Nat. Acerrimi, integerrimíque, 5. Tuſ. Aeternus, 1. de Diu. Auguſti, hebetes & tardi, integri, 1, Acad. Charus, melior, reconditi, pro Seſt. Certus, & verus, 11. Fam. Communis, Part. & 2. de Orat. Communis naturæ, pro Dom. Diuinus, 1. de Nat. Domeſticus, natiuúſque, de Aruſp. Extremus, pro Cæl. Fallaciſſimus, humani.)(.diuini, 2. de Diu. Grauis, 1. Tuſ. Hebes audiendi, liberior, Som. Scip. Humus, Orat. Idonei ad percipiendum, 5. de Finib. Integri, incorruptique, nec obſcuri, nec tenebricoſi, ſani & integri, veraces, 4. Acad. Intimus animi, veri, 1. de Inu. Moderatiſſimus, atque humaniſſimus, 10. Fam. Naturalis, voluptarius, 3. de Ora. Nefarij, voluptarij, in Piſo. Nimius, pro Planc. Par, 7. Ver. Præcipuus, & proprius doloris, de Prou. Rectus, tacitus, 5. Fam. Recti, 6. Phil. Similis, de Amic. Tanquàm ſatellites ac nuncij, 2. de Leg. Teſtes incorrupti, atque intimi, 1. de Finibus. Vnus & communis, de Vniu. Vulgaris, popularis, communis, 2. de Ora.

SENTENTIA, *dictum, & oratio breuis, ac præclara.* de Opt. 5. Sententiarum totidem genera ſunt, quot diximus eſſe laudum: ſunt enim docendi acutæ, delectandi quaſi argutæ, commouendi graues. Ibidem 7. Eſt vitioſum in ſententia, ſi quid abſurdũ aut alienum, aut non acutum, aut ſubinſulſum ſit. 4. ad Her. 25. Sententia eſt oratio ſumpta de vita, quæ aut quid ſit, aut quid eſſe oporteat in vita breuiter oſtendit. 1. de Or. 127. Sententiæ philoſophorum. 2. 34. Acutæ crebræque ſententiæ. de Clar. 271. Concinnæ acutæque ſententiæ, & reconditæ exquiſitæque ſententiæ. 1. de N. 86. Itaque in illis ſelectis eius breuibúſque ſententiis, quas κυρίας δόξας appellatis, hæc ſententia eſt. 1. Tuſ. 64. Sententiæ vberes. * Incer. Vtraque earum ſententiarum doctiſſimos habuit autores.

¶ *Conſilium, mens, opinio, voluntas, ſuffragium tandem.* 2. de Orat. 35. Huius eſt in dando conſilio de maximis rebus cum dignitate explicata ſententia. 1. 84. Non quò aperiret ſententiam ſuam: hic enim eſt mos Academiæ: ſed tamen hoc ſignificabat, &c. * Aca. Mos fuit Academicis occultandi ſententiã ſuam, nec eam cuiquam aperiendi.

¶ *Formulæ cum verbis Maneo, Diſcedo, Muto, Decedo, Deijcio, Deſiſto, Deduco, Deterreo, Perduco, Sum, &c.* 1. de Fin. 34. Hanc ego cum teneam ſententiam, quid eſt, &c. pro Mur. 62. Mutare ſententiam, & decedere de ſententia. 9. At. 2. Manere in ſententia. 1. 17. Permanere in priſtina ſententia. 1. Fa. 9. Permanere in vna ſententia. Ibid. Conſtare in ſententia. pro Qu. R. 56. Perſtare in ſententia. 2. Famil. 17. Decedere de ſententia. 4. de Fin. 52.

Diſcedere de ſententia. 1. 63. Deſiſtere ſententia & de ſententia.1.Tuſc.28.& 14.Deiici de ſententia.1.de Diu. 81. Deterreri de ſententia.de Clar.97.Deduci de ſententia.2.Tuſ.60.Deducere aliquem de ſententia. 2.Famil.3.Deducere aliquem in ſuam ſententiam. 16.At.8.Octauius veteranos perduxit ad ſuam ſententiam.3.ad Her.40.Pluribus verbis ad eam te hortari,non eſt ſententia.1.de Fin. 15. Quot homines, tot ſententiæ. pro Mur. 1.Vt noſtræ mentes & ſententiæ cum populi Romani voluntate ſuffragiiſque conſentiant.

¶*Cum verbis Dico,Fero,Pronuncio,Rogo,&c.* 2.Qu. Fr. 1.Poſteà Racilius de priuatis me primùm ſententiam rogauit. Ibidem. Dixit enim ſeueram,& grauem,republ.dignam ſententiam,&c. Ibid. Si quis eorum qui pòſt rogati eſſent, grauiorem ſententiam dixiſſet, in eam ſe iturum.3. Offi.66. M.Cato ſententiam dixit.de Am. 56. De quibus tres video ferri ſententias,quarum nullam probo. Ibidem. Harum trium ſententiarum nulli prorſus aſſentior.3.Off. 44. Cum verò iuratò dicenda ſententia ſit 2.de Diu. 7. In libris ſententiam dicebamus, concionabamur 5.Antonio. 46. Sententiam loco prætorio dicere. 10. Famil. 22. Dicere ſententiam de aliqua re. Poſtquàm in Senatu. 7 7.P. Lentulus nunquàm dubitauit ſententiam de ſalute mea & de republ.dignam dicere, cùm à tribunis pleb. vetaretur, cùm præclarum caput recitaretur, nequis ad vos referret, ne quis decerneret,ne diſputaret,ne loqueretur,ne pedibus iret,ne ſcribendo adeſſet.Ibidem. Ego eam ſententiam dixi, cui ſunt aſſenſi ad vnum.de Ar.14. Qui primi de hac domo ſententiam dixiſtis.2.de Fin. 34. 1.Fa.2. Iudices ſententiam pronunciant. 1. de Orat. 231. Socrates damnatus eſt non ſolùm primis ſententiis, ſed etiam illis quas, &c. pro Flac.50. Dicere ſententiam ſecundùm aliquem.de Cl.86. Conſules re audita ampliùs de conſilij ſententia pronunciant.pro Cornel.34. De quo fœdere populus Rom.ſentẽtiam non tulit.I.P.97. Tum tu ipſe de te ſententiam tuliſti, tu iudicium pronunciaſti. 6. V. Iudices cùm de te ſententiam ferrent. Ibid. 104. Sententiam de aliquo per tabellam ferre.pro Cl.72. Palàm ferre ſententiam.2.ad Her.19.Lata ſententia.

¶*Cum Eo,Diuido,Itur. Eſt porrò Diuidere ſententiam,de ſingulis referre ſeparatim, ſi ſententia duo pluráue capita, de quibus ſingulis ſeorſum conſultandum eſt,complectitur. Ire autem in ſententiam,vel diſcedere, eſt alicuius aſſentiri ſententiæ: nam cùm Senatus duobus modis fieret,aut ſingulorum exquiſitis,ſententijs atque ſuffragijs: aut per diſceſſionem, id eſt,Senatoribus in duas partes diuiſis:in hoc altero genere,propoſitis duabus ſententijs,qui in vtramuis inclinabant,in alteram partem diſcedebant, ibántque pedibus. Hinc pedarij Senatores,quòd non verbis ſententiam dicerent,ſed in alienam pedibus irent. Hinc quoque Facere diſceſſionem,dictum eſſe videtur.* 1.Fam.2.pro Mil.14.Diuidere ſententiam,ire in ſententiam alicuius, facere diſceſſionem. Ibidem. Frequentes ierunt in alia omnia. 2. Qu. Fr.1. Ibatur in eam ſententiam.1.Fa.9. & 4.At.1. Factum eſt S. C.in meam ſententiam. *Lege*, PEDARIVS.

¶*Formulæ cum De,& Sine.* 1.Fam.7.De ſententia alicuius ſcriberè aliquid.3.Atti.4. Capere conſilium de ſententia alicuius. 16. 18. Coſſ. de conſilij ſententia decreuerunt ſecundùm Buthrotios.Ibid.1.Cùm ei pręſcriptũ eſſet,ne quid ſine Seſtij ſententia ageret.pro Cæl.68. Facere aliquid de ſententia atque autoritate alicuius.7.Att.5. Nihil faciam niſi de ſententia tua. pro Syll. 55. C. Memmius,cuius de ſententia tota res geſta eſt.

¶*Cum particula Ex,& aliquando etiam Animi.* 2.Fa.7.Quoniam ſanè feliciter,& ex mea ſententia remp. geſſimus.3.At.20. Omnia ſunt ex ſententia.Ibidem.8.Itinere ex ſententia confecto.ad Brut. 9. Omnia ex ſententia ſuccedunt.1.Fa.7.Ex ſententia gerere aliquam rem. 10. 17. Ex ſententia conficere negotium.3. Offic. 108.Quod ex animi tui ſententia iuraueris,&c. 1.de Or. 123.Nonnunquàm ſummis oratoribus non ex ſententia dicendi euentum procedere.5.Att.21.Te ex ſententia nauigaſſe gaudeo.2.de Or.260.Ex animi ſui ſententia vxorem habere.

¶*Varia.* 1. Offic. 128.Plura in eam ſententiam ab eiſdem contra verecundiam diſputantur.9. At.12.Multa diſputas huic ſententiæ conuenientia.10.5.Curionis ſermo eandem ferè ſententiam habuit.2. Famil.3. Scribere plura in eandem ſententiam 2.Atti. 22.In eam ſententiam multa dixit.3.Qu.Fr. Sed etiam aliam in ſententiam de ſuburbio ſcribis. Orat. 135. Continenter vnum verbum nõ in eadem ſententia ponere.pro Deiot.25.Deiotarus de Domitio dixit verſum Græcum eâdem ſententia,qua etiam nos habemus Latinum, &c. 6.V. 138. Incipit loqui Diodorus, cuius oratio hanc habet ſententiam Senatum,&c.3.ad Her.12. Et quæ ſimiles ſententias habebunt. 10. Fam. 5. Commemoratio tua paternæ neceſſitudinis, cæterarúmque rerum, quæ ad eam ſententiam pertinebant, magnam mihi lætitiam attulerunt.7.6.Multa dici poſſunt in hanc ſententiam,ſed non neceſſe eſt.3.C.10. Recitatæ ſunt tabellæ in eâdem ferè ſententia. 3. Tuſ.42. Quæ ſequuntur,in eâdem ſententia ſunt.2.Offi. Quod à Stoicis dicitur conuenienter naturæ viuere,id habet hanc, vt opinor,ſententiam,cum virtute congruere ſemper.2.de Diuin. 25.Hoc idem ſignificat Græcus ille in hanc ſententiam verſus. pro Corn.20. Sed totum hoc iudices in ea fuit poſitum ſemper ratione atque ſententia,vt,&c.1.de Ora.51. Verborum ſonitus inanis,nulla ſubiecta, nec ſententia, nec ſcientia. 2. 56. Vt neſcias,vtrùm res oratione,an verba ſententiis illuſtrentur.Orat. 170.Colligere ſententiam verbis. 2. de Inuent. 116. Vti verbo vno pluribúſue in ea ſententia, in qua is qui dicit, accipiendum eſſe demonſtrabit.4.ad Herennium.68. Cùm verbum poteſt in duas pluréſue ſententias accipi. 1. de In.69.Scripto legis amiſſo,ſcriptoris ſententia conſideranda eſt.pro Pla.42. Sed factum tuum à ſententia legis diſcrepat. Ibidem. Fugiſti ſententiam legis,æquitatem omnem reieciſti. Part. 108. Significatio ſcripti,id eſt,ſententia. de Fat.29. Licet enim immutare,vt fati nomen non adiungas,& eandem tamen ſententiam teneas.1.de Diu.6.Qui totam de diuinatione duobus libris explicauit ſententiam.2.151.Conferre cauſas,& quid in quanque ſententiam dici poſſit,expromere.Ibidem.Stoici acutiſſimè ſententias ſuas prudentiſſiméque defendunt.2.de Orato.146.Nihil aliud affirmare poſſum,niſi ſententiam atque opinionem meam.2.de N. 2.Habere ſtabilem & firmam ſententiam de aliqua re.2.de Fin. 77.Certa ſententia & ſtabilis.4.Fa. 4.In hac ſum ſententia, vt, &c. 2.de Orator.95. Demetrius omnium iſtorum mea ſententia politiſſimus.8.Att.22. Non reperio ſcribendi vllam ſententiam.1.16.Argumentum & ſententia epiſtolæ.1.de Orator.31. Sapientiſſimis ſententiis grauibúſque verbis ornata oratio & perpolita.1.de Orat.172. Quoniam ſententiæ atque opinionis meæ voluiſtis eſſe participes, nihil occultabo.1.Fam.4.Frangere ſententiam alicuius de aliqua re. 9. Attic. 22.Sed aliquando ſententiam terminemus.13.A.22. Eas literas dum recito,dúmque de ſingulis ſententiis breuiter diſputo,quæſo attendite. de Amic.67.Apertè vel odiſſe, magis ingenuum eſt, quàm fronte occultare ſententiam. 2. Qu. Fr. 4. Seſtius omnibus ſententiis abſolutus eſt.Ibid. 8. S.C. factum eſt de ambitu in Afranij ſententiam.1.Offic. 38.Pyrrhi quidem de captiuis reddendis præclara ſententia eſt. ibidem. Regalis ſanè & digna Æacidarum genere ſententia.3.Offi.116. Si honeſtatem tueri ſententia eſt. de Amic.1. Cuius diſputationis ſententias memoriæ mandaui. 1.de Leg.43. Sententiæ iudicum. 58. Cuius præcepti tanta vis, tanta ſententia eſt, vt non homini cuipiam, ſed Delphico deo tribuatur. 12. In ipſo nomine legis interpretando ineſt vis ac ſententia iuſti & iuris colendi.3. 33. Ego in iſta ſum ſententia, qua te fuiſſe ſemper ſcio, &c.Ibidem.38. Quæ lex hanc ſententiam continet,vt omnes leges tollat,quæ poſteà latæ ſunt.

† ADIVNCT. Abſurda,aliena,non acuta,aut ſubinſulſa,acutæ docendi,delectandi argutæ,graues commouendi, de Opt. Accommodata ad probandum,acuta,ſaluberrima Reip.alicui neceſſaria,1. ad Qui.Frat. Acerrimæ,10.Fam.Acerrimæ ac fortiſſimæ,3.Catil.Acutæ, & crebræ, concinnæ acutæque,conſciſſæ, interdum etiam non ſatis apertæ, crebræ,venuſtæque,nõ tam graues & ſeueræ,quàm concinnæ,& venuſtæ, reconditæ & exquiſitæ,Senatoria,venuſtę & continentes,magis venuſtæ,dulcéſque quàm aut neceſſariæ,aut interdum vtiles,de Clar.Acutiſſima,certa,differentes,repugnantes,Top.Aliena à dignitate, & grauitate alicuius, digna aliquo, grauior,periculoſa,recta, 11. Phil.Antiquiſſima,impiæ,1.de Diuin.Breues, commentitiæ,futiléſque,errans & vaga.)(.ſtabilis,certáque,ineptæ, plurimæ,variæ,& diſcrepantes,1. de Nat.Cæleſtes,breuéſque, incredibilis, innumerabiles,3.de Nat.Certa, atque ſtabilis, grauiſſima,vetus,1.de Fin.Certæ,deſtinatæque,eneruata,muliebris,& ſatis docilis,2.Tuſc.Communis,4.Famil.& 3.Offi.Concinnæ magis quàm probabiles,leues,obſcuræ,abſconditęque,optimę, perfectæ,abſolutæque, popularis,ſuaues & graues,Orat. Coniunctiſſima,dubia,6.Fam.Conſularis,13.Philip.Contraria hominum, 5. Verr. Contrariæ,digna genere aliquorum, præclara, regis & digna genere alicuius,1.Offic.Curta,perfecta,atque plena, deterior,2.de Leg.Digna rep.8. Philip.Diuerſa,pro Lig.Domeſtica.)(. forenſis, ſuperſtitioſa, 2. de Diu.Excellentes,forenſes,graues,integræ,veræ,nouæ, propriæ, ſapientes,ſapientiſſimæ, vulgaris, populariſque, 1.de Orat.Firma,noua, 8. Attic.Graues,vel aptæ opinionibus, Part. Grauiſſima, & ornatiſſima,pro Mil. Grauiſſimæ,priſtinæ,proxima.Senatoriæ,vetus,diuturnáque,1.Fam.Honeſtiſſima,6.Attic.Honorificentiſſima,7.Attic.Illuſtris, vera ac ſapiens,3.de Orat.Infeſtiſſimæ atque inimiciſſimæ alicui, pro Flac.Inimica,tolerabilis,de Fato.Leuiores,ſeuera,12.Attic.Libidinoſa,ornatiſſima,verior,grandior, & melior, pro Dom. ſua. Libidinoſæ, virilis,3.Tuſc.Maior,pro Seſt.Malæ,prauæ,14.Phil.Maxima,5.Tuſ.Melior,pro Mur.Miſera,ac deſperata,9. Attic.Molles, 1.Catil. Optima,1. Philip.Pergrata,9.Fam.Perpaucæ,3.Ver.Perpaucæ,tamen acerbæ,pro S.R.Perſpicua,tota,2.de Orat.Plures,1.de Iuuent.Priſtina,1.Atti.Propria,tum vera,tum honeſta & digna ſapiente,4. Acad. Proximæ, ſimplices.)(.iunctæ & duplices,5. de Fin. Salutares,2. Phil. Seueræ,ep.ad Brut.Teterrimæ, 2.ad Qui.Frat.Tanta præcepti, 1. de Legibus. Vera, veriſimiles,vberes,1.Tuſc.Vera,& certa,2. Verr. Verior & vtilior,Parad.Veriſſimæ, grauiſſimæque, 12.Phil.Vna eadémque dubia,5.Famil. Vtilis alicui,de Prou.Vtilis,veráque, pro Pomp.

☞ Syntaxis. *Sententiæ argutæ,graues,abſurda, aliena, ſubinſulſa,acutæ, concinnæ,reconditæ, exquiſitæ,ſelectæ, vberes. Sententiam tenere bonam. Manere in ſententia. Decedere de ſententia,deijcere, deducere. Ibatur in eam ſententiam, vt. Id facio de tua ſententia. Ex mea ſententia. Ex animi ſententia. Feliciter & ex animi ſententia. In eam ſententiam diſputatum eſt. Oratio cuius eſt hæc ſententia, quæ hanc habet ſententiam. Hoc poſitum eſt in ea ratione atque ſententia. Sententia & opinio mea. In hac ego ſum ſententia. Scribendi*

*non*

*non habeo ſententiam. Sententia & argumentum epiſtolæ. Sapientiſſima ſententia: id eſt, argumentum. Sententiam frangere, terminare. Id facere ſententia eſt. Fronte ſententiam occultare. Legis huius magna vis atq; ſententia. Hoc ſententiam iſtam continet, vt, &c.*

SENTENTIOLA. 3.A.21. Sententiolas edicti cuiuſdam memoriæ mandaui, quas videtur ille peracutas putare.

† ADIVNCT. Peracutæ, 3.Phil.

SENTENTIOSE, *grauiter, ſcitè.* Or.236. Sententioſè dicere. 2. de Or.286. Sæpe etiam ſententioſè ridicula dicuntur. 1. de Inu. 106. Oratio grauiter & ſententioſè habita. 4. ad Her. 66. Sententioſè loqui.

SENTENTIOSVS, *ſcitus.* de Cl.325. Sententioſum & argutum genus dicendi.

SENTIENS. 2. de Diu.35. Ad hoſtiam diligendam ducem eſſe vim quandam ſentientem atque diuinam.

† ADVERB. Bene, 7.Fam. Malè, in Piſo. Optimè, 3.Phil.

SENTINA, *fundum nauis, ſiue ima interior pars, nam vt carina eſt ima pars exterior, & quaſi venter, ſic ſentina interior aluus, & quaſi venter eſt: quæ quia mali odoris eſſe ſolet, quòd in eam ſordes omnes confluant, idcirco pro peſtiferis hominibus capitur: vt exempla ſubiecta declarant.* de Senect.17. Cùm alij per foros curſent, alij ſentinam exhauriant. 1.C.12. Sin exieris, exhaurietur ex vrbe comitum tuorum magna & pernicioſa ſentina reipubl. in Sal.16. Niſi fortè in ea te caſtra reieciſti, quò omnis ſentina reipubl. cõfluxerat. 2.C.7. O fortunatam rem ſi quidem hanc ſentinam huius vrbis eiecerit. 1.Att.16. Exhaurire ſentinam vrbis. 2. cont. Rull.69. Hoc enim verbo vſus eſt, quaſi de aliqua ſentina loqueretur, id eſt, verbo exhauriendi. 9.Fam.15. Vix eſt in ſentina locus.

† ADIVNCT. Magna, & pernicioſa, 1.Catil.

☞ Syntaxis. *Reip. ſentina exhauſta coniuratorum. Eijcere vrbis ſentinam, exhaurire.*

SENTIO, *ſenſum accipio, ſenſibus percipio, ſenſum alicuius rei capio, ſenſum ex mœrore patrio percipio, odore quodam ſuſpicionis aliquid ſentio, ſenſu guſto, ſenſum alicuius rei habeo, guſtum alicuius rei habeo, intelligo, attendo, audio, exaudio.*)(*. ſenſu doloris careo.* 2. A.115. Quidam morbo aliquo & ſenſus ſtupore ſuauitatem cibi non ſentiunt. 2. de N.141. Guſtatus, qui ſentire eorum quibus veſcimur, genera debet, in ore eſt.

¶ *Iudico, cenſeo, conſentio.* 7.Att.6. Dices, quid tu igitur ſenſurus es? non idem, quod dicturus. Ibid. Sentiam enim omnia faciunda, ne armis decernatur. de Am.103. Ego illum ne minima quidem re offendi, quod quidem ſenſerim. 14.Attic.3. Neſcio cur non animo quoque ſentiant. Br.15. Nam de cæteris rebus quid ſenſerim, quídque cenſuerim, audiſſe te arbitror. Ora.168. Meæ aures & curta ſentiunt, nec amant redundantia. 2. de N.56. Hæc ipſa qui non ſentit vim deorum habere, nihil omninò ſenſurus videtur. 1. de Fin.62. Sentire vera de diis immortalibus. pro Pl. 34. Hic quod cum cæteris animo ſentiebat, id magis quàm cæteri vultu promptum habuit, & lingua. pro Do.114. De quibus habeo ipſe quid ſentiam, non habeo autem quid tibi aſſentiar. Ibid.8. Nec cum iis ſentio qui, &c. pro S. R.142. Fateor inſanîſſe, qui cùm illis ſenſerim, tametſi inermis ſenſi. 1. de Inu.6. Sentire cum aliquo.)(*. diſſentire ab eo.* pro Qu. R.51. Hoc cùm ſentit Saturius eſſe apertum, repugnare contra veritatem non audet. pro Syl. 82. Omnes de communi ſalute apertiſſimè ſenſerunt. 3.C.5. Qui omnia de repub. præclara atque egregia ſentiunt. de Am.81. De amicitia omnes ad vnum idem ſentiunt. 4.C.14. In hac cauſa omnes ſentiunt vnum atque idem. 1.Tuſcul. 6. Fieri enim poteſt vt rectè quis ſentiat, & id quod ſentit, politè eloqui non poſſit. 3. de Orator.30. Minimè ſibi quiſque notus eſt, & difficillimè de ſe quiſque ſentit. * pro M.Scau. Vos quoque de familia nobili cũ autoritate orbis terrarum ſentire debetis.

¶ *Intelligo, agnoſco.* pro Seſt. 47. Animos hominum poſt mortem ſentire & vigere. Orat.193. Ariſtoteles ait, pæane vti omnes, ſed ipſos non ſentire. * Hortenſ. Cùm ſine magiſtro ſenſerit quid natura deſideret. Incer. Non ſolùm videam, ſed etiam audiam, plenéque ſentiam.

SENITOR, *percipior.* 15.Fa.16. Nulla videri miſeria debet, quæ non ſentiatur.

¶ *Senſu agnoſcor,* 1. de Diu.9. Quæ ſentiuntur, quæ ſenſibus percipiuntur, quæ ſenſu accipiuntur. 1. Offic.14. Quæ aſpectu ſentiuntur.

SENTITVR. 3. de Orat.166. Non vt dictum eſt, intelligitur, ſed vt ſenſum eſt.

† ADVERB. Acerbiſſimè, peræquè, I.P. Acutè, 1. de Diu. Amiciſſimè, 1. ad Brut. Apertiſſimè, conſtantiſſimè, fortiſſimè, liberè in Senatu, pro Syll. Bene, peſſimè de Repub. 14.Philip. Commodè de aliquo, 11.Famil. Conſtantiùs, 3.Tuſc. Demiſſè, humiliter, 5. Tuſc. Difficillimè, ſapienter, 3. de Orator. Fortiter, 8.Phil. Fortiùs, grauiùs, 4. de Finibus. Improbiſſimè, prudenter, ep. ad Brut. Leuiſſimè, 5.Famil. Liberè, de Repub. Malè, palàm, 10.Famil. Longè ſecùs, pro Corn. Maturè, 6, Ver. Mirabiliter de aliquo, ne ſemel quidem, 4.Famil. Optimè, 12.Famil. Paululùm admodùm, 1.Offic. Planè, 1. Catil. Planè cùm aliquo, in Vat. Pòſt aliquandò, Orat. Probè, 1. de Legibus. Prorſus aliud & aliud, 2. de Inuent. Prorſus ita, 2. Attic. Rectè, 1. Tuſc. Serò, 1. de Finibus. Verè, 6. Famil. Veriſſimè, pro Seſt.

SEORSVM, *ſeparatim.* 3. ad Her.7. Seorſum hoc ab illo tractandum eſt. 8.Famil.9. Seorſum à collega puto mihi omnia paranda. *Oecon.1. Seorſum arma ac tela ſeponebantur.

SEPARABILIS, *qui ſeparari poteſt.* 1.Tuſcul.21. Nec animam à corpore ſeparabilem eſſe.

SEPARATIM, *ſeorſum, ſigillatim, præter cæteros.* 2. de N. 165. Dij ſeparatim ab vniuerſis ſingulos diligunt. 2, Fa.16. Nihil accidit ei ſeparatim à reliquis ciuibus. 13. 10. pro Dõ. 134. Separatim ſemel iterum cum vniuerſis. 2. de Or.70. de Cl. orator.198. Etſi hoc nunquàm ſeparatim facere didiciſſet. 13.A.50. Hoc ſeiungi poteſt, ſeparatímque perſcribi. pro Clu. 31. Tamen de illo ſeparatim cognoſcite. 1. de Leg.36. Separatim, articulatim, diſtinctè. 13.Fa.12. Communiter.)(*. ſeparãtim.* 7.At.3. Ipſum Pompeiũ ſeparatim ad concordiam hortabor. 1. de Or.9. Qui non aliqua in re vna ſeparatim elaborarint, ſed omnia quæcunq;, &c. comprehenderint.

SEPARATIVS, *aduer. diſtinctiùs.* 2. de Inu. 156. Separatiùs aliquid adiungere.

SEPARATVS, *remotus, diſiunctus.* 4.Tuſcu. q.34. Virtus ipſa per ſe ſua ſponte, ſeparata etiam vtilitate, laudabilis. 3. ad Her.34. Nam vtraque altera ſeparata minùs erit firma. 14.Attic.18. Iſta verò quæ tu connecti vis, aliud quoddam ſeparatum volumen expectant. 1. de In.74. Separatum ab aliquo, & ſeparatum extra aliquod.

SEPARO, *ſeiungo, diſtinguo, ſecerno, ſeuoco, diſtraho, diuello, diſtermino, diſcludo.*)(*. coniungo.* 5.Famil.12. Qui omnes à perpetuis ſuis hiſtoriis ea quæ dixi bella ſeparauerunt.

SEPAROR. 1.Off.95. Quod cogitatione magis à virtute poteſt, quàm re ſeparari. 2. contra Rull. 86. Cùm illa duo maria pertenui diſcrimine ſeparentur. * pro C.Cornel.1. Quod paſſus eſſet à populari conſeſſu Senatoria ſubſellia ſeparari.

† ADVERB. Diligenter, in Top. Paululùm á, Part.

☞ Syntaxis. *Deus ſeparatim ab vniuerſis ſingulos diligit. Ab aliqua ſeparatum, & extra aliquid. Diſcrimine tenui ſeparata maria.*

SEPELIENDI. 2. de Or.353. Simonides dicitur, &c. demonſtrator, vniuſcuiuſque ſepeliendi fuiſſe.

SEPELIO, *humo, in ſepulchro condo, corpus terræ reddo, humo iniecta contego, ſepultura afficio, ad ſepulturam do, in ſepulchrum infero, tumulo mando, mortuum in aliquem locum infero.* 2. de Leg.58. Mortuum in vrbe ne ſepelito, néue vrito. 1.Tuſc.106. Surge & ſepeli natum. 4.Fa.12. Vt in quo vellemus gymnaſio, eum ſepeliremus, nobis permiſerunt. pro Flac.95. Qui vos in complexu coniugum veſtrarum trucidatos incendio patriæ ſepelire conatus eſt.

SEPELIOR. 2. de Leg.58. Non qui vritur, ſepelitur: ſed qui humatur.

SEPES, *ſeptum.* 1. de N.120. Loca ſylueſtribus ſepibus denſa.

SEPIA, *piſcis.* 2.127. Atramenti effuſione ſepiæ ſe tutantur.

SEPIMENTVM, *vallum.* 1. de Leg. 62. Atque hæc omnia quaſi ſepimento aliquo vallabit diſſerendi ſcientia.

SEPIO, *munio, vallo.* 2. de N. 142. Natura oculos membranis tenuiſſimis veſtiuit ac ſepſit. pro Seſt.91. Tum domicilia coniuncta, quas vrbes dicimus, mœnibus ſepſerunt. 2. de Or.147. Vbi eum locum omnem cogitatione ſepſeris. 1. 42. Inuenta veſtire atque ornare oratione, pòſt memoria ſepire. 3.At.23. Nulla lex eſt, quæ non ipſa ſe ſepiat. 1. de Orat.36. Genus hominum prudentium conſiliis impulſum, ſe oppidis mœnibúſque ſepſiſſe. 13. A. 20. Antonius Mutinam operibus munitionibúſque ſepſit. 15. Famil. 4. Oppidum ſex caſtellis caſtríſque maximis ſepſi.

† AVERB. Sedulò, 3. de Orat.

SEPIOR. 1.A.25. Forum ſepietur, omnes claudentur aditus. 2. de N.143. Oculi excelſis vndique partibus ſepiuntur.

† ADVERB. Vndique, 2, de Nat.

SEPIS. 6, V.7. Ante ipſum ſepim.

SEPLASIA, *forum Capuæ, vbi vnguentarij negotiabantur.* I.P.24. At fuit inceſtus ſaltem Seplaſia dignus & Capua. 2.con.Rul.93. In Albana & Seplaſia.

SEPONO, *ſegrego, reſeruo, ſeparo.* 11. Att.22. Scio venire nunc nil poſſe, ſed ſeponi & occultari poſſunt. Ora.143. Vt ij qui docerent, nullum ſibi ad eam rem tempus ipſi ſeponerent. 3. de Ora. 130. Vt alius aliam ſibi partem, in qua elaboret, ſeponeret. Ibid. 1.162. Si ea, vt dicis, ſepoſita eſſent. 22. Græci ſepoſuerunt à cæteris dictionibus eam partem dicendi. * Oecon. 1. Quod menſtruum eſſet ſepoſuimus.

*SEPONOR. Seorſum arma ac tela ſeponebantur, & in altera parte inſtrumenta.

SEPOSITVS, *ſeiunctus, remotus.* 2. de Diu.112. Quamobrem Sibyllam quidem ſepoſitam & conditam habeamus. 6.V.23. Quod celari oportebat, habebant ſepoſitum ac reconditum. Qu. de Pet.3. Eius facultatis adiumenta, quæ ſcio eſſe ſepoſita. vt parata &

ta & prompta ſint, cura.

☞ Syntaxis. *Seponere & occultare. Habere ſe poſitum ac reconditum.*

*SEPS. Incer.

SEPTEM. de Som.12. Qui numerus omnium ferè rerum modus eſt. de Am.7. Nam qui ſeptem appellantur, eos qui iſta ſubtiliùs quærunt, in numero ſapientum non habent. 2. de Fin.7. Bias qui ſapiẽs habitus eſt, vnus è ſeptem. 2. de L.26. Thales qui ſapientiſſimus inter ſeptem fuit.

SEPTEM AQVÆ, *locus.* 4. At.14.

SEPTEMBER. *Lege,* DIES, & MENSIS.

SEPTEMDECIM. 2. cont. Rull.16.

SEPTEMVIR, *vel,* SEPTEMVIRI. 15. Attic.25. Dic mihi, C. Antonius voluitne fieri Septemuir? fuit certè dignus. 6. A.14. Septemuirûm acta ſuſtulimus. 5. P.21.33. Septẽuiros Septemuiris.

SEPTEMVIRALIS. 14. At.18. & 15.12. Lentonis Ceſennij ſeptemuiralis autoritas.

SEPTEMVIRATVS. 2. A.99.

SEPTENARIVS, *verſus genus, à ſeptem pedibus, vt ſenarius à ſex.* 1. Tuſc.106. Cùm tam bonos ſeptenarios fundat ad tibiam.

SEPTENDECIM. 7. V.123. Nos in ſeptendecim Siciliæ populis non eramus.

SEPTENTRIO, *ſtellæ ſeptem.* 9. Att.11. De ſeptentrione planè ita eſt. 14. 4. Ex ea die fuère ſeptentriones venti: naues quibus vſus non eſt, incendiſſe dicitur: *id eſt, Eteſiæ.* 2. de Nat.50. Sol curſum ſuum inflectit tum ad ſeptentriones, tum ad meridiem. 4. Acad.66. Sed ad Helicen & clariſſimos ſeptentriones. 2. de Nat.105.

*Stellæ, Quas noſtri ſeptem ſoliti vocitare triones.*

Ibid.111. Minorem ſeptentrionem Cepheus ſubſequitur.

†ADIVNCT. Clariſſimi, 4. Acad. Minor, 1. de Nat.

☞ Syntaxis. *Venti ſeptentriones. Ad ſeptentriones vergens.*

SEPTENVS. *Lege,* BINVS. 4. V.122. Pueri annorum ſenûm ſeptenúmque denûm. *id eſt,* XVI. & XVII. *annorum.* de Som.3. Cùm ætas tua ſeptenos octies ſolis anfractus conuerterit.

SEPTIES millies ſeſtertiûm. 4. A. & 5. P.11.

SEPTIMVM Conſul, *id eſt, ſepties Conſul.* 3. de N.81. Cur enim Marius tam feliciter ſeptimùm conſul domi ſuę ſenex eſt mortuus?

SEPTIMVS. 3. Tuſc.63. Aeſchines in Demoſthenem inuehitur, quòd is ſeptimo die poſt filiæ mortem hoſtias immolaſſet.

SEPTIMVSDECIMVS. pro Cl.74.

SEPTINGENTI. Ora.120. Septingentorum annorum memoria. pro Qu.78. Septingenta millia paſſuum.

SEPTINGENTESIMVS. 6. Att. Poſt Leuctricam pugnam die ſeptingenteſimo ſexageſimo quinto.

SEPTVAGESIMVS. 1. de D.46.

SEPTVAGINTA. 5. V.121.

SEPTVM, *munitio, ſepimentum.* 4. Attic.15. In campo Martio ſepta marmorea ſumus facturi, eáque cingemus excelſa porticu. pro Seſt.79. Hunc adoriuntur alij gladiis, alij fragmentis ſeptorum & fuſtibus. pro Mil.34. Cùm ille vi in ſepta irruiſſet. 5. A.9. Niſi ſeptis reuulſis introiri in forum non poteſt. ibid.13. P.5. Quibus enim ſeptis tam immanes belluas continebimus?

†ADIVNC. Marmorea, 12. Attic.

SEPTVS, *ſtipatus, munitus.* 7. V.38. Tutus, clauſus, ſeptus, munitus contra aliquem. de Aruſp.15. Domus tot Senatuſconſultis munita atque ſepta. pro Seſt.95. Qui ſtipatus ſemper ſicariis, ſeptus armatis, munitus municipibus fuit. 4. C.22. Quòd ſi, &c. firmiſſimo me muro ſeptum arbitrabor. de Ar.25. Populus Rom. ſeptus & incluſus. Ibid. Ara, quam ſeptam videmus. 7. V.67. Locus ſeptus vndique. 2. de Ora.5. Regio quæ nullis terminis ſepta teneatur. ad Oct. Gladiatores, quibus ille ſeptus omnia miſceret. 2. Off.39. Nullis præſidiis ſepti multis afficientur iniuriis. 12. A.25. Cum ſeptus ſis legibus & iudiciorum metu non ſunt omnia timenda. 9. Attic.14. Populi Romani exercitus Cn. Pompeium circumſidet, foſſa & vallo ſeptum tenet. 1. de Diu.17.

*Ætheris æterni ſepta atque incluſa cauernis.*

pro Mil.2. Quanquàm præſidiis ſalutaribus & neceſſariis ſepti ſumus. 16. Famil.23. Philoſophiæ præſidiis ſeptus ſum. 5. A.9. Omnes aditus ſepti ſunt. 5. Tuſ.64. Septum vndique & veſtitum vepribus & dumetis indagaui ſepulcrum.

†ADVERB. Præclarè, 2. de Nat. Religioſè, 2. de Diu. Vndique, 7. Ver.

SEPVLCRVM, *tumulus, buſtum, monumentum.* 9. A.14. Maiores noſtri ſtatuas multis decreuerunt, ſepulcra paucis, ſed ſtatuę intereunt vetuſtate, ſepulcrorum autem ſanctitas in ipſo ſolo eſt. ibid. Sepulcra fiunt ſanctiora vetuſtate. Ibid.17. Vtique locum ſepulchro, conſul pedes triginta quinque verſus deſignet, quo Seruius Sulpitius inferatur, quod ſepulcrum ipſius, liberorum poſterorúmque eius ſit. pro Arc.22. Ennius in ſepulcro Scipionum putatur eſſe conſtitutus è marmore. pro S. R.24. Cui de tanto patrimonio ne iter quidẽ ad ſepulcrũ patrium relictum eſt. 1. Tuſc.27. Cæremoniæ ſepulcrorum. Ibidem 31. Quid ſepulcrorum monumenta, quid elogia ſignificant? 1. Tuſc.107. Sepulcrum portus corporis. *ex Ennio.* 2. de Leg.57. Sepulcrum quo tempore incipiat, & religione teneatur. Sepulcrum eorum, qui conditi ſunt, antè non eſt, quàm iuſta facta, & corpus incenſum eſt. Ibid.61. Sepulchri veſtibulum buſtúmue quod lex vſucapi vetat, tuetur ius ſepulcrorum. Ibid.68. Sepulcrum altiùs vetat extrui Plato, quod quinque diebus abſoluerint: nec lapide excitari plus, nec imponi, quàm quòd capiat laudem mortui inciſam quatuor heroicis verſibus, quos longos appellat Ennius. 16. Attic.7. Longè à ſepulcro hanc ætatem abeſſe negant oportere. 2. de Leg.62. In ſepulcro C. Figuli, quos ad ſumptus progreſſa res iſta ſit, vides. Ibid.56. In ſepulcro, quod procul ad fontis aras, eodem ritu regem noſtrũ Numam conditum accepimus. Ibid.67. Sepulcro vetat Plato vllam partem ſumi ex agro culto, eóque qui coli poſſit, ſed quæ natura agri tantummodò efficere poſſit, vt mortuorum corpora ſine detrimento viuorum accipiat, ea potiſſimùm vt compleatur. Quæ autem terra fruges ferre, & vt mater, cibos ſuppeditare poſſit, eam ne quis nobis minuat, néue viuus, néue mortuus. ibid.58. Sed cùm multa in eo loco ſepulcra fuiſſent, vbi dedicata eſt ædes Honoris extra portam Collinam, exarata ſunt: ſtatuit enim collegium, locum publicũ non potuiſſe priuata religione obligari. ibid.65. Ob ſepulcrorum, quas in Ceramico videmus amplitudines, lege ſancitum eſt, ne quis ſepulcrum faceret operoſius, quàm quod decem homines effecerint triduo: neque id opere tectorio exornari, nec Hermas, quos vocant, licebat imponi. ibid.62. Sepulcrorum magnificentiam eſſe minuendam. ibid. Sepulcrorum tanta eſt religio, vt extra ſacra & gentem inferri fas negent eſſe: idque apud maiores noſtros Torquatus in gente Popilia iudicauit. 1. Offic.55. Sepulcra habere communia. de Senect.21. Nec ſepulcra legens vereor (quod aiunt) ne perdam memoriam: his enim ipſis legendis redeo in memoriam mortuorum. *id eſt, inſcriptiones ſepulcrorum; quas hodiè paſſim Epitaphia vocant.* 2. de Leg.61. De ſepulcris duæ leges: quarum altera priuatis ædificiis, altera ipſis ſepulchris cauet. ibid.68. De ſepulchris habemus autoritatem Platonis, à quo funerum ſumptus præfinitur ex cenſibus, à minis quinque vſque ad minam. ibid.64. De ſepulchris nihil eſt apud Solonem ampliùs, quàm ne quis ea deleat, néue alienum inferat: pœnaque eſt, ſi quis buſtum aut monumentum, aut columnam violârit, deiecerit, fregerit. ibid.66. Sepulcris nouis modum finiuit Demetrius: nam ſuper terræ tumulum noluit quid ſtatui, niſi columnellam tribus cubitis non altiorem, aut menſam, & labellum: & huius procurationi certum magiſtratum præfecerat. 5. Tuſc.64. Cuius *Archimedis* ego quæſtor ignoratum ab Syracuſanis, cùm eſſe omninò negarent, ſeptum vndique & veſtitum vepribus & dumetis indagaui ſepulcrum. ibidem. In ſummo ſepulcro ſphæram eſſe poſitam cum cylindro. ibidem. Magna frequentia ſepulcrorum.

†ADIVNC. Alienum, altum, operoſius, 2. de Legib. Communia, 1. Offic. Deſertiſſimum, pro Seſt. Nobile, 3. Tuſc. Noua, de Vniuer. Ornatum floribus, pro Fla. Patria, pro S.R. Sancta, 9. Phil. Sanctiora vetuſtate, 9. At. Summum, 5. Tuſc.

☞ Syntaxis. *Sepulcrorum monumenta, cæremoniæ. Sepulcrum vepribus veſtitum, & dumetis. Sepulcri veſtibulum, buſtum, magnificentia, religio.*

SEPVLTVRA, *humatio, buſtum.* 7. V.133. Dico mercedem funeris ac ſepulturæ conſtitui nefas fuiſſe. 1. A.5. Cùm ijdem buſtum in foro facerent, qui illam inſepultam ſepulturam effecerant. 1. de Diu.56. Ab eo quem ſepulturæ affecerat. 4. Famil.12. Ab Athenienſib. locum ſepulturę intra vrbem vt darent impetrare non potui. 2. de Leg.56. Antiquiſſimum ſepulturæ genus, quo apud Xenophontem Cyrus vtitur: redditur enim terræ corpus, & ita locatum ac ſitum, quaſi operimento matris obducitur. 2. A.17. Ad ſepulturam corpus vitrici ſui negat à me datum. 14. P.34. Iíque nec inhumati ſunt, nec diſperſis buſtis humili ſepultura cremati. de Senect.75. Cuius interitum ne crudeliſſimus quidem hoſtis honore ſepulturæ carere paſſus eſt.

†ADIVNCT. Humilis, 14. Phil. Inſepulta, 1. Phil. Optima, 1. Tuſc. Publicæ, 2. de Leg.

SEPVLTVS, *humatus, ſitus, conditus, conſtitutus, quem humus iniecta contegit.* 4. C.11. Cerno animo ſepultam patriam, miſeros atque inſepultos aceruos ciuium. pro Arc.22. Ennius in ſepulcro Scipionum putatur eſſe conſtitutus ex marmore. 3. de Leg.57.

¶ *Abditus.* I. P.10. Hæc ſunt, ô carnifex, in gremio ſepulta conſulatus tui.

¶ *Extinctus.* pro Pomp.30. Bellum aduentu Pompeij ſublatum atque ſepultum eſt.

☞ Syntaxis. *Sepultura afficere aliquem. Ad ſepulturam dare corpus. Humili ſepultura cremare. Honore ſepulturæ carere. In gremio ſui conſulatus multa ſepelire. Bellum iam ſublatum & ſepultum.*

SEPYRA, *oppidum in Amano monte.* 15. Fam.4.

✠ SEQVANI, *populi.* ‖ 1. At.16. Sequani malè pugnarunt.

SEQVESTER, *apud quem pecunia corrumpendi iudicij aut tribuum deponebatur, vt ſuffragia obtinerentur. Iuriſconſulti ſequeſtrem eſſe dicunt, apud quem plures rem de qua controuerſia eſt, deponunt:*

*ſed Cicero in hac ſignificatione non vſurpauit, quod ſciam.* pro Cl. 72. Res parum certa videbatur, ſequeſter & confirmator pecuniæ deſideratur. Ibid. 25. Quo ſequeſtre in illo iudice corrumpendo eſt vſus. 2. V. 36. Qui aut ſequeſtres aut interpretes corrumpendi iudicij ſolent eſſe. 4. 108. Sequeſter iſtius interpres, confector negotiorum. pro Plan. 48. Doce id quod debes, per quem ſequeſtrem, quo diuiſore corrupta ſit. pro Cæl. 16. Sodales ac ſequeſtres alicuius. pro Planc. 38. Cuius tu tribus venditorem, & corruptorem, & ſequeſtrem Plancium fuiſſe clamitas. pro Clu. 86. Sed quid opus eſt ad eam rem iudice ſequeſtre? * con. C. Anton. Dico cuiuſdam domum Catilinam & Antonium cum ſequeſtribus ſuis conueniſſe.

Syntaxis. *Sequeſter & interpres. Sequeſter interpres. Sequeſter ac diuiſor. Iudex ſequeſter. Comes ſequeſter.*

SEQVOR, *comitor, excipio, conſequor, inſequor, comes ſum. exequor, proſequor.* Orator. 52. Oratio ita flexibilis, vt ſequatur quocunque torqueas. 4. C. 9. Cæſar hanc Reipub. viam, quæ popularis habetur, ſecutus eſt. de Ar. 38. Pœna quæ ſequeretur illud ſcelus. 1. de Inu. 12. Nam cum eadem omnia incommoda ſequentur. 2. de Di. 17. Qui hæc prædicunt, quam rationem ſequantur, vides. Ibidem. 18. Qui hæreditatem venturam dicunt, quid ſequuntur. 2. de Orat. 204. Trademus etiam, quæ nos ſequi in dicendo, quæque maximè ſpectare ſolemus. 8. At. 15. Neque ego quid tu ſis ſecutus, non perſpicio, idcirco minùs exiſtimo, te nihil niſi ſumma ratione feciſſe. 4. Fam. 3. Qui autoritatem & conſilium tuum non ſunt ſecuti, ſua ſtultitia occiderunt. Par. 5. Sequi & colere leges. 1. Offi. 6. Sequimur igitur in hac quæſtione potiſſimùm Stoicos. 1. Fam. 9. Idem ille Plato, quem ego autorem vehementer ſequor. pro Cecin. 59. Perge porrò hoc idem interdictum ſequi, homines, &c. Orato. 164. Qua tempeſtate Paris Helenam, & quæ ſequuntur. 2. de Leg. 3. Ego verò cùm liceret plures dies abeſſe, & amœnitatem & ſalubritatem hanc ſequor. 2. Offic. 60. Panætius, quem in his libris ſecutus ſum, non interpretatus. 1. 35. Nollem Corinthum exciſam, ſed credo illos ſecutos opportunitatem loci. * pro Flac. 104. Quotus enim quiſque eſt, qui hanc in Repub. ſectam ſequatur. Incer. In Conſolatione filiæ Crantorem ſequor.

SEQVITVR, *relinquitur, fit, conficitur, colligitur: quæ apta ſunt ad concludendum verba.* Parad. 1. Sequitur igitur, vt etiam vitia ſint paria. 2. de N. 75. Quo conſtituto ſequitur, &c. 5. Tuſc. 21. Aſſentior alterum alteri conſequens eſſe, vt quemadmodum ſi quod honeſtum ſit, id ſolùm ſit bonum, ſequatur vitam beatam virtute effici, &c. 2. de Fin. 24. Non enim ſequitur, vt cui cor ſapiat, ei non ſapiat palatus. 2. de Diu. 106. Significant ergo, ne id quidem ſequitur. de Fat. 9. Vt enim & ingenioſi, & tardi ita naſcantur antecedentibus cauſis, &c. non ſequitur tamen, vt etiam ſedere eos, & ambulare principalibus cauſis definitum ſit. Ibi. 22. Sequitur enim, vt ſi alia ab alia nunquàm depellatur, ne contingat quidem alia aliam. Ibid. 28. Nec ſi omne enunciatum verum aut falſum eſt, ſequitur illicò eſſe cauſas immutabiles & æternas. Ibid. 28. Si hoc verum non eſt, ſequitur, vt falſum ſit. de Fat. 41. Qui ſi non ſint, &c. non ſequitur, vt ne appetitus quidem, &c. at hoc ſequeretur, ſi, &c.

† ADVERB. Acerrimè voluptatem, Part. Bellè, 6. Attic. Confeſtim aliquem, 11. Fam. Eleganter, 2. de Inu. Maximè honeſtum, 1. Offi. Neceſſariò, 4. Fam. Studioſè, 15. Fam. Temerè, 1. de Inuent. Vehementer authorem aliquem, 1. Fam. Vehementer conſpectum, 2. cont. Rull. Vitioſè, 3. de Finib.

Syntaxis. *Flexibile ſequitur quocunque torqueas. Sequi iudicium, legem, amœnitates, præceptorem. Sequitur igitur hoc, vt.*

SERAPIS, *dea.* 2. de Diu. 123.

SERENANS, 1. 18. Luce ſerenanti. *Poëta.*

SERENITAS, *ſerenum tempus, ſerena tempeſtas, cœlum ſerenum,*) (. *perturbatio cœli.* 2. de Diu. 94. Hæc igitur cùm ſint, tum ſerenitas, tum perturbatio cœli eſt, ne, &c.

SERENVS, *ſerenans.* 2. de Diu. 82.

*Cùm tonuit læuum bene tempeſtate ſerena.* ex Ennio.

4. ad Her. 62. Falſi amici ſereno vitæ tempore præſtò ſunt. 16. Fam. 9. Auſtro leniſſimo, cœlo ſereno. 3. Tuſc. 31. Tranquilla & ſerena fronte.

SERIES, *contextus, vel continuatio quædam rerum.* 1. de Diu. 125. Fatum eſt ordo ſerieſque cauſarum. de Fat. 20. Qui introducunt cauſarum ſeriem ſempiternam. 1. de N. 9. Mirabilis quædam continuatio ſerieſque rerum. Ibi. Eſt enim admirabilis quædam continuatio ſerieſque rerum, vt alia ex alia, & omnes inter ſe aptæ colligatæque videantur. 4. Acad. 21. Cætera ſeries deinde ſequitur maiora nectens, vt hæc: Si homo eſt, animal eſt, &c. 2. de Ora. 68. Sine vlla ſerie diſputationum. 1. de Leg. 52. Videtiſne, quanta ſeries rerum ſententiarúmque ſit, atque vt ex alio alia nectantur? Part. 137. Tanta ſeries artis eſt, & ſic inter ſe ſunt pleraque connexa & apta, vt, &c.

† ADIVNCT. Admirabilis, 1. de Nat. Coemptionales, 7. Fam. Nectens maiora, 4. Aca. Sempiterna cauſarum, 1. de Leg. Tanta artis, Part.

SERIPHOS, *inſula.* 1. de Nat. 89.

SERIPHIVS. de Sen. 8.

SERIVS, *grauis, verus.*) (. *iocoſus.* 1. Off. 134. Si de ſeriis rebus loquatur, ſeueritatem adhibeat: ſi de iocoſis, leporem. 1. Off. 103. Cùm grauibus ſeriíſque rebus ſatisfecerimus. *Lege*, LOCOSVS. 3. ad Her. 25. Sermo ſerius, & iocus liberalis. 2. de Fin. 85. Qui cùm ioca, ſeria, vt dicitur, qui cùm arcana, qui cùm occulta omnia.

SERMO, *locutio, mentio, oratio.* 1. Offic. 111. Sermone eo debemus vti, qui notus eſt nobis: ne, vt quidam, Græca verba inculcantes, iure optimo rideamur. 2. ad Her. 23. Sermo diuiditur in partes quatuor: dignitatem, demonſtrationem, narrationem, iocationem. 2. de Orator. 296. Cùm mihi ſermo cum hoc ipſo Craſſo multis audientibus eſſet de te inſtitutus. Ibid. 361. Habetis ſermonem bene longum. de Ar. 34. De Alexandrinis video eſſe ſermonem. in Vat. 3. Nullus mihi omninò cum illo ſermo, nulla vnquàm de re fuit. de Som. 17. Quid autem intereſt ab iis qui poſteà naſcentur, ſermonem fore de te: cùm ab iis nullus fuerit, qui antè nati ſunt? pro Flac. 14. Sermo eſt tota Aſia diſſipatus, Pompeium, &c. 1. de Orator. 98. Craſſus princeps eius ſermonis ordiendi fuit. 7. Att. 22. Multus eſt ſermo, te iudicium iam de cauſa publica feciſſe. 1. Fam. 9. Hac me mente fuiſſe, tu in noſtris ſermonibus collocutionibúſque ipſe ſæpe vidiſti. 12. 16. Cùm mihi in ſermone inieciſſet, ſe velle Aſiam viſere. 9. 8. Feci ſermonem habitum in Cumano inter nos. 7. At. 2. Sermo quem habuit de triumpho. de Senect. 30. Cyrus in ſermone, quem moriens habuit, &c. 2. de Orat. 7. Habere ſermonem inter ſe de aliquibus. de Senect. 3. Omnem autem ſermonem tribuimus Catoni ſeni. de Amic. 3. Vt tanquàm à præſentibus coràm haberi ſermo videretur. Ibid. Is expoſuit nobis ſermonem de amicitia, habitum ab illo ſecum, & cum altero genero Scæuola. Ibid. Incidere in ſermonem alicuius. Ibidem. Incidere in mentionem alicuius. 2. de Inu. 140. In ſermone quotidiano. 1. de Or. 96. Inſperanti mihi cecidit, vt in iſtum ſermonem delaberer. 13. At. 23. Da te in ſermonem. 1. Qu. Fr. 1. 32. Primus annus habuit de hac reprehenſione plurimùm ſermonis. 1. Off. 132. Sermo in circulis, diſputationibus, congreſſionibus familiarium verſatur. Ibid. 136. Curandum eſt, vt eos quibuſcum ſermonem conferimus, & vereri & diligere videamur. 2. 39. Habere quibuſcum familiares poſſis conferre ſermones. 7. V. 101. Habere malos ſermones de aliquo. 2. de Inu. 14. Conferre ſermonem cum aliquo. 7. At. 3. Sed hæc coràm: nam iſta multi ſermonis ſunt. 10. P. 14. Res in ore atque in ſermone omnium. 1. At. 13. In ſermonibus, *id eſt, in communi ſermone.* 1. Fa. 1. Nam cùm in ſermone quotidiano, tum, &c. 8. 10. Sed nuncij varios ſermones excitarunt. 1. 9. Perferre ſermonem alicuius ad aliquem. 3. 10. Maleuolis ſermonibus de aliquo credere. 1. de Orato. 111. Fortuitò in aliquem ſermonem incidere. 9. Fa. 16. Incidunt in ſermone vario multa. Ibid. 3. Dabimus ſermonem iis, qui, &c. 6. V. 13. In ſermonem hominum, atque in magnam vituperationem venirem. 1. de Fin. 1. Tractare aliquid Græco ſermone. 1. de Na. 94. Scito ſermone & Attico loqui. Ibid. 95. ſermo & oratio. 7. At. 3. Elegantia ſermonis Terentiani. * Frag. ep. Sermo nullus niſi de te Lim.

*Tu quoq; qui ſolus lecto ſermone Terenti,*
*Conuerſum expreſſumq; Latina voce Menandrum*
*In medio populi ſedatis vocibus effers.* 5. Tuſc. 116. Ergo ij in illorum, & illi in horum ſermone ſurdi.

† ADIVNCT. Accuratus, antemeridianus, intentior, vrbani, 2. de Or. Amatorius, 3. Tuſc. Ambiguus, extremus, purus, & dilucidus, vetus, 3. de Orato. Antiquior, dulcior melle, & à forenſi ſtrepitu remotiſſimus, elegans, elegantiſſimus, facilis & quotidianus, longior, multiplices, varijque, notus, purus, vberrimi, vſitatus, de Clar. Aſſidui domeſticorum, pro Q. R. Com. Aſſidui, quotidianique, pro Seſt. Bonus, 13. At. Clarus, ſempiternus, 3. ad Q. Fra. Minùs commodi, 2. Fam. Communis, 4. Ver. Conſtans, 15. Fam. Crebri, pro Mil. Creberrimus, 14. Philip. Decorus, quietus & remiſſus ſenis, de Sen. Demiſſus atque humilis, doctiſſimi, non ſolùm quotidianus, ſed etiam hiſtoricus, remiſſus & humilis, vulgaris, Ora. Dignus conuiuio & delicatus, lenis minimèque pertinax, 1. Off. Dubius, iniqui, nec obſcurus, 1. Fa. Facetus & nulla in re rudis, grauiſſimus, priſtinus, quotidiani, ſuperior, tenuis & exquiſitus, 1. de Or. Familiaris, 15. Fa. & 2. Off. Ficti, vrbanus ac venuſtus, pro Do. Forenſis, pro Arch. Gratiſſimus, 14. Phil. Graues, & frequentes, ep. ad Br. Honorificus erga aliquem, multus, 1. Att. Humaniſſimus, multus atque humanus, præſens, 2. ad Qu. Frat. Illuſtres, leuiſſimi, maleuoli, ſtultus & puerilis, 3. Fam. Improbus, 10. Fam. Improbiſſimi, taciti mentis, in Piſo. Inanis, nouiſſimus, ſuauiſſimus, 11. Fam. Incautus, improbus, inquinatus, 5. Ver. Inquinatiſſimus, quotidianus, 3. Ver. Intimus, 2. Tuſ. Inuidioſus, mediocris, pro Flac. Iucundus, 3. de Nat. Iucundus, & familiaris, & quotidianus, & frugi, pro Clu. Liberior, 2. Att. Longus, 1. de Leg. Ludicri, 4. Acad. Mali, 1. Ver. Multi, 5. Tuſ. Multi, & varij, 2. cont. Rull. Optimus, de pet. Conſ. Patrius, 1. de Finib. Perennis, Som. Scip. Plebeius, tectus verbis, impudentior re, totus, varius, 9. Fam. Præclari, 5. Attic. Recens hominum, pro Mur. Reliquus, & penè poſtremus, 2. de Or. Scitus, & Atticus, 1. de Nat.

Syntaxis. *Sermonem habere, facere, inſtituere, eſſe, diſſipari (tota Aſia) ordiri. Sermo eſt, eſſe te. In ſermonem delabi. Conferre ſermonem cum. Iſta ſunt multi ſermonis. Hoc in ore eſt, ac ſermone omnium. Excitare ſermones. Maleuoli ſermones. In ſermonem incidere, in ſermone. Venire in ſermonem & vituperationem.*

SERMO

UNED

**Sermocinatio**, *figura*.4.ad Her.56. Sermocinatio eſt,cùm alicui perſonæ ſermo attribuitur, & is exponitur cum ratione dignitatis.

**Sermocinor**,*ſermonem habeo,loquor*.2.de In.54.In conſuetudine ſcribendi aut ſermocinandi eo verbo vti ſolent homines. 3.V.138.Ait ſe cum iſto diligenter ſermocinaturum.

† **Adverb**. Diligenter cum,3.Ver.

**Sermunculus**. *Lege*,Sedo.pro Deiot.33. Nónne intelligis Cæſar ex vrbanis maleuolorum ſermunculis eſſe collecta.‖13. At.10.Sermunculum omnem reſtinguere.

† **Adiunct**. Vrbanus,maleuolorum,pro Deiot.

**Sero**,*tardè*.7.V.163. Producam Coſſanos, qui te nunc ſerò doceant,iudices non ſerò.7.At.5.Serò reſiſtimus ei,quem aluimus contra nos. de Cl.39. Eloquentia ſerò prodiit in lucem.2.Fa.7. Longè abſum,audio ſerò.4.1.Serò enim veneram.7.22.Domum ſerò veneram. pro Quin. 43. De controuerſiis vult diiudicari ſerò:verùm,&c.1.Q.Fr.2. Hoc de genere nihil te nunc quidem moneo:ſerò eſt enim.de Amic.11. Factus eſt Cos. II.primùm ante tempus,iterum ſibi ſuo tempore, reipublicæ penè ſerò.7. At.20.Eo die alter conſul venit ſerò.2. ad Heren.40.Serò acto negotio veniſti.7.Fa.16.Serò ſapiunt.*ſcilicet Phryges,prouerbium eſt,à Phrygum tarditate natum.*‖10.At.13.

**Serius**, *tardiùs*.3.de Or.42.Ad myſteria biduo ſeriùs veneram. 1.C.5.Hoc ſeriùs à me factum eſt,&c.

☞ Syntaxis. *Nunc ſerò eſt.Biduo ſeriùs veniſti.*

**Serendi**. 2.de Nat.130.Ager mollitus & oblimatus ad ſerendum.14.At.22.Tertullæ nollem abortum:tam enim ſunt Caſſij iam quàm Bruti ſerendi. 1.de Leg.24. Materia ſerendi generis humani.

**Serens**. de Fat.25.Niſi ex æternitate cauſæ cauſam ſerens hoc erit effectura.

**Sero**,*ſementem facio,ſemen ſpargo,ſemino*.5.V.112.Vt tantum decumæ ſit, qantum ſeueris. de Vn.39. Alios in reliquas mundi partes ſpargens quaſi ſerebat. Anteq. 1. Serere beneficium, vt metere poſſis fructum.1.Tuſc.31.Serere arbores,quæ alteri ſeculo proſint.2.de Orat.274.Da mihi ex iſta arbore,quos ſeram ſurculos.de Cl.16. Seremus igitur aliquid tanquàm in occulto & derelicto ſolo.de Sen.24.Serere,percipere,& concedere fructus.ibid.Serere arbores.* Hortenſ.Segetes agricolæ ſubigunt aratris multò antè quàm ſerant.Oecon.3.Neque ſerit vitem.

**Seror**. 5.V.112.In iugere agri Leontini medimnum ferè tritici ſeritur perpetua atque æquabili ſatione.

**Serpens**. 2.de N.124. Quædam ſerpentes ortæ extra aquam, ſimulatque niti poſſunt aquam perſequuntur.de Ar.55.Iam iſta ſerpens,quæ tum hîc deliteſcit,tum ſe emergit,illiſa morietur. 5.Tuſ.38.Serpentes quaſdam,quaſdam eſſe gradientes,*i.beſtias*. 1.de D.49.Bellua vaſta,circumplicata ſerpentibus.in Vat.4.Repente te tanquàm ſerpens è latibulis,oculis eminentibus,inflato collo, tumidis ceruicibus intuliſti.

¶ *Subrepens*. in Ara.

*Quæ volat,& geminis ſerpens ſecat aëra pennis.*

de Sen.52. Vitis ſerpens multiplici lapſu & erratico.4.C.6.Latiùs opinione diſſeminatum eſt hoc malum, manauit per totam Italiam,obſcurè ſerpens multas prouincias occupauit.

† **Adiunct**. Squamiferæ,Arat.

**Serperaster**, *à ſerpente,vt oleaſter,ſurdaſter:& id genus alia*. 7.Att.5.De ſerperaſtris cohortis meæ nihil eſt quod doleas:ipſi enim ſe collegerunt admiratione vitæ integritatis meæ. Serperaſtris *dixit, pro hominibus viliſſimis & pernicioſiſſimis, quaſi ſerpentum proles ſint. Sunt quibus placet* Cerberaſtris, *quaſi famelicis hominibus, & ad pecuniam tãquàm Cerberus ad offam latrantibus. Alioqui ſuperaſtra curriculi,id eſt, parui currus ſunt puerorum,teſte Varrone.*

**Serpo**, *irrepo,progredior*.2.de Nat.122.Alia animalia gradiendo, alia ſerpendo ad paſtum accedunt. 4.ad Her.63. Iſte tanquam iubatus draco ſerpit.2.de Orat.203.Ecce autem ſerpere occultè cœpiſti, nihil dum ſuſpicantibus aliis.1.Ver.68.Si hæc conſuetudo ſerpere ac prodire cœpit.pro Muræ.45.Serpit hic rumor. 1.Att.10. Sed vereor,ne hoc quod infectum eſt,ſerpat longiùs. 14.16.Suſtuliſſe mihi videtur ſimul ſationem deſiderij,quæ ſerpebat in dies.de Amic.41.Serpit enim deinde res,quæ procliuis ad perniciem,cùm ſemel cœpit,labitur.Ibid.88.Serpit enim neſcio quomodo per omnium vitas amicitia.1.A.5.Cùm ſerperet in vrbe infinitum malum, ídque manaret indies latiùs.pro R. P.15. Serpet hoc malum mihi credite longiùs, quàm putatis. Anteq.14.Ne calamitas remorata longiùs ſerpat atque progrediatur,præcauete.3.de Ora.92.& 4.V.53.Serpit malum conſuetudine,peccandi.5.de Fi.42.Serpere anguiculos.

† **Adverb**. Longè, 2. de N. Longiùs & progredi, Ante.Longiùs malum,pro Rab.Poſth.Obſcurè,4.Ca. Occultè,2.de Or.Paulatim & prodire,1.Ver.Senſim,5.de Fin.

☞ Syntaxis.*Serpens ac progrediens conſuetudo.Pars infecta ne ſerpat longiùs.Per omnium vitas amicitia ſerpit. Serpit malum, & latiùs manat.*

**Serra**, *inſtrumentum dentatum,quo ligna & tabulæ vel tenuiſſimæ ſecantur*. 5.Tuſc.116. Ne ſtridorem quidem ſerræ audiunt,tum cùm acuitur.

* **Serracum**, *vehiculi genus*.in L.Piſon.Cùm tibi tota cognatio in ſerraco aduehatur. *Alij*,ſarraco,*legunt*.

**Serrula**. pro Cl.180.Serrula adunca ex omni parte dentium, & tortuoſa.

† **Adiunct**. Adunca & tortuoſa, pro Clu.

**Sertorius**, de Cl.orat.180.

**Sertorianus**.Phil.11.Sertorianum bellum eſt.‖7.V.Sertoriana tempora.ibid.145.Sertoriani milites.

**Sertum**, *corona*. 3.Tuſc.43.Incendes odores?& ſertis redimiri iubebis & roſa?2.C.10.Sertis redimiti,vnguentis obliti.

**Servandus**. 1.Offic.34.Officia etiam aduersùs inimicos ſeruanda.

**Servator**, *conſeruator.*)(*.perditor*. pro Do.101. Cicero ſeruator vrbis.pro Planc.102.Seruator mei capitis.*Lege*,Soter.

**Servatus**. pro Clu.96. Iudicium in quo non modus habitus, non conſuetudo ſeruata.pro Arch.21. Vrbem ex omni impetu hoſtium ac totius belli ore ac faucibus ereptam eſſe atque ſeruatam.pro Flac.69.Iudæorum gens victa,locata & ſeruata.1.At. 9.Eúmque per manus ſeruulæ ſeruatum & eductum.

† **Adverb**. Diligenter,ſanctè,5.Fam.

**Serviens**. ad Br.16. A ſeruientibus abero.9.A.20. Vita nulla eſt ſeruienti.ad Br.16.Preces ſeruientis aduersùs regem.

**Servilis**,*famularis*.Antequàm.27.Reſpublica metu eſt debilitata ſeruili.pro Syll.55.Munus ſeruile.I.P.1.Color ſeruilis.Ibid. 92.Veſtis ſeruilis.2.de Ora.327. Seruilis percunctatio.*id eſt,quæ à liberto fit.*

**Serviliter**,*abiectè,timidè*.5.Tuſc.55.Ne quid ſeruiliter muliebritérue faciamus.

**Servilius**, *lacus Romæ fuit*.pro S.R.89.

**Servio**, *deſeruio, ſeruitutem ſeruio, ſeruitutem patior,praſtò ſum, conſulo,operam alicui do,lenocinor*.1.de Ora.182.Si quis apud nos ſeruiſſet ex populo fœderato,ſeſéque liberaſſet. 6.A.19. Populum Romanum ſeruire fas non eſt.7.Att.15. Cato ipſe iam ſeruire quàm pugnare mauult.pro R.P.22. Alteri parére & ſeruire.Top.29.Quorum nemo ſeruitutem ſeruiuit.de Ami.84.Cupiditatibus quibus cęteri ſeruiũt imperare.2.C.8.Qui aliorum amori flagitioſiſſimè ſeruiebat.de Pro.2.Sed ego in hac ſententia dicendi non parebo dolori meo,nec iracundiæ ſeruiam.pro Cæl.79.Vt in alterius dolore vel pietati,vel indulgentiæ veſtræ ſeruiatis.pro Seſt.14. Sed agam moderatè, & huic tempori potiùs ſeruiam, quàm dolori meo. 1.Tuſc.35. Optimus quiſque maximè poſteritati ſeruit.pro Planc.11.Honores ſi magni non putas, noui ſeruire populo.pro Mar.30. Serui etiam iis iudicibus,qui,&c.1.Qu.Fr.1.19. Alicuius commodis vtilitatíque ſeruire. ibidem.22. Conſulere populorum commodis, & eorum vtilitati ſalutíque ſeruire. pro S. R.43. Rei familiari maximè ſeruire, &c.2.de Inu.132. Seruire rebus ſuis & commodis. pro Plan.92.Reipublicæ ſeruiui ſemper,nunquàm mihi.de Cl.242. Multorum obedire tempori, multorúmque honori & periculo ſeruire. pro Seſt. 23. Seruire dignitati. Poſtquàm ad Quir. 21. Virtuti & gloriæ ſeruire.5.Tuſc.9.Seruire pecuniæ. 2.de Orat. 327. Seruiendum eſt breuitati vel vetuſtati. Orat.176. Seruire numeris.Ibid.182.Cõpoſitio,quæ tota ſeruit grauitati vocum. Ibid.230.Attici maximè numero ſeruientes.ad Brut.9. Ac mihi tum Brute officio ſolùm erat & naturę,tibi nunc populo & ſcenæ,vt dicitur,ſeruiendum eſt.16.Fam.18.Sed indulge valetudini tuæ,cui quidem adhuc tu,dum mihi deſeruis,ſeruiſti non ſatis.1.V.48.Alienus tibi ſeruiet,tibi lenocinabitur.13. At.47. Ac magis mihi iſti ſeruiunt, ſi obſeruare ſeruire eſt. 1.C.23.Spero meos omnes ſeruire laudi meæ.2.de Or.316.Aliquem venuſtati vel maximè ſeruire. Ibid.171.Seruiamus vectigalibus.8.Att. 4.Seruire tempori cùm neceſſe ſit.16.Fam.4.Seruire corpori.1. Q.Fr.1.36,Te rogo,vt valetudini tuæ diligẽtiſſimè ſeruias.8.A. 29.Magnum eſt,perſonam in Reipubl.tueri principis, quæ non animis ſolùm debet,ſed oculis ſeruire ciuium.3.Offi.106. Cùm tractaretur Atreus,perſonæ ſeruiendum fuit.5.Fam.16. Et conſtantiæ ſeruiendum.5.de Fin.27. Huius ætati & huic nunc hoc primùm fortaſſe audienti ſeruire debemus.

¶ *Seruire cùm ad ruſtiça prædia vel vrbana refertur, aliqua re grauari & obligari*.3.con.Rul.9. Prædia omnia quæ ſeruiebant,non ſeruient.1.de Orat.178.& 3.Off.67.Ædes Sergio ſeruiebant,ſed hoc in mancipio Marius non dixerat.

† **Adverb**. Diligentiſſimè valetudini, 1. ad Qu. Fr.Diutiùs,10.Phil. Flagitioſſimè amori, 2.Cat. Gratis reipub.pro Clu. Magnoperè, 1.de Orat.Maximè rei familiari,pro S.R.Maximè venuſtati, 2.de Or.Planè exiſtimationi,5.Att.

**Servitium**, *ſeruitus*.de Aruſp.25.7.V.9.& 4.C.4.Omne ſeruitium in alteram ſcenam immiſſum.*id eſt*,omnes ſerui.pro Flac. 97.Seruitia ſileant.pro Cæl.78.Incitare ad cædem ſeruitia.3.de Leg.25.Seruitia incitata.ad Br.16.Neque deſiſtam abſtrahere à ſeruitio ciuitatem noſtram.*id eſt*,à ſeruis,vel à ſeruitute.

SERVITVS, *ſeruitium, famulatus.*)(. *libertas.* Antequam. 1. Omnibus graue ſeruitutis iugum eſſe debet in libertate educatis. Ibid. Qui à veſtro corpore iugum acerbiſſimum repulit ſeruitutis. Parad. 5. Seruitus eſt ſicut obedientia fracti animi, &c. Ibi. Duriſſima ſeruitus. Ibid. Omnis animi debilitata, & humilis, & fracta timiditas, ſeruitus eſt. pro Deiot. 30. In dominatu ſeruitus ſit, in ſeruitute dominatus. 8. A. 31. Diutiùs ſeruitutem perpeſſi ſumus, quàm captiui frugi & diligentes ſolent. ad Octa. Populus Romanus pro turpi ſtupro datus in ſeruitutem. I. P. 84. Qui ſocios noſtros in ſeruitutem adduxerunt. de Pro. 10. Tradere aliquem in ſeruitutem alicui. Ibid. Iudæi & Syri nationes natæ ſeruituti. pro Dom. 131. Ciuitas ſeruitute oppreſſa. pro Mur. 61. Seruire ſeruitutem. ad Br. 14. Repellere ſeruitutem à ſuis ciuibus. pro Cl. 21. Eſſe apud aliquem in ſeruitute, vel in ergaſtulo. 3. Qu. Fr. 1. Aquæ iure conſtituto, & ſeruitute illi fundo impoſito. ad Br. 16. Niſi fortè non de ſeruitute, ſed de conditione ſeruiendi recuſandum eſt à nobis. 1. Off. 81. Mors ſeruituti turpitudiníque anteponenda eſt. 2. A. 113. Seruitutis eſt poſtremum malorum omnium. 6. P. 19. Aliæ nationes ſeruitutem pati poſſunt, populi Romani eſt propria libertas.

† ADIVNC. Diuina, 2. Fam. Diuturna, ſumma, 12. Fam. Domeſtica, 5. Tuſc. Dubia, duriſsima, miſera, & dura, Parad. Fœda, miſera, 3. Phil. Fœdiſsima, crudeliſsimaque, 14. Phil. Honorifica, ep. ad Brut. Iniuſta, 3. de Repub. Iuſta, pro Cec. Miſerrima, 7. Verr. Neceſſaria, voluntaria, 1. Phil. Propria, 4. Attic.

☞ Syntaxis. *Seruire dignitati, Reipub. tempori. A ſeruitio patriam abſtrahere. In ſeruitutem dare aliquem, abducere, tradere. Seruitutem ſeruire. Eſſe apud aliquem in ſeruitute, atque in ergaſtulo. Fundo ſeruitus impoſita.*

SERVO, *conſeruo, aſſeruo, adſeruo, obſeruo, tueor, cuſtodio, teneo, non diſcedo.* 9. Fa. 22. Ego ſeruo & ſeruabo Platonis verecundiam. 9. At. 12. Volumen epiſtolarum tuarum ſub ſigno habeo ſeruóque diligentiſſimè. pro Clu. 33. At id quod conceperat, ſeruaret, vt ſaluum parere poſſet. de Amic. 25. Seruare amicitiam ſumma fide. 1. Offic. 97. Seruare decorum. pro Planc. 15. Sed ſeruare neceſſe eſt gradum. pro Planc. 13. Ad ea tempora reuocaui, ad quæ tu te ipſe ſeruaris. 5. At. 17. Paucis diebus habebam certos homines, quibus darem literas: itaque eò me ſeruaui. 1. de D. 103. Seruo & obſeruo idem. 1. Offic. 51. Tenere, ſeruare, & obſeruare, idem. 7. A. 22. Seruare pacem cum aliquo. 1. Off. 64. Seruare æquitatem. 2. Fa. 17. Seruare leges. 10. 17. Si omnia mihi integra & ipſe & fortuna ſeruauerit. 1. Tuſ. 72. Seruare ſe integrum & caſtum. pro Clu. 89. Seruare conſuetudinem. 2. de Or. 221. Parcebat enim aduerſarij dignitati, in quo ipſe ſeruabat ſuam. 5. V. 131. Quo ex iudicio te vlla ſalus ſeruare poſſet. pro Seſt. 49. Seruaui Remp. diſceſſu meo. Ibid. Vnus Rempub. bis ſeruaui, ſemel gloria, iterum ærumna mea.* in Clod. Vita ante acta ſeruauit te.

† ADVERB. Conſtantiſsimè, 1. Tuſc. Diligenter, 1. de Diu. Diligenter clauſulas, 3. de Orat. Diligentiùs, 4. Ver. Diligentiſsimè, 9. Attic. Diu memoriam, de Sen. Diutiùs, 7. Ver. Magnoperè rationem, 2. Fam.

SERVOR. pro Rab. 11. Ius libertatis defendendo ſeruari oportere. 16. At. 17. Decreta Coſſ. quæ de Cæſaris actis interpoſita ſunt, non ſeruantur. 3. C. 25. Ciues integros incolumeſque ſeruari.

† ADVERB. Optimè rationem, 1. Offic.

¶ Seruare de cœlo, *augurale verbum eſt, & auſpicia de cœlo obſeruantis, ſignificat enim augurem aliquid obſeruaſſe vidiſſéque in cœlo, hoc eſt, in aëre, quo ſeruato cum populo non licet agere: vt ſi fulſerit, ſi tenuerit, ſi tactum aliquid erit de cœlo, quæ Cicero de Diu. docet.* pro Dom. 40. Te interrogante, Augures reſponderunt, cùm de cœlo ſeruatum ſit, cum populo agi non poſſe. Ibid. ſæpe. 2. A. 81. in Vat. 16. 2. Att. 16. & 4. 3. de Prou. 46. pro Seſt. 129.

SERVS, *tardus.* 2. Fa 7. Sera gratulatio reprehendi non ſolet. 5. A. 1. Vt magis exoptatæ Cal. quàm ſeræ eſſe videantur. 2. de Diu. 64. Tarda & ſera nimis. *Poëta.*

SERVVLVS. pro Qu. 27. Seruulum vnum, quem iſte prehenderat, abducit. pro Cec. 58. Si vnus ſeruulus deiecerit. * Oec. 1. Quibus quotidiè ſeruuli vtuntur.

† ADIVNC. Fidelis, vtilis, 3. Famil. Pernicioſus, & minimè mendax, pro Cluent.

SERVVLA, *famula.* 1. At. 9. Eúmque per manus ſeruulæ ſeruatum & eductum.

SERVVS, *ſeruitium, famulus, puer, mancipium, ſeruiens, qui non eſt ſui iuris, qui libertatem perdidit, arbitrio ſuo carens.*)(. *liber.* pro Cor. 24. Serui, quorum vis & fortunæ conditio infima eſt. Ibid. Seruos de Repub. bene meritos perſæpe libertate, id eſt, ciuitate publicè donari vidimus. 5. V. 8. Hunc ſerui ancillæque amant. 8. At. 5. Pollucem ſeruum à pedibus meum Romam miſi. 6. V. 112. Neque tam ſerui illi dominorum, quàm tu libidinum. 3. 58. Seruus cupiditatum. 1. Fam. 9. Seditionum ſeruus & miniſter. Ibid. COSS. ſeditionum ſerui ac miniſtri. pro Cluent. 146. Legum idcirco omnes ſerui ſumus, vt liberi eſſe poſſimus. 12. At. 27. Serui, mancipia, pueri. 3. contra Rull. 9. Prædia libera meliore conditione ſunt, quàm ſerua. 1. Qu. Fr. 1. 14. Seruus egregiè fidelis. pro S. R. 145. Ego ſeruum habeo nullum. 1. Off. 113. Vlyſſes contumelias ſeruorum ancillarúmque pertulit. Parad. 5. Non enim ita dicunt eos eſſe ſeruos, ſicut mancipia, quæ ſunt dominorum facta nexu, aut, &c.

† ADIVNCT. Agreſtes & barbari, pro Milon. Alieni, conſcij, ignoti, mercenarij, pro Cec. Anagnoſtes, 5. Fam. Armati, 1. Fam. Artifices, 3. Ver. Aſſecla, beneuolus, conſcius, fideliſsimus, non incallidus, frugi atque integer, iners, loquax & domino fidelis, pro Cluen. Atrienſis, diligens, non dignus, iniquiſsimus, lautiores, Parad. Audaces, ſceleratique, ebrioſi, ſimiles, 1. Phil. Beneuoli, fideles, ſordidati, ſymphoniaci, I. P. Boni, 1. Atti. Bonus, frugi, furax, 2. de Orat. Communis, pro P. Quint. & Q. R. Egregius, regius, 1. de Ora. Facinoroſi, & egentes, pro Dom. Fidelis, pro Deiot. Mendoſus ſocietatis, 4. Ver. Nequiſsimus, paterni, pro S. R. Pauculi, 4. Fam. Publici, 8. Philip.

☞ Syntaxis. *Prædia ſerua.*

SESAMENVS, *à Seſamo oppido.* 5. Att. 21.

SESELIS. 2. de Na. 127. Ceruæ paulò ante partum perpurgant ſe quadam herbula, quæ ſeſelis dicitur. *alter*, ſeſeli.

SESQVI, *ſeſquiplex.* Orato. 188. Pes qui adhibetur ad numeros, partitur in tria, vt neceſſe ſit, partem pedis aut æqualem eſſe alteri parti, aut altero tanto, aut ſeſqui eſſe maiorem. Ita fit æqualis dactylus, duplex iambus, ſeſqui pæan.

SESQVIALTER, *ſeſquiplex.* de Vniu. 21. Deinde detraxit tertiam, quæ ſecundæ ſeſquialtera. Ibid. Seſquialteris interuallis, & ſeſquitertiis & ſeſquioctauis ſumptis, ex his, &c.

SESQVIMODIVS, *modius cum dimidio.* 5. V. 215.

† ADIVNC. Grati, 5. Verr.

SESQVIOCTAVVS. de Vn. 21. *Lege*, SESQVITERTIVS.

SESQVIPLEX, *ſeſquialter.* Orato. 193. Modus aut ſeſquiplex, aut duplex, aut par.

SESQVITERTIVS. de Vn. 21. Ex his colligationibus in primis interuallis ſeſquioctauo interuallo ſeſquitertia omnia explebat. *De hiſce proportionibus vide Perionij de optimo genere interpretandi vtiliſſimos pariter & eruditiſſimos commentarios.*

SESSIO, *ſitus, genus vnum.* 1. de N. 9. Ingreſſus, curſus, accubatio, inclinatio, ſeſſio. 5. de Fin. 35. Quamobrem etiam ſeſſiones quædam contra naturam ſunt. 1. Offi. 129. Status, inceſſus, ſeſſio, accubatio.

SESSIO, *pro ſede, aut quouis loco, vbi quis ſedere poteſt.* 2. de Ora. 20. Porticus, paleſtra, & tot locis ſeſſiones. 3. de Fin. 2. Cuius etiam illa ſeſſio fuit, quam videmus.

† ADIVNC. Pomeridianæ, 3. de Nat.

SESSIO, *pro conceſſu. Lege*, POMERIDIANVS.

SESSITO, *inſideo.* de Clar. 59. Quam deam in Periclis labris ſeſſitauiſſe ferunt.

SESSVS, *ſeſſio, vel ordo ſedentium.* 10. Fa. 32. Herennium Gallum in quartum decimum ſeſſum deduxit. *Pollionis.*

SESTERTIVM, & SESTERTIVS, *cuius hæc eſt nota*, H-S. 4. V. 50. Numerantur illa H-S. ducenta quinquaginta Syracuſis. 11. At. 15. Minutius XII. ſola curauit, id eſt, H-S. 1. Fa. 9. Ea pars eſt ad XXX. ſeſtertia. Ibid. 61. Nicenſes ei grandem pecuniam debent ad ſeſtertium octogies. 12. A. 12. Antonius ſeſtertiûm ſepties, millies pecuniæ publicæ auertit. I. P. 86. Seſtertium centies & octogies ex ærario tibi attribuit, Romæ in quæſtu reliquiſti. pro Flac. 30. Nos hîc in mare ſuperum & in inferum ſeſtertium ter & quadrageſies rogabamus. 5. Fa. 20. H-S. centum millia. Ibid. H-S. centum. *bis.* Ibid. Omnem pecuniam apud publicanos depoſui, id fuit H-S. XXII. Ibid. Si mihi expenſa iſta H-S. centum tuliſſes. 3. Offic. 62. Dixit ſe pluris æſtimare, addidit centum millia. 3. V. 146. Seſtertiûm millies. 1. V. 30. Pro frumento in modios ſingulos duodenos ſeſtertios exegit. pro Clu. 179. Ipſe armarij fundum execuit, & ſeſtertiorum & auri quinque pondo abſtulit. pro R. P. 43. Bona alicuius nummo ſeſtertio cuipiam addici. Orator. 156. Seſtertiûm nummûm, non nummorum. 3. Off. 93. Cum teſtamento ſeſtertiûm millies relinquatur. Parad. 6. Capit ille ex ſuis prædiis ſexcenta ſeſtertia, ego centena ex meis.

SESTERTIVS, *dictus eſt, quaſi ſeſquitertius: valet enim duobus aſſibus æris & ſemiſſe. Idem autem erat quod nummus, etiaſi vtrunque nonnunquàm coniungatur. Seſtertium autem genere neutro, mille ſeſtertios ſignificat, hoc eſt argenti aſſes duos (quas libras alij vocant) & ſemiſſem. Additur etiam ſæpenumerò verbum Mille, aut aduerbium alicuius numeri, hac formula: Mille ſeſtertium, vel millies ſeſtertiûm, & tunc ſeſtertiûm pluralis genitiuus eſt, pro ſeſtertiorum. Vbi verò aduerbium adiunctum ſeſtertio eſt, intelligendum eſt centum: vt decies ſeſtertia, id eſt, decies centena. Colligamus igitur iſta, vt faciliùs cognoſci & retineri poſſint.*

MILLE { *ſeſtertiûm* / *ſeſtertiûm nummûm* / *nummûm* / *ſeſtertij* } *idem ſunt: id eſt XXV. aurei nummi, ſiue coronati.*

SETA. 2.de Ora.220.Natura equo & leoni ſetas,caudam & aures ad motus animorum declarandos dedit.5.Tuſc.62. Gladium è lacunari ſeta equina appenſum demitti iuſſit.

†ADIVNC. Equina,5.Tuſc.

SETINVS, ager.1.contra Rull.65.

SEV, *ſiue*.pro Qu.80.O fortunatum hominem, qui huiuſcemodi nuncios,ſeu potiùs pegaſos habet. Ibid.31.& pro Cecin.69.Seu rectè ſeu perperàm facere cœperunt.

SEVERE, *auſterè.Stoicè*.pro Qu.R.44.Seueriſſimè exacta ætas.1.Offi.134.& pro Muræn.42.Seuerè dicere.3.V.71. Lites ſeuerè æſtimare.

SEVERITAS, *grauitas, triſtitia,duritas.*)(*communis immanitas.* 12.Fa.27. Vt ſumma ſeueritas ſumma cum humanitate iungatur.pro Muræn.66. Si illius comitatem & facilitatem tuæ grauitati ſeueritatíque aſperſeris.2.de Ora.236.Riſus triſtitiam ac ſeueritatem mitigat & relaxat. Ibid.72. Iudex tum ad ſeueritatem,tum ad remiſſionem animi eſt contorquendus.pro Syl.92. Sic vos ſeueritatem iudiciorum, quæ per hoſce menſes in homines audaciſſimos facta eſt miſericordia mitigare. 1.Qu.Fr.1.17. Seueritatem acerbam multis humanitatis condimentis mitigare.de Aruſp.27.Priſca illa ſeueritas ſacrificij.I.P.9. Seueritas cenſoria,magiſtra pudoris & modeſtiæ.de Cla.322. Laxare iudicum animos,atque à ſeueritate pauliſper ad hilaritatem riſúmque traducere.Or.53.Duritas & ſeueritas,& quaſi mœſtitia oratoris. Ibid.174. Oratores cum ſeueritate audiri, poëtas autem cum voluptate. 1.Qu. Fr.1.16. Summa in iure dicendo ſeueritas. 4.C.13. Seueritas animaduerſionis.4.Acad.139. Ipſa ſeueritas & grauis & recta ratio mihi obſeruatur.1.de Fini.24. Adhibere ſeueritatem in aliquo.de Cl.97. Homo ipſa triſtitia & ſeueritate popularis. 1.Att.13. Xenocrates & Metellus Numidicus,ſeueritate clari.ibid.Seueritas conſulatus mei.ibidem. Senatum ad priſtinam ſeueritatem reuocaui.de Cl.148.Craſſus in ſumma comitate habebat etiam ſeueritatis ſatis.1.Off.88.Et tamen ita probanda eſt manſuetudo atq; clemẽtia, vt adhibeatur Reip.cauſa ſeueritas.de Senect.65.Seueritatem in ſenectute probo,& eam,ſicut alia,modicam:acerbitatem nullo modo.

†ADIVNCT. Acerba, 1. cont. Rull. Aequabilis, ſumma in dicendo iure, 1.ad Qu.Frat. Cenſoria, vetus,pro Cluent. Cenſoria, vetus magiſtra pudoris,& modeſtiæ,I.P.Gratiſſima cuique,ſumma,animaduerſionis non inuidioſa, & popularis, ſed infimo cuique gratiſſima,9.Fa. Incredibilis, multa, priſtina, 1.Attic. Iucunda, 2.de Leg.Patria, pro Cæl. Modica, de Sen. Periculoſa, pro Flac. Priſca ſacrificij,de Aruſp. Salutaris, ep. ad Brut. Singularis, 1.Offic. Summa, velut iudiciorum, 5. Verr.

☞ Syntaxis. *Triſtitia & ſeueritas. Acerbam ſeueritatem humanitatis condimentis mitigare. Duritas,mœſtitia,ſeueritas.Orator cum ſeueritate auditur.*)(*.cum voluptate poëta.Suam comitatem alicuius aſpergere ſeueritati.*

SEVERVS, *grauis, triſtis,auſterus,acerbus, vehemens,aſper,durus,ac penè agreſtis.*)(*.diſſolutus,indulgens.* 3.Off.112. Qui nuper indulgens in patrem,idem acerbus & ſeuerus in filium.pro Cl.56.Iudex ſeuerus in facinoroſos.4.Tuſc.42. Imperia ſeueriora nulla eſſe putant ſine aliqua acerbitate iracundiæ.de Cl.117.Tubero vita ſeuerus,& congruens cum Stoica diſciplina.2.de Ora.289. Seuerus & triſtis vultus.Ibid.228.Omnium grauiſſimum & ſeueriſſimũ eſſe. 6.V.133. Poſteà iudicia ſeuera Romæ fieri deſierunt.de Cl.325.Sentẽtiæ non tam graues & ſeueræ,quàm concinnæ & venuſtæ.pro Pom.38.Non poteſt eſſe ſeuerus in iudicando,qui alios in ſe ſeueros eſſe iudices non vult.

†ADVERB. Valdè, pro Mar. Cœl.

☞ Syntaxis. *Acerbus ac ſeuerus.Vita ſeuerus. Seuerus ac triſtis vultus.Grauis ac ſeuerus.*

SEVOCO, *ſeparo, abduco,aufero.* 3.de Nat.21.Difficile eſt mentem ab oculis ſeuocare.1.Tuſc.72. Qui ſe à corporibus ſeuocaſſent. Ibid.75.Seuocare animum ab omni negotio.1.de D.63. Cùm eſt ſomno ſeuocatus animus à ſocietate corporis.Orato.66.Ab his hæc eloquentia ſeuocanda eſt.pro Qui.13.Næuius de communi quicquid poterat, ad ſe in priuatam domum ſeuocabat.

†ADVERB. Haud mediocriter in domum de communi,pro P. Quint.

SEXAGENA millia.7.V.52.Verùm etiam quò plus darent quàm poterant,hæc ſexagena millia modiûm addidiſti.

SEXAGESIMVS. 5.Att.13. Sexageſimo & quinto poſt pugnam Bouillam. *Lege*, SEPTINGENTESIMVS.

SEXAGIES. 2.A.45. Sexagies ſeſtertiûm.pro S.R.6. Bona quæ ſunt ſexagies. *Lege*, CENTIES.

SEX & quinquaginta.pro S.R.19.Sex & quinquaginta millia paſſuum.

SEXAGINTA. 2.de Leg.61.13.At.Sexaginta duobus.

SEXENNIVM. 5.A.7.1.de D.100.6.At.1.

SEXCENTENI. 7.V.61. Sexcentenos nummos conſtituere.*aliter*,Sexcenos.I.V.Verres certo precio ſexcẽtenos nummos nautarum miſſione conſtituit.

SEXCENTI. 4.V.119. Cn. Sextium mille modiûm, ſexcentos prętereà alios,&c.6.At.4.Belli periculum,militum improbitas, ſexcenta prætereà alia. 2.de D.34.Sexcenta licet eiuſmodi proferre.2.At.19.Et ſexcẽta sũt.ibid.17.Ad annos ſexcẽtos.7.2. Venio ad epiſtolas tuas, quas ego ſexcentas vno tempore accepi. Par.6.Capit ille ex ſuis prędiis ſexcẽta H-S.ego cẽtena ex meis.

SEXCENTIES. 4.At.15.Contempſimus ſexcenties H-S.*Frag. ep. In ſingulas regulas impoſitis ſexcentis ſexcenties confici poſſe.

SEXCENI. 7.V.61.Sexcenos nummos conſtituere.

SEXDECIM. pro Clu.87.Sexdecim iudices.

SEXPRIMI. *vt Quinqueprimi,& Decemprimi.*3.de Natur.74. Id quoque L. Alenius fecit, cùm chirographum ſexprimorum imitatus eſt.

SEXTANS, *ſextula,id eſt,duæ unciæ.*13 Fa.29.

SEXTARIVS, *menſuræ nomen, continet q; minas duas, ſeu cyathos duodecim.*2.Off.56. Si emere aquæ ſextarium mina cogerentur.

SEXTILIS, *Auguſtus menſis. Lege*, QVINTILIS.Fam.26.Si in Sextilem comitia.

SEXTIVS. pro Quint.25.Tabula Sextia.

SEXTVLA, *ſextans*.pro Cec.18.*Lege*, As.item, ASPERGO.

SEXTVM conſul, *vt Septimùm conſul.*3.V.

SEXVS. 1.de Inu.35. Hominum genus in ſexu conſideratur,virile,an muliebre ſit.* Oecon. Quoniam hunc ſexum cuſtodiæ & diligẽtiæ aſſignauerat *natura*:idcirco timidiorẽ reddidit quàm virilem.ibid.Calceamenta vtrique ſexui conuenientia.

SI, *cùm,vt,etiam ſi*.pro Cec.51.Neque verò quicquàm opus ſit verbis,cum ea res cuius cauſa verba quæſita ſunt,intelligatur.‖&c. ſi ad verba rem deflectere velimus.ibid.52. Sermo herculè familiaris non cohærebit,ſi verba inter nos aucupabimur.1.Fam.7.Si volo is eſſe, quem tu me eſſe voluiſti.3.V.150.Hac conditione,ſi quis,&c.1.de Or.76.Sed is,ſi quis eſſet,aut ſi etiam vnquàm fuiſſet: aut verò ſi eſſe poſſit, tu eſſes vnus profectò,qui, &c.8.At.6. Moriar, ſi magis gauderem,ſi id mihi accidiſſet.pro Syl.80.Conceditis,vt nobis libertatem retinere liceat:ſi minùs dignitatem.ibid. Graue, ſi appetimus aliquid,ſi cùm cæteri de nobis ſilent, nos ipſi non taceamus.pro Clu.6. Deinde ſi quam opinionem mẽtibus veſtris comprehendiſtis, ſi eam ratio conuellet,ne repugnetis.Ibid.15. Non timuiſſe ſe minùs vim deorum, ac noctem illam, &c. Ibid.18. Atque ea ſi obliuione non poſſet, tamen taciturnitate ſua tecta eſſe pateretur. pro Quint.78. Et mehercule ſi nihil diceret,tacito ipſo officio me moueret. 2.de Orat.32. Ergo id qui toto in genere fecerit, is ſi non planè artem, at quaſi artem quandam effecerit. 3.14. Alicui ſi nequaquàm parem illius ingenio, at pro noſtro tamen ſtudio meritam gratiam referre. Orato.103.Alicuius rei ſi non perfectio,at conatus tamen, &c.2.de Ora.68. Si minùs vt,&c.at certè,&c.3.V.152. Hic venit in iudicium,ſi nihil aliud, ſaltem vt, &c.7.Attic.13. Si nihil aliud, hoc tamen profecit,&c.1.5.Id te ſcire volui,ſi quid fortè ea res ad te pertineret. 1.Qu.Fr.2. Nihil reprehendo niſi iracundiam tuam, & ſi fortè raro, literarum miſſarum indiligentiam.13.Attic.19. Nitor orationis noſter, ſi modò eſt aliquis in nobis. 16.14. Is malè intellexit, ſi quiſquam malè intelligit. 2.de Orat.283. Vide, inquit, Scaure, mortuus rapitur,ſi potes eſſe poſſeſſor.2.contra Rull.48.Et mihi quæſo ignoſcite, ſi appello talem virum ſæpiùs. 2.de D.72. Dicito, ſi paſcuntur aues.ibidem. Dicito,ſi ſilentium eſſe videbitur Antequàm.5. Non queunt,ſi maximè cupiant.pro Quint.35.Si maximè velim.1.de Finib.2.Qui ſi hoc maximè placeat, tamen volunt, &c. 1.de Nat.57. Roges me quid ſentiam,nihil reſpondeam.*id eſt*, ſi roges. 7.Famil.23. Etenim ſi quid generis iſtiuſmodi me delectat, pictura delectat. 1.Attic.13.Si vnquàm tibi viſus ſum fortis, certè me tunc admiratus eſſes.4.2. Si vnquàm fuimus, &c. aut ſi vnquàm,&c.tum profectò.1.11. Si vnquàm mihi epicheremata ſuppeditarunt, illo tempore. 6.Fam.13. Si quis eſt,&c.is ego ſum. 15. 4. Si quiſquam fuit vnquàm, &c. ego profectò is ſum. pro Seſt.1. Si quis anteà mirabatur, quid eſſet, quod,&c.ex hoc tempore miretur potiùs,&c.de Cl.7.Si fuit tempus vllum cùm,&c.tum profectò fuit.pro Milo.9. Si tempus eſt vllum iure hominis occidendi, quæ multa ſunt: certè illud eſt non modò iuſtum, ſed etiam neceſſarium, cùm vis illata defenditur.9.A.2. Quòd ſi cuipiam iuſtus honos habitus eſt in morte legato, in nullo iuſtior quàm in Ser.Sulpitio reperietur. 13. Famil. 50. Si vllam in amicitia mea ſpem habes, ſi, &c. ſi, &c. hoc mihi da atque largire, vt, &c. 12.2. Si abeſtis, &c. ſin, &c. pro Syll. 64. & pro Seſt. Si, *pro*, quia, *vel*, quoniam. de Amic. 90. Si aliquid, &c. ibidem. Si aliquem.2. Offic.27. Noſtri imperatores ex vna hac re maximam laudem capere ſtudebant, ſi prouincias,ſi ſocios æquitate & fide defendiſſent.

¶ *Si,cùm in argumentatione verſatur.*1.de In.65.& deinceps.2.de Or.165.Top.12.& deinceps,vt,Si peperit,virgo nõ eſt:Si oportet ſapere,dare operam Philoſophię cõuenit.*Lege*,CONNEXVM.

SIBILO. 2.Attic.19. Populares iſti iam etiam modeſtos homines ſibilare docuerunt.4.ad Her.43. Vagire,mugire,murmurare,ſibilare.

SIBILVS. pro Q.R.30.Erotes comœdus è ſcena non modò ſibi-

lis,ſed etiam conuitio explodebatur.8.Fa.2.Hic tibi clamor tonitruum, & rudentum ſibilus. I.P.65. Da te populo, committe ludis, ſibilum metuis? 2. At. 18. Fuſium clamoribus & ſibilis conſectantur. de Gloria, *teſte Chariſio*, lib. 1. In Tuſcula. mihi nunciabantur gladiatorij ſibili.

† ADIVNC. Repentini, pro Pub. Seſt. Gladiatorij, lib.1.de Glor.

☞ Syntaxis. *Rudentum ſibilus.*

SIBYLLA.1.de Diu.79.Nam terræ vis Pythiam Delphis incitabat, naturæ Sibyllam.Ibid. 34. Vaticinans per furorem, vt Sibylla Erythrea. *de qua & eius ratione tota, vide Sibyllina oracula à Sebaſtiano Caſtalione è Græco in Latinum eleganter conuerſa.*

SIBYLLINVS. 6.V.108.Additum eſt ad libros Sibyllinos,à quibus inuentum, Cererem placari oportere.4.de Diu.Furoris diuinationes Sibyllinis maximè verſibus contineri.3.C.9.Ex fatis Sibyllinis,aruſpicúmque reſponſis. 2. de Nat. 10. Ex Sibyllinis vaticinationibus. de Ar.26.Sibyllinus ſacerdos.

SIC, *eadem ratione,ita,item,quòd,hoc modo, iſto modo,perinde,ſimiliter*.2.D.120.Siue ſic eſt, ſiue illo modo.13.Fam.69.Apud eum ſic fui, tanquàm domi meæ. pro Plan. 21. Huius præfectura plena eſt virorum fortiſſimorum, ſic vt nulla tota Italia frequentior dici poſſit. 2.Offi.88.Ipſa inter ſe corporis comparantur ſic, &c. de Aruſp. 7. Atque hoc ſic moderetur & cogitet, ſi, &c. ſin,&c.Orat. 125. Omnis pars orationis debet eſſe laudabilis, ſic vt nullum verbum niſi elegans excidat.Ibid.214. Verborum ordinem immuta, fac ſic, comprobauit filij temeritas.Ibi. Et ſic frangor ſæpe miſericordia.7. Fa.17. Sic ei te commendaui, vt grauiſſimè potui. 8. 4. Sic, &c. quomodo. 2. A. 44. Víſne igitur te inſpiciam à puero? ſic opinor. de Senect. 26. Literas Græcas ſic auidè arripui,quaſi diuturnam ſitim explere cupiens. 10.Fa.21.Sic fit, vt, &c. ita fit, vt, &c.1.de Leg.47.Illa quæ aliis ſic, aliis ſecùs, nec eiſdem ſemper vno modo videntur, ficta eſſe dicimus.

☞ Syntaxis. *Sic apud illum fui, tanquàm. Locutus eſt Caſ.ſic,vt nullus vnquàm. Et ſic frangor, id eſt,atque ideò:vel itaque. Víſne dicam? Sic opinor. Sic dixit,quaſi. Sic ergo fit, vt. Ea quæ alijs ſic, alijs ſecùs videntur, &c.*

SICA, *gladius. Lege*, PERCVSSOR.1.C. 16.Iam tibi extorta eſt ſica iſta de manibus.2.23.Pueri qui ſicas vibrare & venena ſpargere didicerunt. 3. de N. 74. Sicæ, venena, peculatus. * con. C. Anton. Duas vno tempore conantur in Rempub. ſicas diſtringere.

† ADIVNCT. Scelerata & penè deletrix imperij, de Ar.

SICARIVS, *gladiator, graſſator.* pro S.R.11. Homines ſicarij atque gladiatores.3.V.9.Non ſicarium, ſed crudeliſſimum carnificem in iudicium adduximus. 2.de Fin. 53. Cùm prætor quæſtionem inter ſicarios exercuiſſet. pro Cl.147.Quæſtio M.Pletorij, & C.Flaminij inter ſicarios, C. Orchinij peculatus, mea de pecuniis repetundis. pro S. R. 90. Qui inter ſicarios & de veneficiis accuſabant.2. A.8.Si oſtenderis, quomodo ſis eos inter ſicarios defenſurus.2.de Ora.105. De ſicariis, de veneficiis, de peculatu inficiari neceſſe eſt.

† ADIVNCT. Armati,5.Phil.Facinoroſiſſimi, pro Seſt.Vetus,pro S.R.

SICCA, *oppidum.* 16. At.6.

SICCINE, *pro, ſicne,vel an ſic.* 5. de Fin & alibi. Siccine eos cenſes? &c.

SICCE, *preſsè, ſubtiliter.* de Opt. 12. Atticè dicere: id eſt, quaſi ſiccè & integrè.

SICCITAS, *aquæ penuria, vel pluuiæ.*3.Qu.Fr.1. Aqua ſanè bellè fluens, præſertim maxima ſiccitate. * Ince. In Narnienſi agro ſiccitate lutum fieri,imbre puluerem.

¶ *Gracilitas.*2.contra Rull.70. Niſi mauultis in Sipontina ſiccitate collocari. de Sen 34. Summa in eo eſt corporis ſiccitas. 5. Tuſ.99.Siccitas conſequitur continentiam in victu.2.de Na. 1. Siccitas orationis.4.ad Heren.10. Siccitate areſcere.

† ADIVNC. Maxima,3.ad Q. Frat.Summa temporis,de Sen.

SICCO, *exhaurio.*3.A. 7. Ille paludes ſiccare voluit.

SICCVS, *ieiunus, ſobrius, preſſus.*)(.*vinolentus.*4.Aca.87. Vinolentorum & furioſorum viſa imbecilliora eſſe dicebas, quàm ſiccorum & ſanorum. de Opt. 8. Attici oratores ſani & ſicci. in Bruto 202. Sicca oratio. * Incer. Quædam terræ imbribus ſicciores fiunt.

SICILIA, *inſula.*3.V.5.Cato ille ſapiens cellam penariam Reip. Siciliam nominauit.

† ADIVNCT. Fructuoſiſſima, atque opportuniſſima, 5.Ver. Penaria reipub. 4. Verr.

SICILIENSIS. 3. de N.24.Fretum Sicilienſe.13.Fa.38.Quæſtura mea Sicilienſis. 2. V.24. Ei quoque negotio fiſci Sicilienſes minabantur.

SICVLI. 1.& 5.V. Siculi hominum genus nimis acutum & ſuſpicioſum.

SICVBI, *ſi quo in loco.*7.13.Atque hæc ſicubi facta ſunt, vt, &c. 1.Tuſc.103.15.At.28. pro Cor.32.

SICVNDE, *ſi alicunde.*7.At.19. Sicunde potes, erues.

SICVT, SICVTI, *vt, æquè vt, item vt, ita vt, ſimiliter atque, tanquàm, velut.* ad Br. 5. Hac in re ſcripſi ad eum, vt tuo iudicio vteretur, ſicut in rebus omnibus.5.Fa.8. Si me,ſicut ſoles,amas. 1.9.Si ab improbis ciuibus teneri Remp. viderem, ſicut & meis temporibus ſcimus, & nonnullis aliis accidiſſe accepimus. 5.8. Me ſicut alterum parentem, & obſeruat & diligit. 6. 6.Ille me amplectitur ſicuti neminem.1.de Ora. 230. Quamuis ſcelerati fuiſſent, ſicut fuerunt. 1.Fa.9. Quamobrem eius cauſam defendi in Senatu, ſicut mea fides poſtulabat.3. 10. Quanquàm perſpexiſſes, ſicuti perſpicies, &c. 4. Acad. 113. Amaui hominem ſicut ille me. 6.Fa.14. Sicut adhuc feci. 3.12. Sicut tu optas. 2. de Ora.57.Sicut mihi videtur. Parad. 5. Sicut ſapiens poëta dixit.5. Fa. 14. Sin, ſicut hîc dum eras, etiam doles, &c. 4. Acad. 120.Defendere aliquem ſicut caput & famam ſuam. 2.de Orat. 52. Species alia magis alia formoſa eſt, ſicut hæc vis,&c.1.238. Quibus quidem in cauſis omnibus, ſicut in illa M. Curij, quæ, &c. fuit inter eos magna diſſenſio.Or.107.Sunt enim omnia ſicut adoleſcentis, non tam re quàm ſpe laudati. 1.de Orat. 118. Nihil eſt quod cogat homines, ſicut in foro non bonos oratores, item in theatro malos actores perpeti.2.de Inu.19.Hic locus eſt ſicut aliquod fundamentum conſtitutionis.

☞ Syntaxis. *Te ſicut alterum parentem amo.*

SICYON, *vrbs.* 1.At.10. 2. Offi.82.

SICYONIVS.1.de Ora.231. Calcei Sicyonij.

SIDA, *vrbs.* 3. Fam.6. & 12.15.

SIDICINVS. 6. At. 1. & 2.A. 107.

SIDON, *vrbs.* 3. At. 12.

SIDONIVS, Antipater. 3. de Ora.192.

SIDVS, *ſtella, aſtrum.*5.Tuſc.69.Cùm ſidera viderit innumerabilia cœlo inhærentia, cum ipſius mundi motu congruere, certis infixa ſedibus, ſeptem alios ſuos quoque tenere curſus, multùm inter ſe aut altitudine, aut humilitate diſtantia, &c. 1. de N. 3. Sidera quæ infixa cœlo ſunt.2.de Diu. 89.Sidera quæ vocantur errantia. de Som.6.Illi ſempiterni ignes, quæ vos ſidera ſtelláſque vocatis.1.de N.35.Signa ſideráque cæleſtia. 1. Tuſc. 68.Forma cœli vndique ſideribus ornata.2.de N.39.Sidera,quæ ex nobiliſſima puriſſimáque ętheris parte gignuntur.Ibid.Sidera eſſe calida & ignea.2.de Fin.102.Cùm omnium ſiderum eôdem vnde profecta ſunt, fiat ad vnum tempus reuerſio. 2. de Nat.155. Circuitus Solis & Lunæ, reliquorúmque ſiderum.

† ADIVNCT. Calida & ignea,reliqua,2.de Nat.Cæleſtia,clara.)(.obſcura, feruentia, infixa cælo, radians, Arat.Errantia, natalitia, 2. de Diu. Innumerabilia, 5.Tuſc.

☞ Syntaxis. *Sidera errantia. Sidera ſtellæq; : eadem.*

SIGÆVM, *promontorium.* pro Arch.24.Achillis tumulus in Sigæo. 5. Fam.12.

SIGILLATIM, *ſingillatim, ſingulatim.* )(. *generatim atque vniuersè* 7.V.142.Anteq.26.Quibus.ſigillatim ſæpe ſupplex ad pedes iacui.1. At.11. Ad pedes omnium ſigillatim accidente Clodio.6.V.76.Sigillatim vnicuique denunciabat.5.Tuſc. 94. Hæque voluptates ſigillatim extenuantur, quarum genera non contemnunt.

SIGILLATVS, *cruſtis & emblematis ornatus, ſignis ornatus.* 6. V. 32.Iubet me ſcyphos ſigillatos ad prætorem afferre.Ibid.46.Sigillata ſimulacra. *Lege*, PVTEAL.

SIGILLVM, *ſignum, emblema.*6.V.48.Appoſuit patellam, in qua ſigilla erant egregia. Ibid. Sigillis auulſis, reliquum argentum reddidit.Ibid.148. Tabulæ in quibus ſigilla perſcripta erant. 4. Acad.85.Si in eiuſmodi cera centum ſigilla hoc annulo impreſſero.1. At.8. Putealia ſigilla duo.

† ADIVNCT. Egregia, perparuula, 6.Verr. Putealia, 1.Att.

SIGNATVS, *conſignatus, cælatus.*7.V.62.Argentum factum atq; ſignatum.1.Tuſ.61.Memoriam eſſe ſignatarum rerum in mente veſtigia.15.At.28.Signata iam epiſtola Formiani venerũt.11. 1.Accepi à te ſignatum libellum. Or.64. Quanquàm omnis locutio oratio eſt, tamen vnius oratoris locutio hoc proprio ſignata nomine eſt.

SIGNIFER, *qui ſignum aut vexillum præfert.* 1. de Diu.77.Cùm ſignifer primi haſtati ſignum non poſſet mouere loco.2.67.pro Syl.34.Cùm Torquatus ſignifer eſſet iuuentutis.4.V.77.Signifer in exercitu. pro Mur.50.pro Milo.9. Dux & ſignifer calamitoſorum.pro Plan.74.Qui cauſæ noſtræ duces & quaſi ſigniferi fuerunt.2.At.1. Te ſignifero ac principe.

SIGNIFER, *orbis ſignorum* ζωδιακός. in Arat.

*Zodiacum hunc Græci vocitant, noſtriq; Latini*
*Orbem ſigniferum perhibebunt nomine vero.*

2.de Diu. 89. Vis quædam eſt ſignifero in orbe qui Græcè ζωδιακός dicitur.

SIGNIFICANTIVS, *clariùs.*3.Fa.12. Tamen hac mihi affinitate nunciata non maiore equidem ſtudio, ſed acriùs, apertiùs, ſignificantiùs dignitatem tuam defendiſſem.

SIGNIFICATIO, *ſententia, vis, notio, poteſtas, virtus.* Pa 108. Cùm autem plura ſignificantur ſcripto propter verbi aut verborum ambiguitatem, vt liceat ei qui contrà dicat, ſignificationem

rionem ſcripti cò trahere, quò expediat aut velit. Ibidem 132. Vtérq; enim hanc ſignificationem qua vtetur, ipſe dignam ſcriptoris prudentia eſſe defendet. 1. de Inu. 39. Tempus eſt pars æternitatis cum alicuius annui, menſtrui, diurni nocturníue ſpatij certa ſignificatione. Orat. 139. Significatio ſæpe erit maior quàm oratio. 3. de Orator. 200. Præciſio, & plus ad intelligendum quàm dixeris ſignificatio. 2. 268. Arguta etiam ſignificatio eſt, cùm, &c.

¶ *Indicium, ſignum, argumentum.* 5. Famil. 7. Ad me autem literas quas miſiſti, quanquàm exiguam ſignificationem tuæ erga me voluntatis habebant, tamen mihi ſcito iucundas fuiſſe. pro Cluent. 31. Is cùm teſtamentum mutare cœperit, in ipſa ſignificatione huius voluntatis eſt mortuus. 1. Qu. Fr. 1. 33. Theatrum Aſię ita reſonans, vt vſque Romam ſignificationes vocéſque referantur. pro Pomp. 7. Qui vna die tota Aſia, vno nuncio atque vna literarum ſignificatione ciues Rom. necandos trucidandóſque denotauit. 2. de Orat. 153. Orator, qui quàm minimam artificij alicuius, deinde nullam Græcarum rerum ſignificationem daret. Ibid. 182. Pudoris ſignificatio. 14. Anto. 6. Sed quoniam ſignificatio veſtra declarat quid ſentiatis, ad literas veniam. 1. Offi. 131. Ex quibus magna ſignificatio fit, non adeſſe conſtantiam. 4. ad Her. 67. Ita hæc conſequenda, quæ conficiunt huiuſcemodi ſignificationem. Ibid. 23. Exclamatio conficit ſignificationem doloris. 3. de Or. 218. Geſtus ſententiam, nō demonſtratione, ſed ſignificatione declarans. 4. ad Her. 68. Significatio eſt quæ plùs in ſuſpicione relinquit, quàm poſitum eſt in oratione. ad Oct. Significatio ſenſus abſentium. 2. de Diu. 142. Valetudinis ſignificationes. 1. de Nat. 36. Rebus inanimatis per quandam ſignificationem, deorum eſſe tributa nomina. 2. de D. 124. Diuina vis conſulens nobis ſomniorum ſignificationes facit. Ibid. 54. Quæ eſt enim iſta à diis profecta ſignificatio, & quaſi denunciatio calamitatum? 1. 12. Obſeruata ſunt hæc tempore immenſo, & ſignificatione euentus animaduerſa ac notata. Ibid. Obſeruatis longo tempore ſignificationibus futura prænunciare. 2. de Orat. 320. Omne principium, rei totius quæ agitur, ſignificationem habere debebit. 1. Offic. 46. Aliquis, in quo aliqua ſignificatio virtutis appareat. de Am. 31. Facta ſignificatione probitatis. Ibid. 49. Si qua ſignificatio virtutis eluceat.

† ADIVNC. Arguta, 1. de Inu. Certa, 3. de Fin. Clara, 11. Att. Digna prudentia ſcriptoris, Part. Exigua voluntatis erga aliquem, 3. Fa. Magna, 5. Fam. Maior, Orat. Minima, aut nulla, 1. de Orat. Multæ deorum & non dubiæ, 2. Ver. Parua, 1. Attic. Veræ, pro Seſt.

☞ Syntaxis. *Significatio, & quaſi denunciatio mali futuri. Magna ſignificatio fit, non adeſſe conſtantiam. Nullam das amoris, nullam peritia ſignificationem. Morbi ſignificationes.*

SIGNIFICO, *noto, declaro, indico, oſtendo, demonſtro, deſino, deſcribo, ſignificationem facio, vel conficio, ſignum do, ſignum oſtendo, documentum do, ſignum mitto, aliquid argumenti habeo. ſignum ſum, ſententiam ſignifico, vim vel ſententiam habeo, ſono.* 8. Attic. 2. Literæ breues, ſed beneuolentiam ſignificantes. 5. Famil. 13. Itaque hoc ſæpiùs dicendum, tibíque non ſignificandum ſolùm, ſed etiam declarandum arbitror. pro S. R. 56. Canes publicè alũtur in Capitolio, vt ſignificent ſi fures venerint. 1. Offi. 137. Atque etiam illud ipſum, quod acerbitatis habet obiurgatio, ſignificandum eſt, ipſius cauſa qui obiurgatur, eſſe ſuſceptum. 2. de L. 25. Quòd autem lex pietatem adhiberi iubet, ſignificat probitatem gratam eſſe Deo. 1. 21. Ratio, poteſtas, mens, numen, &c. ſiue quod eſt aliud verbum, quo planiùs ſignificem quod volo. Qu. de Pet. 32. Primùm id quod facis, vt homines nôris, ſignifica, &c. 2. Tuſcul. 46. His ego pluribus nominibus vnam rem declarari volo: ſed vtor, vt quàm maximè ſignificem pluribus, 1. Tuſ. 88. Carere igitur hoc ſignificat, egere eo quod habere velis: ineſt enim velle in carendo. Ibid. 52. Præceptum Apollinis hoc ſignificat. 2. Fam. 19. Accepi literas tuas, &c. quæ quo tempore te expectarem, mihi non ſignificabant. Qu. de Pet. 19. Significare patem voluntatem erga aliquem. 2. de Inu. 116. Cùm ſcriptum duas pluréſue res ſignificat. de Ar. 51. Is hunc vnum eſſe in hac ciuitate dignum huius imperij dicit, & ſignificat ſe illi amiciſſimum. 5. V. 213. Hoc mihi ſignificaſſe atque annuiſſe viſus eſt. 1. de Orat. 122. Hîc omnes aſſenſi ſignificare inter ſeſe & colloqui cœperunt. Ibidem. 84. Non quò aperiret ſententiam ſuam, ſed tamen hoc ſignificabat, eos, &c. 2. 184. Facilitas ſignificandi. 4. ♣ Atti. 1. Significare gratulationem alicui plauſu maximo. ‖ pro Plan. 76. Huius in periculo non dolorem meum ſignificarem.

† ADVER. Apertiùs, 10. Attic. Aptè motus animorum, breui, 3. de Orat. Breuiter, 1. Fa. Ingenuè, Orat. Leuiter, 1. Attic. Planiùs, 1. de Leg. Plurimùm, 3. Fam. Rectè epiſtolis, 14. Att.

SIGNIFICOR. 1. de Diu. 2. Omnes futura ſignificari cenſent. ibid. Chaldæi ſtellis notatis, quid cuique ſignificaretur, memoriæ prodiderunt. de Ar. 26. Periculum ex aliquo monſtro ſignificatum cauere. 2. A. 70. Si dignitas ſignificaretur in nomine, dixiſſet aliquando, credo, auus tuus, ſe & conſulem & Antonium. pro Pla. 52. Nihil eſt de te detractum, ſed aliquid etiam de virtute ſignificatum tua. pro Flac. 45. Non enim credo ſignificari iſto loco illum, qui ſe erigit, Heraclitum. 2. de Or. 188. Tantus dolor oculis, vultu, geſtu, digito denique iſto tuo ſignificari ſolet. 2. de Fin. 51. Res verbis ſignificantur. 3. de Orator. 46. Verba vſitata & propriè demonſtrantia ea quæ declarari ac ſignificari volemus. de Cla. 289. Cùm ſurgit is qui dicturus eſt, ſignificatur à corona ſilentium. pro Cec. 88. Videtis igitur hoc vno verbo ſignificari res duas.

☞ Syntaxis. *Quod lex iubet, &c. ſignificat probitatem eſſe gratam Deo. Dignitas in nomine non ſignificatur. Significatum eſt multùm de tua virtute. Significatum à corona ſilentium.*

SIGNO, *deſigno, conſigno, imprimo.* de Fa. 43. Viſum obiectum imprimit, & quaſi ſignat in animo ſuam ſpeciem. in A. Signáque ſignauit cœleſtia, &c.

SIGNOR. 4. Acad. 71. Aliquid ſignificari in animis noſtris. 3. de L. 6. Æs, argentum, aurúmue publicè ſignanto. 13. Fam. 29. Cùm ſignaretur argentum Apolloniæ.

† ADVERB. Publicè æs, 3. de Leg.

☞ Syntaxis. *Obiectum viſum imprimit ac ſignat in animo ſuam ſpeciem. Signare argentum.*

SIGNVM, *nota, indicium, documentum, veſtigium, monumentum, ſignificatio, inſigne.* 1. de In. 48. Signum eſt, quod ſub ſenſum aliquem cadit. 4. Aca. 34. Proprium in communi ſigno notari non poteſt. 6. Fam. 6. Habeo alia ſigna quæ obſeruem. Ibid. Notare ſigna ad diuinandum. 3. Qu. Fr. 3. Occupationum mearum ſignum tibi ſit librarij manus. 8. At. 21. Lippitudinis meæ ſignum tibi ſit librarij manus, & eadem cauſa breuitatis. 1 de Diu. 124. Poteſt accidere, vt aliquod ſignum dubiè datum pro certo ſit acceptum. 2. 56. Hoc igitur per gallinas Iupiter tantæ ciuitati ſignum dabat? Ibidem. 57. Calliſthenes dixit deos gallis ſignum dediſſe cantandi. 3. A. 34. Signum dare populo Romano vos non deeſſe reipub. 5. P. 38. Is maximum ſignum illo die dedit voluntatis ſuæ, cùm, &c. 5. At. 14. Hoc magni amoris ſignum. 3. de Finibus. 9. Puerum dare ſigna pudoris & ingenij. 3. V. 71. Satis ſigni dedit, ſe tacere non poſſe. pro Cl. 109. Perinde quaſi non ſatis ſigni eſſe debuerit, &c. 2. de Orat. 190. Signa doloris vultu oſtendere. Ibid. 174. Signa & notas oſtenderem locorum. de Ar. 24. Hæc nobis & ſcelerum indicia oſtendit, & periculorum ſigna patefecit. pro Seſt. 49. Hoc ſummi in patriam amoris mei ſignum eſſe debet certiſſimum. pro Cec. 104. Homo in vtraque fortuna cognitus multis ſignis virtutis & humanitatis. 14. At. 2. Bona ſigna conſentientis multitudinis. Ibidem 5. Illa ſigna non bona, &c. ſigna bella. pro Cęl. 12. Habuit ille permulta maximarum non expreſſa ſigna, ſed adumbrata virtutum. pro Mar. 2. Ergo his ad bene de omni repub. ſperandum quaſi ſignum aliquod ſuſtuliſti. I. P. 34. Mei capitis ſeruandi cauſa Romam vno tempore quaſi ſigno dato Italia tota conuenit. de Ar. 22. Vis innumerabilis ſeruorum in ſcenam ſigno dato irrupuit. 6. V. 96. Signum quod erat notum vicinitati, buccina datur. 5. A. 23. pro Flacc. 5. Ille furens infeſta iam patriæ ſigna inferebat. pro Fon. 34. Infeſtis ſignis inferri in hoſtem. de Amic. Habere quaſi ſigna quædam & notas, quibus eos qui ad amicitiam eſſent idonei, indicarent. 1. Att. 1. Signa ſunt ad Caietam expoſita. de Cla. 218. Magna hæc immemoris ingenij ſigna. 2. de Diu. 145. Medici ſigna quædam habent ex venis, & ex ſpiritu ægroti, multíſque ex aliis futura præſentiunt. 5. A. 26. Legationis vltrò miſſæ nomen ſignum eſſe timoris videbatur. 1. de Diu. 106. & 121. Mittere ſignum. pro Mur. 36. Tempeſtates ſæpe certo aliquo cœli ſigno commouentur, ſæpe improuisò, nulla ex certa ratione, obſcura aliqua cauſa concitantur. 4. V. 115. Signum nota, veſtigium. Ibid. 113. Signum indicium, trophæum.

¶ *Sigillum.* 2. At. 20. Neque vtar meo chirographo, neque ſigno. 3. C. 10. Tum oſtendi tabulas Lentulo, & quæſiui, cognoſcerétne ſignum? annuit, eſt verò, inquam, notum ſignum, imago aui tui. Ibid. 6. Literæ omnes integris ſignis prætoribus traduntur. ad Br. ep. pr. in. 4. Nec ſignum tuum in epiſtola, nec dies appoſitus eſt. 3. V. 117. Tabulæ teſtamenti obſignatæ non minùs multis ſignis, quàm è lege oporteat. pro Flacc. 37. Signũ públicũ. 6. 140. Literæ obſignatæ publico ſigno. Ibid. 58. Signum in Creta, quo epiſtola obſignata erat. 2. Atti. 2. Signum & manum meã requirent. 9. 12. Librum tuum habeo ſub ſigno, ſeruóque diligẽtiſſimè. 1. cont. Rull. 21. Horreum belli ſub ſigno clauſtríſque ♣ poſitum. ‖ 7. V. 101. Obſignat ſignis amicorum.

¶ *Vexillum.* 2. C. 13. Signa militaria. 16. At. 8. Aliquem ſuis ſignis, legiones ducere. 7. Fa. 3. Signa tyrone & collectitio exercitu cũ legionibus robuſtiſſimis contulit. I. P. 49. Conferre ſigna cum hoſtibus. 5. Attic. 15. Collatis ſignis decernere cum aliquo. 1. de Orat. 210. Tum adiungeremus, de exercitu, de caſtris, de agminibus, de ſignorum collationibus.

¶ *Cœleſte ſidus.* 1. de Diuin. 121. Si luna defeciſſet in ſigno leonis. de Som. 17. Signis omnibus ad idem principium ſtellíſq; reuocatis. 1. de Inuent. 39. Signorum ortus & obitus definitum quendam ordinem ſeruant.

¶ *Simulacrum.* 6. V. 1. Signum æneum, marmoreum, eburneum. 1. de Or. 161. Signa ac tabulas propalàm collocare. 7. Famil. 13. Martis verò ſignum quo mihi pacis autori?

† ADIVNCT. Adulterina, pro Cluent. Aeneum, non magnum, æneum, marmoreum, eburneum, amplum & exelſum, certum cœli, linteum, peruetus, maxima, paruum, perantiquum, perparuulum, profana, publicum, pulchra, pulcherrimum, pulcherrimum & maximum, ſacrum & religioſum, 6.Verr. Aeneum, pro Deio. Antiquiſſima, 4.Verr. Bella, bona, 4.Attic. Brumale, 1.de Orat. Certa, fauſta, perpetua, claraque, 1.de Diuin. Certum, improuiſum, pro Mur. Certiora, 1. Famil. Certiſſimum, pro Seſt. Clara, pro Mil. Clariora, non expreſſa, ſed adumbrata virtutum, pro Cæl. Commune, 4.Acad. & 9. Famil. Conſequentia, Part. Diſcolora, 2. Verr. Graue, magnum, atque iuſtum, Arat. Infeſta, pro Font. Integra, 3.Catil. Magna, 6. Famil. Magnum atque illuſtre, de Prou. Maximum, in Vat. Maximum voluntatis & iudicij, 5. Phi. Meliora, 2.Fam. Militaria, 2. Catil. Multa, pro Cec. Obſcura, publica, ſacra, 2.de Diuin. Optima, plurima, & pulcherrima, pulcherrima atque antiquiſſima, religioſa, 3. Verr. Paria, pro Syl. Proprium alicuius, 1.de In. Pulchriora, rigidiora, do Cl.

SILENTIVM, *taciturnitas, reticentia.* 1.de Orat. 160. Hæc cùm Craſſus dixiſſet, ſilentium eſt conſecutum. 3.141. Ipſe conticuit, & cæteris ſilentium fuit. I. P. 32. Curiæ taciturnitas annua. ibid. Silentium perpetuum iudiciorum. 2.de Orat. 64. In eodem ſilentio multa alia oratorum officia iacuerunt. 2.Qu.Fr.1. Lupus egit eam cauſam, & auditus eſt magno ſilentio. 1.de Diu. 59. Tu tamen ſilentium fieri iuſſiſti. 4.ad Her. 61. Facere ſilentium. 2. Tuſc. 46. Cùm eos videris excipientes grauiſſimas plagas, & ferentes ſilentio. 2.de Orat. 7. Laudem aliquam iam propè ſeneſcentem ab obliuione hominum atque à ſilentio vindicare. Par. 82. Silentio præterire aliquid. pro Syll. 62. Anne hoc quidem mihi videtur ſilentio prætereundum. 2.Att. 19. Silentio tranſire aliquid. 13. A. 13. Silentio prætermittere aliquid. 2.de Diu. 71. Id enim ſilentium dicimus in auſpiciis quod omni vitio caret. 5. At. 16. De Partho ſilentium eſt. de Clar. 88. Et nulla ferè pars orationis ſilentio præteriretur. *id eſt, ſine clamore tractaretur.*

† ADIVNCT. Aeternum, 3. Tuſc. Diuturnum, pro Mil. Magnum, præſens, 2. Qu.Fr. Mirum, 6. Att. Perpetuum iudiciorum ac fori, I.P. Summum cauſarum atque iuris, 7. Ver. Tantum, pro Cl.

☞ Syntaxis. *Omnibus ſilentium fuit. Iudiciorum ſilẽtium. Magno ſilentio auditus. Fieri iuſſit ſilẽtium Cæſ. Plagas ferre ſilentio. Laudem alicuius à ſilentio vindicare, atque obliuione. Silentio præterire, tranſire, prætermittere. De Partho ſilentium eſt.*

SILENVS. 1. Tuſc. 114. Fertur etiam de Sileno fabella quædam: qui cùm à Mida captus eſſet, hoc ei muneris pro ſua miſſione dediſſe ſcribitur: docuiſſe regem, &c.

SILEO, *taceo, reticeo, ſilentium facio, obmuteſco, ſilentio prætereo, ſilentio vtor, tacitus prætereo, ſilentio prætermitto, tacitum aliquid prætereo.* pro Sylla. 80. Si cùm cæteri de nobis ſilent, non etiam nos ipſi taceamus, graue. Poſtquàm in Sen. 3. Nunquàm de me ſiluiſtis. de Clar. 26. & 2.de Diu. 65. Silere de aliqua re. 1. Ac. 2. Silent enim diutiùs Muſæ Varronis quàm ſolebant. pro Flac. 54. Siluerunt principes. 3.de Leg. 39. Ambitus nunc ſilet. )( *Nunc fremunt arma, tempus mutum à literis. Lege,* MVTVS. Part. 82. Silere, ſilentio præterire, ſilentio prætermittere. 2. At. 18. Tum hæc ſilebis. pro Mil. 10. Silent leges inter arma. ‖ de Clar. 266. Sileamus inquam Brute. ibidem. 157. Silere de Rep.

SILEOR. pro Flac. 6. Ea res ſiletur, vox de quæſtura nulla miſſa eſt, muta eſt huius temporis accuſatio, præturæ iuriſdictio non attingitur.

SILETVR. 1. V. 32. & de Clar. 157. Silebitur de maximis illius factis.

SILEX, *lapis durus, è quo excuti ignis ſolet, viuum vulgus vocat.* 3.de Nat. 1. Ergo illud in ſilice tanquam veſtigium vngulæ Caſtoris creditis eſſe? 8. Fa. 5. Adhærere in Silice. 3. Tuſc. 12. Non enim è ſilice nati ſumus. 2.de Diu. 85. Cùm iuberetur certo in loco ſilicem cædere, perterritus viſis id agere cœpit.

SILVS, *qui naſum bene extantem & repandum habet.* )( *Simus.* 2.de Nat. 81. Sili, Flacci, Capitones, Frontones.

SIMIA. 1.de Nat. 98.

*Simia quàm ſimilis turpiſſima beſtia nobis.* ex Ennio.

2.de Diuin. 69. Quid minùs mirum, quàm illam monſtroſiſſimam beſtiam vrnam euertiſſe? ſortes diſſipauiſſe?

SIMIOLVS. 7. Fa. 2. Hic Simiolus, animi cauſa, me in quem inueheretur, delegerat.

SIMILIS, *conſimilis, parilis, æqualis, par geminus, eiuſdem modi, germanus, inſtar, cui ſimilitudo eſt cum aliquo, qui ſimilitudinem gerit ſpeciemque alicuius, qui ad aliquid habet ſimilitudinem, exprimens aliquem, qui habent ſimilitudinem inter ſe.* )( *Diſſimilis, diſpar, diuerſus.* 2.de Natur. 149. Itaque plectri ſimilem linguam dixère, chordarum dentes, nares cornibus iis, quæ ad neruos reſonant in cantibus. 9. Att. 19. Nihil malo, quàm & me mei ſimilem eſſe, & illos ſui. 1. Tuſcul. 34. Phidias ſui ſimilem formam incluſit in clypeo. in Sal. 6. Tu par ac ſimilis ſceleſtorum ciuium. 2. de N. 153. Vita beata, par ac ſimilis deorum.. pro Cec. 102. Nemo exiſtat niſi tui Sexte ſimilis, & ſtultitia, & impudentia qui dicat, &c. de Cla. 51. Rhodij Atticorũ ſimiliores. 3. de Fin. 51. Vt paupertatem, ignominiam, ſimilia horum. Ibid. Vt gloriæ, diuitiarum, ſimilium rerum. 13. Att. 21. Carneades προβολὴν pugilis, & retentionem aurigæ ſimilem facit. pro Q.R. 55. Simillima & maximè gemina ſocietas hæreditatis eſt. 12. Fam. 10. Idque cō faciliùs credebatur, quia ſimile vero videbatur. 7. V. 30. Filius ſimilis patri. 1. Tuſc. 81. Africani fratris nepos facie vel patris, vita omnium perditorum ſimilis. 2. de Diuin. 58. Decoloratio quædam ſimilis ſanguini. pro Lig. 11. Hæc ſunt prodigiis ſimilia. 2. de Diu. 65. Poſtremò quid ſimile habet paſſer annis. pro S.R. 34. Eſt ne hoc illi non ſimillimum? Orat. 82. Aut ſimile eſt illi, vnde transferas. ad Br. 9. Id amiſiſti, cui ſimile in terris nihil fuit. 9. Fa. 21. Quid enim ſimile habet epiſtola, aut iudicio, aut concioni? 4. ad Her. 63. Ibant in prælium corpore tauri validiſſimi, impetu leonis acerrimi ſimiles. 1. Offic. 55. Viri boni moribus ſimiles. pro. Cl. 46. Homines cùm forma, tum moribus ſimiles inter ſe. 2. de Orat. 94. Multi naturis differunt, voluntate autem ſimiles ſunt inter ſeſe, & magiſtri. 4. Acad. 118. Democritus huic in hoc ſimilis, vberior in cæteris. 5. Ver. 193. Doceas oportet aliquid ab iſto ſimile æſtimatione atque à cæteris eſſe factum. 2. Attic. 3. Hoc ſimile atque ire in Salonium. 5. de Fin. 40. Ita ſimilis erit finis boni atque anteà fuerat. 1. Fa. 7. Simillimámque in re diſſimili tui temporis & noſtri quondam fuiſſe rationem. 4 de Fin. 76. Ecce aliud ſimile diſſimile. 3. 46. Vtuntúrque ſimili. Ibidem. 54. Ab his hoc ſimile ponitur, vt enim, inquiunt, &c. 2. de Diu. 133. Similes ſunt dij, ſi ea nobis obiiciunt, quorum neque ſcientiam, neque explanationem habeamus, tanquàm ſi Pœni in Senatu noſtro ſine interprete loquerentur. 1. de Orator. 182. Similior in genere, inferiore ordine. 14. Famil. 7. Et me aliquando cum ſimilibus noſtri remp. defenſurum. Ibid. 14. Veſtri ſimiles fœminæ ſint ne Romæ. 4. Academ. 118. Particulæ ſimiles inter ſe. 9. Attic. 11. Feſtino enim ſimillimus decurro, atque curſu θέσεις meas commentari non deſino. Orat. 32. Nactus ſum etiam qui Xenophontis ſimilem eſſe ſe cuperet. pro S. R. 118. Par eſt auaritia, ſimilis improbitas, eadem impudentia, gemina audacia. 1. Offic. 121. Superioris Africani filius, non tam potuit patri ſimilis eſſe, quàm ille fuerat ſui. de Senect. 17. Similéſque ſunt, vt ſi qui dicant, &c. de Amic. 50. Nihil eſt appetentius ſimilium ſui, nihil capacius, quàm natura, &c. 1. de L. 29. Nihil eſt enim vnum vni tam ſimile, tam par, quàm omnes inter noſmetipſos ſumus. * Hortenſ. Simili nos affectos eſſe ſupplicio, atque eos.

† ADVERB. Conſultò, Orat. Minimùm, planè, 4. Acad.

☞ Syntaxis. *Sui ſimilem formam includere in clypeo. Par ac ſimilis. Vita beata, par ac ſimilis deorum. Similia horum, ſimilium rerum, & alia eiuſdem modi. Similis & geminus. Decoloratio ſimilis ſanguini. Quid ſimile habet homo ſerpentis? & ſerpenti. Eſtne hoc illi non ſimillimum. Ille eſt impetu ſimilis leonis. Voluntate inter ſe ſimiles. Tu, tuiq; ſimiles. Feſtino ſimilis decurro: in lucubrando. Nihil eſt vnum vni tam ſimile, &c.*

SIMILITER, *ſimili ratione, item, idem, æquè, pariter, ſimili modo, eodem modo, vno & eodem modo, ſic.* 3. de Orat. 204. Illa quæ ſimiliter deſinunt, aut quæ cadunt ſimiliter. 4. Tuſ. 25. Similiter cæteri morbi. 4. Aca. 14. Similiter vos. pro Pomp. 21. Ita reputo, à nemine iſtorum L. Lucullum ſimiliter ex hoc loco eſſe laudatum. 2. de Ora. 70. Similiter arbitror in hac arte, &c. 3. 81. & 1. 162. Similiter nunc petes à Craſſo, vt, &c. de Fat. 25. Similiter ad motus animorum, &c. 1 Off. 87. Qui ſimiliter faciunt, vt ſi, &c. Ibid. Similiter facis, vt ſi, &c. 4. Tuſ. 40. Similiter facis vt ſi quis &c. 2. de Finib. 21. Idque ſi ita dicit, &c. dicit abſurdè, ſimiliter, & ſi dicat, &c. 1. 9. Nec cum ſimiliter atque ego eram, commotum eſſe vidi. 1. contra Rullum 13. Hic excipit Pompeium, ſimillimè vt mihi videtur, atque in illa lege qua peregrini Roma eiiciuntur, excipitur Glaucippus. 2. Tuſ. 54. Vt enim corpus, &c. ſimillimè animus, &c. 4 Aca. 72. Similiter à nobis commemorari de antiquis Philoſophis atque ſeditioſi ciues, &c. 3. de N. 8. Tu autem qui id quæris, ſimiliter facis ac ſi me roges, cur, &c. de Cl. 233. Omnia ferè vt ſimiliter & vno modo dicerentur.

SIMILE, *pro Similiter.* 4. Acad. 14.

SIMILITVDO, *cùm eſt ornatus, eſt oratio traducens ad rem quampiam, ex re diſpari, ſimile, collatio, ſimile, imago, cōparatio.* 4. Her. 60.

¶ *Locus argumenti.* 2. de Or. 168. Top. 44. *vide ibi multa præclara.*

¶ *Exemplar, forma, ſpecies.* 1. de Inu. 76. Omnibus in rebus ſimilitudo eſt ſatietatis mater. 2. de Diu. 55. Nonnunquàm etiam errorem creat ſimilitudo. 2. de Or. 265. Similitudo quæ aut collationem habet, aut imaginem. Ibid. 212. Sed eſt quædam in his generibus difficilis ad diſtinguendum ſimilitudo. de Cl. 63. Et quodammodò eſt nonnulla in iis etiam inter ipſos ſimilitudo. Ibid. 150. Eſt quædam vobis cum illis ſimilitudo. 5. de Finib. 69. Gloria habet formam honeſtatis & ſimilitudinẽ. 13. A. 28. Omnes habent maximam ſimilitudinem inter ſe. 1. Tuſ. 80. Ea ſunt autem quæcunq; ſunt, quæ ſimilitudinem faciunt. 4. ad Her. 62. Non enim res tota toti rei neceſſe eſt ſimilis ſit, ſed ad ipſum ad quod confertur, ſimilitudinem habeat oportet. 1. Tuſ. 110. Arripere ſimilitudinem aliquam virorum clarorum. 3. Offi. 16. Qui ſimilitudinem quandam gerunt, ſpeciémq; ſapientum. 2. de Nat. 161. Vt exerceamur in venando ad ſimilitudinẽ bellicæ diſciplinæ. 1. de Or. 130. Vt ad hãc ſimilitudinem hujus hiſtrionis, oratoriã laudẽ dirigamus. Ora. 92. Verbũ per ſimilitudinem

trans

tranſlatum.1.de Or.254. Quoniam multa ad oratoris ſimilitudinem ab vno artifice ſumimus.1.de Diu.30.Quod ab eius lituí,quo canitur,ſimilitudine nomen inuenit.Or.9.Nec verò ille artifex cùm faceret Iouis formam,contemplabatur aliquem, è quo ſimilitudinem duceret.Or.65. Sophiſtarum diſtinguenda eſt ſimilitudo.Ibidem 138. Comparare ſimilitudines.2.de Inu. 19.Conferre ſimilitudines,& ſimilitudinum collatio.pro Cl.46. Similitudo ſtudiorum ac naturæ multam vim habet ad coniungendas amicitias.7.Ant.6. Nos ſtudiorum honeſtiſſimorum ſocietas ſimilitudoque coniunxit.2.de Or.53.Hanc ſimilitudinem ſcribendi multi ſecuti ſunt.Ibid.356. Artis imago quædam & ſimilitudo.2.de Diui. 38. Quanquàm tu quidem non hoſtiarum caſum confirmas ſortium ſimilitudine,ſed infirmas ſortes collatione hoſtiarum.de Am.50.Similitudo illicit atque attrahit ad amicitiam.1.de Leg.25.Eſt igitur homini cum Deo ſimilitudo. de Vn. 8. Nullius animantis deus in fingendo mundo ſimilitudinem ſecutus eſt.2.de Nat.38.Bene igitur Chryſippus, qui ſimilitudines adiungens docet omnia in perfectis eſſe meliora,vt in equo quàm in equulo,&c. 1.de Nat.28. Parmenides commentitium quiddam coronæ ſimilitudine efficit, Stephanon appellat.2.de Fin.45. *Quæ mens* ſimilitudines transferat.de ſuis conſi. Vt aliqua ſimilitudine adductus maximis minima conferam.‖Vide 3.de Orat.153.

† ADIVNCT. Difficilis,2. de Orat.Inſignis,pro Pomp. Leuis,& imbecillis,9.Fam.Diſſimillimæ,4.de Finib.Mater ſatietatis,1.de Inu.Maxima.7.Philip.Tanta,1.Famil.

☞ Syntaxis. *Similiter deſinere,cadere.Similiter facis,vt,ſi. Similiter atq; ego ſum. Simillimè dico de Pompeio. Similiter & vno modo. Similitudo,vel comparatio,vel imago.Difficilis ad diſtinguendum ſimilitudo.Formam & ſimilitudinem habere alicuius rei.Similitudinem & ſpeciem gerere. Ad ſimilitudinem belli eſt,venatio.Verba per ſimilitudinem tranſlata. A ſimilitudine nomen inuenire. In Iouis forma ſimilitudinem ducere ex homine. Similitudo compar. Studiorum ſocietas ac ſimilitudo.Imago & ſimilitudo.*

SI minus. de Fat.22. Quòd ſi minùs verbis, re cogitur conſiteri. *Lege*, SIN.

SIMIVS. 5.Fam.10. Simius,non ſemiſſis homo contra me arma tulit,& eum bello cepi.

SIMONIDES. Chius poëta, quem primùm ferunt artem memoriæ protuliſſe.2.de Or.351.

SIMPLEX, *vniuſmodi, apertus, ſolitarius, purus,credulus, antiquus.)(.cum aliquo coniunctus atq; connexus,iunctus,callidus,verſutus.)(.varius,multiformis,cum adiunctione*.de Fat.30.Quædam ſunt in rebus ſimplicia, quædam copulata.2.de Nat. 29. Solitarium & ſimplex.)(*.cum alio coniunctum atq; connexum*.2.de Inu. 159.Simplex.Or.80.Verba ſimplicia.1.Acad.26.Principes qualitates ſunt vniuſmodi & ſimplices: ex iis autẽ ortæ, variæ ſunt, & quaſi multiformes.pro Font.12.Vnum eſt & ſimplex aurium iudicium.pro Syl.9.Simplex eſt officium, atque vna bonorum omnium cauſa.11.Att.12. Cretio hæreditatis ſimplex.2.de Inu. 171.Simplex & abſoluta neceſſitudo .1. Acad. 7.Illud verum & ſimplex bonum.1.Off.130.Quæ ſunt recta & ſimplicia,laudantur.10.Att.6.Nihil ſimplex,nihil ſincerum. pro Cec. 5.In cauſa aperta ac ſimplici.1.de Orat. 229. Ornatiùs dicere, quàm ſimplex ratio veritatis ferat.2.P.111.Diſertiſſimum cognoui auum tuum,at te etiam apertiorem in dicendo: ille nõnunquàm concionatus eſt nudus, tum hominis ſimplicis pectus vidimus: pro Planc.22.Fidelis & ſimplex.1. Offic.63.Vir bonus, & ſimplicis veritatis amicus. Orat.230. O virum ſimplicem,qui nos nihil celat.de Amic.66.Simplicem præterà, & communem, & conſentientem amicum eligi par eſt. pro S. R. 26. Homines antiqui,qui ex ſua natura cæteros fingerent,crediderunt.3.Off.119. Finis bonorum & malorum, qui ſimplex eſſe debet, ex diſſimilibus miſceri & temperari non poteſt.de Senect. 79. Animi natura ſimplex eſt, nec habet in ſe quicquam admiſtum diſpar ſui atque diſſimile.4.Acad.112.Cum viro ſimplici ſimpliciter agere.* Oecon. 1. Simplex natura non omnes res commodas amplecti volebat.

☞ Syntaxis. *Solitarium ac ſimplex. Simplex & abſoluta neceſſitas. Amicus.Homo ſimplex. Animi natura ſimplex.*

SIMPLICITER, *ſingulari modo,apertè,ſincerè.)(.dupliciter & bipartitò*.1.Acad.6. Illi enim ſimpliciter pecudis & hominis idem bonum eſſe cenſent.pro Ar.32.Qua de cauſa pro mea conſuetudine breuiter ſimpliciterque dixi. Poſtquàm ad Quir. 24.Mihi in ſententia ſimpliciter referenda fides non deerit. 2. Offic.31. Si eſt ſimpliciter breuiterque dicendum.2.de Inuent.11.Exponere aliquid ſimpliciter ſine vlla exornatione. 4. Acad. 112.Cum ſimplici homine ſimpliciter agerem, nec magnoperè contenderem. 2. de Inu. 102.Simpliciter & ex ſua vi conſiderari. 8.Fa. 6. Ne parum ſimpliciter & candidè inimicitias poſuiſſe videare.2.de Or.158.Si ſimpliciter dictum ſit.)(*.ſi coniunctè ſit elatum*. Top.84.Aut ſimpliciter,aut comparatè.1. Offic. 92. Viuere ſimpliciter,fideliter,vitæque hominum amice.‖3.de Or. 147.Quorum primùm nobis ratio ſimpliciter videnda eſt.

☞ Syntaxis. *Breuiter ſimpliciterq; dicere. Simpliciter ſine exornatione.Simpliciter viuere,fideliterq;.*

SIMPLVM. Top.49.Vt duplum,ſimplum.

SIMPVLVM, vel SIMPVLLVM. *vas fictile,liquorem minutatim fundens,quo mulieres potiſſimùm libabant in ſacrificijs*.3. de L. 36. Excitabat enim fluctus in ſimpulo,vt dicitur, Gratidius, quos poſt filius eius Marius in Ægæo excitauit mari.*prouerbium.*

SIMVL, *vnà,pariter,communiter,cùm,in vnum,ſimul ac*.2.de Di.33. Arbores cum luna ſimul ſeneſcentes tempeſtiuè cædi. 6. V.69. Tui nominis æterna memoria ſimul cum templo illo conſecrantur.1.de Inu.27. Simul cum rebus ipſis.1. Acad. 3. Res quas tecum ſimul didici. 15. Fa.4. Quint. frater mecum ſimul.16.9. Simul nobiſcũ.pro Dõ.17.Senatus autoritas mecum ſimul reducta eſt.9.Fam.1.Dũmodò ſimul ſimus.de Clar.228.Q.Hortenſij ingeniũ vt Phidiæ ſignũ ſimul aſpectum & probatum eſt.1. At. 1. Demonſtraui hoc illi,ſimul & illud oſtendi,&c.5.Fa.12.Et ſimul ſi,&c.1.At.13.Quæris ex me,&c.& ſimul ſcire vis, &c.1.V. 12.Simul in iure,&c.7.83. Simul quod,&c. pro Corn.56. Simul illud neſciebat,&c.1.Q.Fr.1.27.Simul & illud cogita,&c.4.Aca. 51.Itaque ſimul vt experrecti ſumus,viſa illa contemnimus.4. Tuſ.5.Simul vt accepi,&c.Itẽ,ſi omnia ſimul conceſſeris.5.Att. 10.Propter propinquitatem totos dies ſimul eramus iuncti. 12. 25.de voluntate tua vt ſimul ſimus,non dubito.3.de Orat.10.Et cum Rep. pariter vixiſſe, & cum ea ſimul extinctum eſſe. 2. de Inuent. 144. Alexandrum Pheræum vxor ſua cùm ſimul cubaret, occidit.6. Attic. 2. Qui ſcribis te interdum morderi quòd non ſimul ſis.2.de Orat. 142. Abiicere voluntatem diſcendi ſimul cum ſpe perdiſcendi.de Ar.1.Simul.*pro poſtquàm.*

☞ Syntaxis. *Cum luna ſimul. Tecum ſimul venio.Simul nobiſcum. Simul aſpectus & probatus es. Quæris,&c.& ſimul petis. Simul experrecti ſumus.Simul vt ſenſi me,&c.*

SIMVLAC. 2. de Orat.117.Vt ſimulac poſita ſit cauſa, habeant quò ſe referant.1.de Nat.109.15.Fam.16. Quod ſimul ac mihi collibitum eſt, præſtò eſt imago. 3. V. 34. Simulac primùm ei occaſio viſa eſt. 4. V. 46. Simulac poteſtas primùm data eſt. 4. Acad.51.Simulac ſe ipſa commouit.‖de Aruſp.1.

SIMVLACRVM, *imago,forma,ſpectrum,idolum,effigies,ſpecies,exemplar*. pro Ar. 30. Statuæ & imagines non animorum ſimulacra ſunt,ſed corporum.5.Fam.12.Atque ibi artifices corporis ſimulacra ignotis nota faciebant.2.de Inu. 1. Zeuxis Helenæ ſimulacrum pinxit.4.V.159. Effigies ſimulacrúmque Mithridatis.1. 3.Simulacra ſanctiſſima deorum.pro Dõ.111. Mulieris ſimulacrum è marmore Ibidem.110. Libertatis ſimulacrum in domo hac collocabas.2.de Diu.71. Hæc auſpicia quibus vtimur,ſimulacra ſunt auſpiciorum,auſpicia,nullo modo.10. Famil. 1. Nec omninò ſimulacrum aliquod aut veſtigium ciuitatis.1. Offi.46. Simulacra virtutis.* 2.de L.Græcia Cupidinum & amorum ſimulacra in gymnaſiis conſecrauit.

† ADIVNC. Aeternum,de Vniuer. Auguſta,& ſancta,2.de N.Antiqua, perampla atque præclara, ſed non ita antiqua, perantiquum,perantiquiſſimum, religioſum, religioſiſſimum, ſumma atque antiquiſſima præditum religione, tum ſingulari opera artificióque perfectum,6. V. Maius,3.Ver.Multa deorum,1.de Nat.Mutum, 2.de Inu.Nota.)(.Ignota,10.Fam.Sanctiſſimum & pulcherrimum, 7. V. Sanctiſſima, 1. Verr. Secreta,2.de Fin.

☞ Syntaxis. *Statuæ & imagines corporum ſunt ſimulacra. Effigies ſimulacrúmque. Simulacrum aut veſtigium ciuitatis.*

SIMVLATE. 2.de Nat.168.Siue ex animo id ſit,ſiue ſimulatè.1. Qu.Fr.1.10. Fictè aut ſimulatè loqui.

SIMVLATIO, *ſpecies ſimulationis, ſpecies quædam aſſimulatæ virtutis*. 2.Offi.43. Qui ſimulatione & inani oſtentatione ficto nõ modò ſermone, ſed etiam vultu ſtabilem ſe gloriam conſequi poſſe rentur, vehementer errant. 3. 60. Ex omni vita ſimulatio diſſimulatióque tollenda eſt.de Am.94. Simulatio omnium rerum vitioſa eſt:tollit enim iudicium veri, idque adulterat.Qu. de Pet. 2. In paucorum menſium negotio ſimulatio poteſt naturam vincere.2.de Orat.191.Nihil opus eſt ſimulatione & fallaciis.1.de Nat.3.In ſpecie fictæ ſimulationis pietas eſſe non poteſt.1.Fa.9.Fronte ac vultu, quibus ſimulatio facillimè ſuſtinetur.Poſtquàm ad Quir.21. Qui per ſimulationem amicitiæ me prodiderunt. de Cl.53. Qui ſummam prudentiam ſimulatione ſtultitiæ texerit.pro Pomp.66.Hoſtium ſimulatione contrà ſocios exercitum mittitis. pro Syll. 54. Gladiatores emptos eſſe Fauſti ſimulatione.2. contra Rul.15. Legis Agrariæ ſimulatione atque nomine.3.Offic.98. Vlyſſes ſimulatione inſaniæ militiam ſubterfugere voluit.7.A.25.Ne æquitatis ſimulatione fallamur.7.At.1.Quàm non eſt facilis virtus,quàm verò difficilis eius diuturna ſimulatio.1. Qu.Fr. 3. Is me ſumma ſimulatione amoris inſidioſiſſimè tractauit. 1.Off.44.Talis ſimulatio vanitati eſt cõiunctior,quàm liberalitati aut honeſtati.2. cont.Rul. 16.Simulatio largitionis. * Incert. Nullæ ſunt occultiores inſidiæ,quàm quæ latent in ſimulatione officij.

† ADIVNC. Aperta,16.At.Apta,ad tempus,pro Mil. Bella pietatis, & quæſtuoſa,4.Ver.Coniunctior vanitati quàm liberalitati,1.Offic.Difficilis,diuturna,7.Attic.Fallax virtutis,1.Acad.Ficta,2. de N.Inſidioſæ, 1.cont.Rull.Inueterata,6.Att.Periculoſa,14.Att.Summa,1.ad Q.Frat. Verboſa prudentiæ,pro Mur.Vitioſa,de Amic.

☞ Synt.

☞ Syntaxis. *Simulatio & inanis oſtentatio, ficto ſermone ac vultu. Simulatio & fallacia. Ficta ſimulationis ſpecies non habet pietatem. Suſtinetur fronte ac vultu ſimulatio. Pacis ſimulatione ac nomine. Inſidioſè tractare quempiam amicitiæ ſimulatione.*

SIMVLATOR, *adulator, aſſentator.* Qu. de Pet. 30. Quibus rebus beneuolus & ſimulator diiudicari poſſint.

¶ *Irriſor.* 1. Off. 108. De Græcis autem dulcem & facetum feſtiuíque ſermonis, atque in omni oratione ſimulatorem, quem Græci εἴρωνα nominauerunt, Socratem accepimus: contra Pythagoram & Periclem, &c.

† ADIVNCT. Dulcis, & facetus, 1. Off. Studioſus, 1. ad Qu. Frat.

SIMVL atque, *commodè, cùm, quum primùm.* 1. At. 17. Alij ſimul atque hoc noſtrum legerunt, neſcio quo pacto retardantur. 4. V. 17. Qui ſimul atque venit, ſtatim, &c. 3. Fa. 9. Simul atque adeptus eris. 8. At. 11. Simul atque aliquid audiero, ſcribam ad te. 8.
♣ A. 31. Is quotidiè ſimul atque luceret, &c. ‖ 2. de Or. 214. Simul atque poſitum eſt.

SIMVLATVS, *aſſimulatus, fictus, imitatione ſimulatus, fucatus, adumbratus, irritus.* )( *ſincerus, verus.* Poſtq. in Sen. 12. Cùm eum præter ſimulatam irritámque triſtitiam nihil commendaret. 2. 2. Offi. 43. Ficta omnia celeriter tanquàm floſculi decidunt, nec ſimulatum quicquam poteſt eſſe diuturnum. pro S. R. 112. Cur meis commodis officio ſimulato officis? pro Cec. 14. Fictum officium & ſimulata ſedulitas. 11. A. 5. Complexus ſummæ beneuolentiæ indices extiterunt in amore ſimulato. 9. Att. 7. Homeri illa Minerua ſimulata Mentoris. 2 de Nat. 88. Multis par-
♣ tibus ſunt illa perfecta quàm hæc ſimulata ſolertiùs. ‖ 2. de Or. 189. In eóque nihil eſſet niſi falſum & imitatione ſimulatum.

☞ Syntaxis. *Simulatum irritumq́ue. Fictum ac ſimulatum. Solertiùs perfectum eſt hoc, quàm illud ſimulatum.*

SIMVLO, *aſſimulo, ſpecie ſimulationis oſtento.* pro Pomp. 9. Mithridates Boſphoranis finitimis ſuis bellum inferre ſimulauit. pro Cl. 27. Ille ſe tamen tum proficiſci ſimulauit. 10. Fa. 8. Multa & ſimulaui inuitus, & diſſimulaui cum dolore. 1. Offic. 108. Solon quò reip. prodeſſet, furere ſe ſimulauit.

† ADVERB. Benè, 10. Att. Facilè, & libenter, 7. Ver. Perbellè, 16. Fam. Solertiùs, 2. de Nat.

SIMVLTAS, *inimicitia.* pro Clu. 80. Cluentius à matre habebat ſimultates. pro Planc. 76. Is ſimultates quas mecum habebat depoſuit. pro Flac. 88. An ſimultates neſcio quas cum libertis ſuis Flaccus exercet? 8. Fa. 6. Cum quo ſimultates tibi non fuiſſent. 14. At. 3. Gerere ſimultatem cum aliquo. pro Pomp. 71. Multas ſimultates partim obſcuras, partim apertas ſuſcepi. 2. Fa. 19. 3. ad Her. 4. & 2. At. 19. Vetus noſtra ſimultas. 3. At. 3. Simultatem humaniſſimè deponere. 1. Qu. Fr. 1. 16. Ex quibus nonnullas ſimultates cum magna mea lætitia ſuſceptas habemus.

† ADIVNCT. Magnæ, 1. Qu. Frat. Multæ, partim obſcuræ, partim apertæ, non neceſſariæ, non inutiles, pro Pomp. Vetus, 3. Att.

☞ Syntaxis. *Ab aliquo ſimultates habere. Simultates cum aliquo habere, deponere, exercere, eſſe alicui cum aliquo. Simultates apertas ſuſcipere.*

SIMVL vt, *ſimulac.* 4. Tuſc. 5. Simul vt velle cœpiſſent. ‖ ibid. 51.
♣ & 6. Fam. 18. Simul vt accepi à Seleuco tuo literas. 10. Att. 4. Simul vt videro Curionem.

SIN, *vel,* SI. 9. Attic. 18. Si mihi veniam quam peto dederit, vtar conditione: ſin minùs, impetrabo aliquid à me ipſo. 2. Qu. Fr. 8. Si perficiunt, optimè: ſin minùs, ad noſtrum Iouem reuertamur. 3. Attic. 22. Ego vt conſtitui, adero, atque vtinam tu quoque eodem die: ſin (quid enim multa?) vtique poſtridiè. 2. Offi. 33. Sin autem id non ſit eiuſmodi, &c. *id eſt, ſi.* 3. Famil. 8. Si erit ciuitas, &c. ſi non erit. &c. 12. 2. Si abeſtis, &c. ſin, &c. 15. 14. Si potes, &c. ſin planè non potes, &c. pro S. R. 137. Sin id actum eſt, vt, &c. tum verò, &c. 1. C. 10. Educ tecum omnes tuos: ſin minùs, quàm plurimos.

☞ Synt. *Sin minùs. Sin autem. Sin non. Sin planè non.*

SINE, *abſq́ue, citra, extra.* pro Seſt. 74. Omnes certatim de mea ſalute ſine vlla varietate dixerunt. Qui. de Pet. 22. Homo iners, ſine officio, ſine ingenio, cum infamia multis ſeptus amicis. pro Cæl. 78. Homo ſine re, ſine fide, ſine ſpe, ſine ſede, ſine fortunis, &c. in Vat. 15. Dicam ſine cunctatione quod ſentio. 1. de Orat. 235. Hæc enim ars ſine controuerſia magna eſt. 3. de Nat. 25. Chryſippus homo ſine dubio verſutus. 1. Offic. 72. Sine vllo errore & abiecta omni cunctatione.

☞ Syntaxis. *Sine ingenio, cum infamia, quinquies repetitum Sine.*

SINGILLATIM, *ſingulatim.* 1. de Inuen. 49. & 98. Singillatim vnamquanque rem attingere. Ibidem. 107. 2. A. 92. Ciuitas non ſingillatim, ſed prouinciis totis dabatur.

SINGVLARIS, *maximè rarus, ſummus, inauditus, incredibilis, diuinus.* )( *vulgaris.* 2. ad Her. 49. Non vulgare, ſed ſingulare maleficium. 4. 13. Singularis pœna 2. de Inuen. 112. Beneficium ſingulare. 4. C. 5. Primùm quòd mihi gratias egiſti ſingularibus verbis, &c. 1. de Orat. 17. Antonij incredibilis quædam & propè ſingularis & diuina vis ingenij. 3. 13. Incredibilis & ſingularis amor in aliquem. 14. At. 16. Singularis & incredibilis virtus. 13. Fam. 54. Singularis & propè incredibilis fides. Poſtquàm in Sē. 5. Singularis & præſtantiſſima virtus. P. Lentuli. pro Pom. 3. Singularis eximiáque virtus Pompeij. pro Syll. 1. Sed ita tulit caſus, vt tum communi ambitionis inuidia, tum ſingulari Antonij odio euerteretur. 1. Famil. 9. Communi officio, non aliquo ſingulari beneficio. 2. de Diu. 97. Qui animo atque ingenio ſingulares. 10. Famil. 9. Animus ſingularis & opera præcipua. 13. 41. Ago tibi gratias ſingulares. 1. 7. Rutilium & fide & animo ſingulari. 5. de Fini. 56. Homo ſingulari nequitia præditus. de Cl. 292. Summus & ſingularis vir.

¶ *Solus.* 2. contra Rull. 96. Singularis homo priuatus, niſi magna ſapientia præditus, vix facilè ſeſe continet.

¶ *Singulus.* 1. Acad. 26. Quintum genus eſſe dicunt, è quo aſtra ſunt mentéſque ſingulares. *id eſt, ſingulæ, vel ſingulorum.*

¶ *Proprius, peculiaris.* 5. Ver. 206. Sunt quædam in me ſingularia, quæ in nullum alium conuenire poſſunt.

¶ *Vnus, vnicus.* de Vn. 10. Singularem Deus hunc mundum atque vnigenam procreauit.

† ADVERB. Omninò, 5. Ver. Propè ſapientia, 4. Fa. Propè vis ingenij, 1. de Orator.

☞ Syntaxis. *Singularis & vnigena eſt mundus. Singulare bonum, malum. Verba ſingularia, animus, odium, nequitia. Ingenio ſingulari: & Singulari ingenio. Singularis & eximius, &c.*

SINGVLARIE. pro Singulariter, *quaſi vnicè, teſte Chariſio lib. 2.*

SINGVLARITER, *vnicè, ſimpliciter, & ſingulari modo.* )( *, dupliciter & bipartitò.* 4. V. 117. Quem ego in quæſtura mea ſingulariter dilexiſſem.

SINGVLATIM, *ſingillatim.* 1. 72. Quæ ſingulatim & diu collecta ſunt, vno tempore vniuerſa perdere. Ibid. 50. Singulatim vnicuique reſpondere. *Lege*, DIV, & SINGVLI.

SINGVLI, *quiſque, vnuſquiſque.* 3. de Ora. 209. Refert etiam qui audiant frequentes, an pauci, an ſinguli. Ora. 224. Sæpe ſingulis vtendum eſt, plerumque binis, non ferè ternis ampliùs. 7. V. 132. Non modò plures, ſed ne ſinguli quidem poſſint accedere. 3. de Ora. 196. Veteres cùm circuitum verborum facere non poſſent, terna, aut bina, aut nonnulli ſingula etiam verba dicebant. Ibid. Dixi de ſingulorum laude verborum, dixi de coniunctione eorum, &c. 2. de Inu. 46. Cùm ex ſingulis, tum ex coniunctis argumenta naſcuntur. 2. cont. Rul. 4. Itaque me non ſingulæ voces præconum, ſed vna voce vniuerſus populus conſulem declarauit. 4. C. 12. Qui ſingulas vniuſcuiuſque domos, & hoc vniuerſum reipub. domicilium delere conati ſunt. Anteq. 4. Beneficia quæ ſingulis priuatimque dantur. )( *. vniuerſis.* Ibidem. Neq; veriùs à ſingulis quàm ab omnibus repetere officij præmium & fructum. 2. de Fin. 42. Singula potiùs, quàm omnia. 2. de Ora. 52. Pont. Max. res omnes ſingulorum annorum mandabat literis. Orat. 212. Duo extremi chorei ſunt: id eſt è ſingulis longis & breuibus. 2. de Nat. 88. Quod efficitur in cœlo ſingulis diebus & noctibus. Ibid. 102. Sol binas in ſingulis annis reuerſiones facit. 5. At. 7. Quotidiè vel potiùs in dies ſingulos breuiores literas ad te mitto. 4. 15. Singulis diebus vſque ad Cal. facere aliquid. *id eſt, quotidiè.* pro Mur. 25. Qui ſingulis diebus ediſcendos faſtos populo propoſuit. de Cl. 333. Vix ſingulis ætatibus bini oratores laudabiles conſtiterunt. 1. de Ora. 8. Vix autem ſingulis ætatibus ſinguli oratores tolerabiles inuenti ſunt. pro S R. 89. Etenim in ſingulis rebus eiuſmodi materies eſt, vt ſingulos dies poſſis conſumere. 1. de Nat. 80. E gregibus epheborum, vix ſinguli reperiuntur pulchri. de Cl. 207. Vt cauſæ ſingulæ defendantur à pluribus. Poſtq. in Sen. 19. Vobis ſingulis & egi, & agam gratias vniuerſis. pro Dom. 44. Hoc ferre ciuitas poteſt, vt ſinguli ciues ſingulis verſiculis è ciuitate tollantur? Poſtq. ad Quir. 21. Sic vlciſcar facinora ſingula, quemadmodum à quibuſque ſum prouocatus. 3. de N. 86. Dij nec agellos ſingulorum, nec viticulas perſequuntur. 2. de Ora. 5. Cæteræ ferè artes ſeipſę per ſe tuentur ſingulæ. 3. Qu. Fr. 3. Comitiorum quotidiè ſinguli dies tolluntur obnunciationibus. 16. Fa. 8. Ego ſingulos Euripidis verſus, ſingula eius teſtimonia puto. 2. de Fin. 19. Illi ſingulis finibus vtuntur. 1. Fa. 7. Difficile eſt dictu de ſingulis. 9. At. 18. Cæſar legiones ſingulas poſuit Brundiſij, Tarenti, Siponti. 7. 14. Sanè commodè Pompeius diſtribuit binos ſingulis partibus familiarum. 2. Qu. Fr. 14. Candidati H-S. cccc. in ſingulos apud M. Catonem depoſuerunt. 4. V. 133. Deſcribebat Cenſores binos in ſingulas ciuitates. Ibid. 126. Lex eſt quæ in annos ſingulos Iouis ſacerdotem ſortitò capi iubebat. 1. C. 5. Creſcit in dies ſingulos hoſtiũ numerus. *id eſt, quotidiè.* 2. cont. Rul. 32. Stipatores ducentos in annos ſingulos conſtituit. Ibid. 84. Et in eo agro dena deſcripſit in ſingulos iugera. 2. de Leg. 29. Plures deorum omnium, ſinguli ſingulorum ſacerdotes ſunt. 2. At. 22. In dies ſingulos ſtudia hominum in nos augentur. 2. de Nat. 163. Quę ſi ſingula vos fortè non mouent, vniuerſa certè tamen inter ſe coniuncta atq; connexa mouere debebunt. Ibid. 164. Nec verò vniuerſo generi hominum ſolùm, ſed etiã ſingulis à diis immortalibus cõſuli & prouideri

prouideri ſolet. Ibidem. Dij ſeparatim ab vniuerſis ſingulos diligunt. 6. Att. 3. Scaptius centeſimis renouato in ſingulos annos fœnore, contentus non fuit. 2. Off. 29. Quæ ſi populo Ro. acciderunt, quid debent putare ſinguli. 5. A. 54. Quantam pecuniam militibus in ſingulos Cæſar pollicitus ſit, tantam dari placere. de Vn. 37. Et ſingulos adiunxit ad ſingula.

☞ Syntaxis. *Singulis priuatimq; data beneficia. Quotidiè, vel potiùs in dies ſingulos. Bini milites in ſingulas domos. Militibus in ſingulos pecuniam polliceri magnam.*

SINGVLTVS, *gemitus: etiamſi aliud eſt ſingultus, tamen propinqua ſunt.* pro Pl. 76. Non modò lacrymulam, ſed multas lacrymas & fletum cum ſingultu videre potuiſti.

SINISTER. 2. de Diuin. 82. Quanquàm haud ignoro quæ bona ſint, ſiniſtra nos dicere, etiamſi dextra ſint: ſed certè noſtri ſiniſtrum nominauerunt, externi dextrum.

SINISTRA, *laua.* 1. de D. 85. Cur à dextra coruus, à ſiniſtra cornix faciat ratum. 6. A. 12. Aſpicite à ſiniſtra, &c.

SINISTRA, *aduerbium.* 4. Acad. 125. Suprà, infrà, dextrà, ſiniſtrà, antè, pòſt.

SINO, *permitto, patior, fero, locum do.* pro Planc. 87. Qui Senatum Senatui parére non ſiuerunt. 6. Famil. 1. Nec vertere à miſeriis cogitationem ſinunt. 1. de Fin. 63. Improbitas nunquam ſinit eũ reſpirare. pro Dom. 92. Tu ſororem tuam virginem eſſe non ſiniſti. 11. A. 32. Non ſiuerunt. pro Cecin. 64. Non deieci, ſi non ſiui accedere. 1. C. 10. Non feram, non patiar, non ſinam. 5. At. 21. Nullos honores mihi niſi verborum, decerni ſino.

SINOR, *permittor.* pro Seſt. 95. Accuſare eum moderatè, à quo nefariè accuſatur, per Senatus autoritatem non eſt ſitus.

SINOPE, *vrbs Ponti.* 3. V. 87. pro Pom. 21.

SINVESSA, *vrbs.* 9. Atti. 19.

SINVESSANVS, 12. Fam. 20. Sinueſſanum diuerſoriolum.

SINVS, *curuatum littus.* pro Pomp. 31. Maris omnis ſinus atque portus. 7. V. 144. Illi qui ſinus quoſdam obſediſſe maritimos dicuntur. 7. 30. Vbi primùm ex alto ſinus ad vrbem inflectitur. 16 Att. 6. Duo ſinus fuerunt, quos tranſmitti oportet.

¶ *Gremium, complexus.* 7. V. 146. Cedò mihi ex ipſius ſinu literas. 2. de L. 63. Vt ſinus & gremium quaſi matris mortuos tribueretur. 2. Qu. Fr. 12. Cæſar mihi credere, in ſinu eſt, neque diſcingor. 2. At. 24. In ſinu ac familiaritate adoleſcentis, *aliàs*, inſinuatus in, *&c.* pro Cæl. 59. E ſinu gremióque patriæ abſtrahi. 14. Famil. 4. Iſte verò ſit in ſinu ſemper & complexu meo. 2. C. 22. Poſtremum genus eſt de delectu Catilinæ, imò verò de complexu eius ac ſinu. 3. V. 27. Calumniatores de ſinu ſuo appoſuit. 5. Tuſc. 5. Conſurgere in ſinum alicuius. ad Br. 7. Bibulum noli dimittere ex ſinu tuo. I. P. 91. Ætolia procul à barbaris diſiuncta gentibus in ſinu pacis poſita, medio ferè Græciæ gremio continetur.

¶ *Spira.* 2. de Nat. 106.

*Et draco conficiens ſinus è corpore flexos.*

† ADIVNCT. Flexi è corpore, 2. de Natur. Maritimi, 6. Verr. Medius, 2. de Natur.

☞ Syntaxis. *In ſinum & complexum ſuorum venire. E ſinu proferre literas. In ſinu & familiaritate. Sinus ac gremium patriæ. De ſuo ſinu calumniatores apponere. In ſinum Cæſaris confugere. In ſinu pacis poſita regio. Flexi ſinus draconis. In ſinu eſſe, id eſt, eſſe chariſſimũ.*

SIPARIVM, *velum, quo ſcena obtendebatur, aulæum.* de Prou. 14. Piſo cum Græcis iam in Orcheſtra helluatur, anteà poſt ſpatium ſolebat.

SIPONTINVS, *à Siponte oppido.* 2. contra Rull. 70. Niſi mauultis in Sipontina ſiccitate collocari.

SI quando. 1. de Orat. 152. Si quando in dicendo ſcriptum attulerit aliquid. 2. de Inu. 58. Si quando hæc incidunt. de Cl. 322. Ex qua ſi quando opus fuerit, excitet, &c. de Am. 24. Itaq; ſi quando extitit.

SIQVID. 3. At. 15. Si quid in te peccaui, ac potiùs, quoniam peccaui. 1. 9. Et nebulonem illum, ſi quo pacto potes, ex iſtis locis amoue. 11. 6. Si qui alij. 2. 16. Si qui ea de cauſa venerunt. 15. Fam. 14. Si quæ ſunt onera.

SIQVIDEM, *ſi tamen, quippe ſi.* de Clar. 39. Videſne, quàm ſerò eloquentia prodierit in lucem? ſiquidem, &c. 1. Tuſcul. 3. Antiquiſſimum è doctis eſt genus poëtarum, ſi quidem Homerus fuit ante Romam conditam. 2. C. 7. O fortunatam rempub. ſiquidem hanc ſentinam eiecerit. pro Flac. 15. O morem præclarum, quem à maioribus accepimus, ſiquidem teneremus. Ibid. 39. O paſtores, &c. ſiquidem, &c. 9. Fa. 12. Gratulor Baiis noſtris, ſiquidem, vt ſcribis ſalubres repentè factæ ſunt. 10. 33. Robur & ſoboles militum interiit, ſiquidem quæ nunciantur, vera ſunt.

¶ *Quoniam.* Orat. 81. Siquidem eorum eſt gemmare vites. 6. Att. 1. Quare non ἴχεται tua induſtria, quod vereris, ſed præclarè ponitur, ſiquidem id egiſti, vt ego delectarer. Parad. 3. Etiámne in minimis rebus? ſiquidem rerum modum fingere non poſſumus, animorum motum tenere poſſumus.

SI quò. 8. Att. 2. Eas ſi quò ille miſit, in publico, &c.

SIRENES, *marina (vt eſt in fabulis) monſtra.* 5. de Finibus 49. Quæ de Sirenum cantibus Homerus finxerit: neque enim Vocum ſuauitate videntur, aut, &c.

SIS, *Lege*, SODES. pro S. R. 48. Agè nunc, refer animum, ſis, &c.

SISAPO, *oppidum in Hiſpania.* 2. A. 48. Tanquàm Siſaponem. *prouerbium.*

SISTO, *exhibeo.* 3. Att. 25. Fac, vt te ante Cal. Ian. vbicunque erimus, ſiſtas. 10. 17. Te vegetum nobis in Græcia ſiſte. 5. V. 223. Remp. ſiſtere non poſſe. 3. Off. 45. Vas factus eſt alter eius ſiſtendi, vt ſi ille nõ reuertiſſet ad diem, moriendum eſſet ſibi ipſi. pro Quin. 29. Venit Romam Quintius vadimonium ſiſtit.

SISTOR. Ibidem. Ita tamen diſcedunt, vt Idibus Septembribus P. Quintium ſiſti Sex. Alphenus promitteret. Ibidem. 67. Alphenus promittit Næuio ſiſti Quintium.

☞ Synt. *Vas ille eſt illius ſiſtendi. Vadimonium ſiſtere. Tibi ſiſtitur ille.*

SISYPHVS, *perſona pëtica, de quo homine Virg. Æn.* 6. 1. Tuſc. 10. Siſyphus verſat ſaxum.

SITELLA, *ciſta in qua colligebantur ſuffragia.* 1. de Natu. 107. Defero ſitellam. *pro C. Cornelio. Dum ſitella defertur. Ibid. Sitellam ipſam cum ipſo interceſſore defero.

SITTIBÆ, *membranulæ, quarum integumento libri à pulueris temporiſq; iniuria diutiùs integri conſeruantur.* 4. Att. 5. Bibliothecam mihi tui pinxerunt conſtructione & ſittibis.

SITIENS, *cupiens.* 5. Tuſc. 16. Ego eò grauiùs ardentiúſque ſitiẽs voluntates. pro Planc. 13. Deinde ſitientem me virtutis tuæ deſeruiſti. I. P. 61. Ipſe cum paucis ad portam ſitiens perueni.

SITIENTER, *auidè.* 4. Tuſc. 37. Nec ſitienter quid appetens.

SITIO. 3. Qu. Fr. 1. Ipſi fontes iam ſitiunt. Orat. 81. Gemmare vites, ſitire agros. 5. Ant. 20. Etenim aderat L. frater, qui ſanguinem noſtrum ſitiebat. 3. Qu. Frat. 5. Nec honores ſitio, nec deſidero gloriam.

† ADVERB. Ardentiùs, grauiùs, 5. Tuſc.

☞ Syntaxis. *Gloriæ, virtutis ſitiens. Sitienter appetere. Honores ſitire. deſiderare gloriam.*

SITIS, 1. de Fin. 37. Cum cibo & potione fames ſitíſque depulſa eſt. 1. Tuſcu. 10. Siti enectus Tantalus. Parad. 1. Nunquàm expletur, nec ſatiatur cupiditatis ſitis. de Sen. 26. Literas Græcas ſic auidè arripui, quaſi diuturnam ſitim explere cupiens. 5. A. 19. Ipſe declamauit ſitim quærens.

† ADIVNC. Condimentum potionis, 2. de Finib. Diurna, de Sen.

SITVRVS. 2. Qu. Fr. 5. Cato concionatus eſt, comitia haberi non ſiturum.

SITVS, *poſitus, locatus.* 6. V. 106. Qui locus, quòd in media eſt inſula ſitus, vmbilicus Siciliæ nominatur: id eſt, nemus Ennenſiũ. 1. de N. 35. Vim diuinam in natura ſitam eſſe. pro Dom. 15. Spes otij & concordię in meo reditu ſita videbatur. 5. Tuſc. 35. Quid? tu in eo ſitam vitam beatam putas? Anteq. 12. In eorum poteſtate ſita ſalus noſtra eſt. 4. Acad. 37. Aſſenſio, quæ in noſtra ſita eſt poteſtate. pro Mur. 83. Huius rei poteſtas omnis in vobis ſita eſt, iudices. 7. Att. 9. Si pugnandum eſt, quo tempore, in caſu: quo conſilio, in tempore ſitum eſt. 1. de D. 30. Qui lituus ſitus eſt in Curia Saliorum. 1. Offic. 4. In officio colendo ſita vitæ eſt honeſtas omnis. 2. Fam. 5. Vel quòd excelſo & illuſtri loco ſita laus tua ſit. pro Ar. 1. Huic profectò ipſi, quantùm eſt ſitũ in nobis, opem feremus. 3. de Orat. 62. Hæc enim ſita ſunt ante oculos. 5. Tuſc. 94. Obſcœnas voluptates faciles, communes in medio ſitas eſſe. 1. 4. Summam eruditionem Gręci ſitam cenſebant in neruorum vocúmque cantibus. 4. Acad. 39. Vbi virtus, ſi nihil ſitum eſt in ipſis nobis. 1. de Fin. 57. Eſt autem ſitum in nobis, vt, &c. 2. de D. 86. Eo loco, vbi nunc fortunæ ſita ædes eſt. de Fat. 40. Si cauſa appetitus non eſt ſita in nobis, ne ipſe quidem appetitus eſt in noſtra poteſtate. 2. de Leg. 57. Hic eſt ille ſitus, &c. nam ſiti dicuntur hi qui conditi ſunt. 2. de L. 56. C. Marij ſitas apud Anienem reliquias diſſipari iuſſit Sylla.

☞ Syntaxis. *Quid agatur, quid accidat, in tempore ſitum eſt. Faciam quantum in me ſitum eſt. Situm corpus: pro ſepultum.*

SITVS, *poſitio, natura.* 2. cont. Rull. 40. Vrbs & natura & ſitu, & deſcriptione ædificiorum. 2. de Diuin. 138. Oppidorum ſitus. 1. Tuſ. 45. Terræ ſitus, forma, circumſcriptio. 7. V. 26. Syracuſarum hic ſitus atque hæc natura eſſe loci cœlique dicitur. 4. Acad. 61. Eius loci quem incolebant, ſitus. 6. V. 3. Ciuitas ſitu, mœnibus, portúque ornata. Ibid. 117. De Syracuſis: nam & ſitu eſt communito, cùm pæclaro ad aſpectum. 2. de N. 153. Figura ſitúſque membrorum. 4. Acad. 122. Situs partium corporis. Ibidem. 19. Et ſitus earum rerum, quas intuemur, &c. 2. de Diu. 96. Plus terrarum ſitus, quàm lunę tractus ad naſcendum valere. 2. Qu. Fr. 15. Quos tu ſitus, quas naturas rerum & locorum, quem verò ipſum imperatorem habes?

¶ *Illuuies, ſordes, ſqualor,* 3. Tuſcul. 26. Situ nidoris barba pedore horrida.

† ADIVNC. Communitus ex omni parte, & præclarus ad aſpectũ, 6. V.

☞ Syntaxis. *Vrbs natura & ſitu: & contrà. Situ ornatum oppidum. Situs communitus, & ad aſpectum præclarus. Situs nidoris.*

SIVE, *ſeu,vel.* pro Seſt.109. Venio ad comitia ſiue magiſtratuum ſiue legum placet.2.de D.120.Siue ſic eſt,ſiue illo modo.8.Att. 3. Nil perturbatius hoc ab vrbe diſceſſu, ſiue potiùs turpiſſima fuga.1.Q.Fr.2. Siue tua natura paulò acrior,ſiue quædam dulcedo iracundiæ,ſiue dicendi ſal,&c.2.de Leg.1. Nam illo loco libenter vti ſoleo, ſiue quid mecum ipſe cogito, ſiue aliquid ſcribo aut lego.

SMYRNA, *vrbs.* pro Flac.74.Cur non Pergami? Symyrnæ.

SMYRNÆVS. pro Arch.19.

SOBOLES, *propagatio,proles.* 10.Fam.33. Robur & ſoboles militum interiit.1. Offic.54. Quæ propagatio & ſoboles origo eſt rerumpub.2.A.54. Omnes ſoboles iuuentutis. 3.de Orat.151. Proles,ſoboles,effari, nuncupari. 3.de Leg.7. Cenſores populi, ciuitatis ſoboles,familias, pecuniáſque cenſento.pro Mar.24. Propaganda ſoboles.

| † ADIVNCT. Socia,2.Tuſc.ex Aeſchyl.

☞ Syntaxis. *Propagatio & ſoboles,Propagare ſobolem.*

SOBRIE. 1.Off.106.Parcè,continenter,ſobriéque viuere.

SOBRINI, *qui quaue ex fratribus, vel ſororibus, patruelibus, vel conſobrinis,vel amitinis generantur.* 1.Off.54. Sequuntur fratrum coniunctiones, pòſt conſobrinorum ſobrinorúmque: qui cùm vna domo iam capi non poſſint,in alias domos tanquàm in colonias exeunt.

SOBRIVS, *ſiccus.*)(*.vinolentus,ebrioſus.* Or.99.Furere apud ſanos, & quaſi inter ſobrios bacchari vinolentus videtur.5.V.67.Homines ſatis ſanè frugi ac ſobrij. pro Cæl. 74. Sobrius vir.2.de ♣ Ora.140.Sobrius orator.‖4. Ac.52. Nec vinolenti quidem quæ faciunt,eadem approbatione faciunt qua ſobrij.

SOCCVS, ci, *Græcorum calceamentum,vt calceus Romanorum: quo tamen etiam Romanæ mulieres vtebantur.* pro Rab.Poſt.27. Conſularis homo ſoccos habuit & pallium.3.de Ora.125. Pallium quo amictus,ſoccos quibus indutus eſſet.

SOCER, *vxoris meæ pater.* pro Seſt.6. Ademit Albino ſoceri nomen mors filiæ. 6.Att.6. Ego dum Appium orno, ſubitò factus ſum accuſatoris eius ſocer.

SOCIALIS. 1.V.18. Hæc lex ſocialis eſt.4.15. Lege iudicióque ſociali.

SOCIATVS. de Am. 85. Solitarius.)(*. coniunctus & ſociatus cum altero.* 1. de Leg.32. Omne genus humanum inter ſe ſociatum eſt.pro Flac.21.Quid,ſi teſtium ſtudium cum accuſatore ſociatum eſt? de Som.4.Cœtus hominum iure ſociati.

SOCIETAS, *conſociatio, coniunctio, communio, communitas, commercium,comitatus,pactio,fœdus,ordo.* 1.Off.17. Vt ſocietas hominum coniunctióque ſeruetur. Ibidem 26.Sancta ſocietas. *Lege,* SANCTVS.4.de Finibus 4.Nati ſumus ad ſocietatem communitatémque generis humani.1.Offi.20. Ratio,qua ſocietas hominum inter ipſos, & vitæ quaſi communitas continetur.Ibid. 22.Defendere hominum inter homines ſocietatem. pro Dom. 28.Dirimere ſocietatem.de Cl.2.Vir egregius,coniunctiſſimus mecum conſiliorum omnium ſocietate.1.Off.57.Societas quæ cum repub. eſt vnicuique noſtrûm. 2. de Nat. 123. Pinna cum ſquilla quaſi ſocietatem init comparandi cibi. 1. de Orat. 44. Miſſos facio Mathematicos, Muſicos, &c.quorum artibus iſta veſtra dicendi vis, ne minima quidem ſocietate coniungitur. pro Quint. 12. Facere ſocietatem omnium rerum cum aliquo. pro S.R.87. Coire ſocietatem.5.V.134.Sancta religio ſocietatis. pro Rab. 22. Coire ſocietatem periculi cum aliquo, vel ſalutis, vel laboris.5.Famil.19.pro S. R. 96. Nullam ſocietatem neque ſceleris, neque præmij cum vllo coiui. de Art. 42. Clodius nefarias cum multis ſcelerum pactiones ſocietatéſque conflauit.1.C. 33. Latrones ſcelerum fœdere inter ſe, ac nefaria ſocietate coniuncti.13. A.36. Inire ſocietatem omnium rerum cum aliquo. pro Quint. 15. Nec ſocietas tibi quicquam debet,nec priuatim. Qu. debuit.pro Mur.69.Quid ſi omnes ſocietates venerunt? pro Plan.32. P.Craſſus maximarum ſocietatum autor, plurimarum magiſter.pro Seſt.32.Societas vectigalium.pro Dom.142.Omnes ſocietates,omnes ordines. 2. A.89. Nulla ſocietas optimis ciuibus cum importuniſſimo hoſte fœdere vllo confirmari poteſt.1.Offi.53.Gradus ſocietatis hominum.3.69. Societas quæ latiſſimè patet. Ibidem.Societas interior, vel proprior eorum, qui eiuſdem generis ſunt. Ibid. 53. Societas inter homines coniuncta.pro Quin.79.Coire ſocietatem voluntariam cum aliquo.1.Offic. 22. Deuincire hominum inter homines ſocietatum. de Fat. 3. Cum hoc genere philoſophiæ quod nos ſequimur, magnam habet orator ſocietatem.2. A. 24. Vtinam Cn.Pompei cum C.Cæſare ſocietatem aut nunquàm coiſſes.de Am.85.Quæ ſi quos inter ſocietas eſt,aut fuit. 1 de Leg. 23. Prima homini cum Deo rationis ſocietas.Ibidem 28.Hominum ſocietas inter ipſos & cōiunctio.3.1. Difficillima illa ſocietas grauitatis cum humanitate.2.de Fin. 45. Se implicet primùm ciuium,deinde omnium mortalium ſocietate. *Alij,* Societati, *legunt.* * Oecon. 1. Vt non ſolùm iucundiſſima, verùm etiam vtiliſſima vitæ ſocietas iniretur. Ibidem. Vt ex hac eadem ſocietate mortalibus adiutoria ſenectutis, nec minùs propugnacula præparentur. Acad. In quorum *pecorum* ſocie- ♣ tatem & hominem & ſapientem trudere nefas eſſe.‖ vide. 5. de Finibus.65.& 66.

† ADIVNC. Captioſa atque indigna, ſimillima, & maximè gemina hæreditatis,tota,pro S.R.Celer,honeſtiſſimæ & maximæ,1. Qui. Frat. Ciuilis difficillima, humana, naturalis,ſancta, 1.de Legibus. Communis,grata,& chara,immenſa,1,Offic.Communis generis humani, 2. de Finib.Communis ſtudiorum,coniunctior, 13.Fam.Copioſa, & indigna, pro Q.R. Cunctæ,in Vat.Diuina,1.de Diuin.Firma,2.Offic.Firmiſſimæ, 1.de Inu.Grauiſſimæ & difficiles, infinitæ, de Amic. Hæreditaria, 12. Fam.Interior,& proprior,præſtans & firma, 3. Offic. Iucundiſſima vitæ,atque officiorum,pro Dom.Magna,de Fato.Maximæ,plurimæ, pro Planc.Minima,1.de Orat.Mirifica,3.de Orat. Nefaria, de Aruſp. & 5. Ver.Pecuniaria,polita,vrbana, & elegans, de Clar.Perpetua, 4. Ver. Summa,de Senect.Vniuerſa,3.Famil.Voluntaria,pro Quint.

☞ Syntaxis. *Societas & coniunctio. Societas & communitas hominum.Societas hominum inter ipſos continetur.Hominum inter homines ſocietas. Conſiliorum ſocietate coniunctus. Dirimere ſocietatem, facere,inire,coire,conflare,periculi,ſceleris,pugnandi.Pactio & ſocietas.Omnium rerum ſocietas,Deuincire ſocietates.Id cum iſta re nullam habet ſocietatem.Societas & coniunctio.*

SOCIO, *coniungo.* pro Planc.73.Cùm vel periculum vitæ tuæ me- ♣ cum ſociare voluiſſes.‖3. de Orat.129.Scientia atque exercitatione ſociari.

SOCIVS, *Conſors,particeps,gregalis.* 1.Fam.9.Me quidem certe tuarum actionum, ſententiarum, voluntatum, rerum denique omnium ſocium comitemque habebis. 8.22. Cuius fugientis comes, remp. recuperantis ſocius eſſe debeo. de Clar. 45. Eloquentia pacis eſt comes omnium,otiíque ſocia.pro Font.39.Vitæ ſocia virtus, mortis comes gloria fuiſſet. Ibidem 37. Socius ac particeps fortunarum. de Cla.2. Socius ac conſors glorioſi laboris.14.At.19.Vulgò opinio hominum ſocium me adſcribit tuis laudibus.1.de Orat.236. Duæ artes inter ſe pares, & eiuſdem ſociæ dignitatis.Ibid.70.Poëta oratori multis ornandi generibus ſocius ac penè par.Ibid.24. M. Antonius homo & conſiliorum in rep. ſocius,&c.5.A.15.Quos ſocios ad epulas habere nemo velit. pro Fla.1.L. Flaccus ſocius atque adiutor conſiliorum periculorúmque meorum.11.At.14. Culpæ ſocius. Anteq. 24. Téque particeps connubij,ſocia regni,regina Iuno. pro Dom. 30. Fideliſſimus ſocius ad comparandam aliquam rem. Ibid. 52.Is mihi ſocius atque amicus ſemper fuit. Ibid. pro Qu. 12.Adiungere aliquem ſibi ſocium.1.Offi. 23. Qui iniuſtè impetum in quempiam facit, is quaſi manus violenter videtur afferre ſocio.5.V.5c.Socij putandi ſunt,quos inter res communicantur. pro Qu.88.Edere ſibi aliquem ſocium. pro S.R. 116. Qui ſocium fallit in virorum bonorum numero non eſt habendus.Ibid.117.Nouem homines honeſtiſſimos, eiuſdem muneris, legationis, officij, mandatorúmque ſocios induxit, decepit.2.A.45.Cùm tu tamen nocte ſocia, &c. pro Mar.14.Semper mea conſilia pacis & otij ſocia, non belli & armorum fuerunt. * pro Quint. 76.Socium tibi in huius bonis edidiſti Qu. con.C. Anton. Diripuit ſocios.

¶ Pro Socio, *formula iuris eſt, qua ſignificatur actio, iudiciumq́; ſocietatis, ſi quis ſocium fraudaſſet.* pro Fl. 43. Nicomedes qui & furti, & pro ſocio damnatus eſt. pro Quint. 13. Arbitrium pro ſocio condemnati.

† ADIVNC. Alieniſſimi,amiciſſimi, fideliſſimus, amiciſſimúſque, firmiſſimi,15.Fam. Amiciſſimi, antiquiſſimíque, pro Font. Antiquiſſimi, fideliſſimíque, ornatiſſimi,fideliſſimíque, perditi, profligatíque,vectigales, aut ſtipendiarij, 5.Ver.Digni aliqua re, pro Pomp.Fideles, fideliores, 5. Attic. Fideliſſimi atque antiquiſſimi, fideliſſimi, pulcherrimíque, infideliſſimi, innocentes, optimi, 8.Fam.Fideliſſimi,& coniunctiſſimi, præditi virtute excellenti, ſummi, pro Corn. Fideliſſimus ad comparandum aliquid, pro Dom. Fortiſſimi, fideliſsimíque, 4. Ver. Importuniſsimus, pro Syl. Miniſtri facinorum, & præſentes, 12. Phil. Optimi fideliſsimíque, ſupplices,1.Ver. Vectigales, 3.Offic.

☞ Syntaxis. *Socius & comes. Socius & adiutor. Gloria virtutis ſocia, & comes. Socius & particeps. Socius & conſors.Socius necandis hoſtibus, & par. Socius, & adiutor conſiliorum & periculorum. Socius & amicus. Edere aliquem ſibi ſocium. Ibis nocte ſocia? Conſilia pacis ſocia.*

SOCORDIA, *ſtupiditas.* 2.ad Her.35.Philoſophia vitanda eſt: affert enim ſocordiam atque deſidiam.

SOCORS, *ſtupidus.* de Clar. 239. Nam M. Glabrionem ſocors ipſius natura negligénſque tardauerat. 1. de Nat. 5. Homines non ſocordes.

SOCRATES.2.de Finib. 1. Socrates qui philoſophiæ parens iure dici poteſt. 2. de Nat. 167. & 1. Acad. 15. Socrates princeps philoſophorum. 1. de Diu.122. Eſſe diuinum quoddam, quod Socrates dæmonium appellat, cui ſemper ipſe paruerit, nunquam impellenti, ſæpe reuocanti. de Cl.291. & 1. de Ora.231. Ironia illa, quam in Socrate dicunt fuiſſe.1.Offic.108.De Græcis autem dulcem & facetum, feſtiuíque ſermonis, atque in omni oratione ſimulatorem, quem εἴρωνα Græci nominauerunt, Socratem accepimus.1.de Nat.31.Socrates apud Xenophontem

phontem formam Dei quæri non oportere, eundémque & ſolem & animum eſſe ait, & modò vnum, tum plures deos. 5. Tuſ. 10. Socrates Archelaum Anaxagoræ diſcipulum audiuit. ibid. Socrates primus philoſophiam deuocauit è cœlo, & in vrbibus collocauit, &c. 2. Offic. 43. Socrates hanc viam ad gloriam proximam & quaſi compendiariam dicebat, ſi quis id ageret, &c. 1. de Diu. 123. Socrates quum apud Delium malè pugnatum eſſet Lachete prætore, fugerétque cum ipſo Lachete, vt ventum eſt in triuium, eádem qua cæteri fugere noluit. Ibid. 124. Socrates cùm impiis ſententiis damnatus eſſet, æquiſſimo animo ſe dixit mori. 1. Acad. 16. Socrates ab Apolline omnium ſapientiſſimus dictus. de Senect. 78. Demõſtrabantur mihi præterea, quæ Socrates ſupremo vitæ die de immortalitate animorum diſſeruiſſet, is qui eſſet ſapientiſſimus oraculo Apollinis iudicatus. 1. Acad. 16. Socrates apud Platonem & Xenophontem ita diſputat, vt nihil affirmet ipſe, refellat alios. ibid. Socrates primus philoſophiæ moralis autor fuit. ibid. Socrates quum ei viſum eſſet nihil ſcire poſſe, excepit vnum tantùm ſcire ſe, nihil ſe ſcire, nihil ampliùs. 8. Attic. 2. Socrates pedem porta non extulit, quum triginta tyranni eſſent. 2. de Legib. 6. Nec enim vllum hoc frigidius flumen attigi, quum ad multa acceſſerim, vt vix pede tentare id poſſim, quod in Phædro Platonis facit Socrates. 1. Diu. 122. Socrates Xenophonti conſulenti, ſequeretúrne Cyrum. Et noſtrum, inquit, humanum eſt conſilium: ſed de rebus & obſcuris & incertis ad Apollinem cenſeo eſſe referẽdum. 5. Tuſc. 108. Socrates quum interrogaretur, cuiatem ſe eſſe diceret? Mundanum, inquit: totius enim mundi ſe incolam & ciuem arbitrabatur. 5. 90. Socrates in pompa, quum magna vis auri argentíque ferretur, Quàm multa non deſidero, inquit. Or. 41. Eſt enim quaſi in extrema pagina Phędri his ipſis verbis loquens Socrates, Adoleſcens etiam nunc ô Phædre Iſocrates eſt: ſed quid de illo augurer, lubet dicere. Quid tandem, inquit ille? Maiore mihi ingenio videtur eſſe, quàm vt cum orationibus Lyſiæ comparetur: præterea ad virtutem maior indoles: vt minimè mirum futurum ſit, ſi cum ætate proceſſerit, &c. 1. Tuſc. 71. Socrates quum penè iam in manu mortiferum illud teneret poculum, locutus ita eſt, vt non ad mortem trudi, verùm in cælum videretur aſcendere. 2. de Fin. 90. Socrates voluptatem nullo loco numerat. 3. Tuſc. 78. Quum Socrates Alcibiadi perſuaſiſſet eum nihil hominis eſſe: nec quicquam inter Alcibiadem ſummo loco natum, & quemuis baiulum intereſſe, &c. 2 de Orat. 270. Socrates in ironia, diſſimulantiáque longè omnibus lepôre atque humanitate præſtitit. 3. de Or. 56. Socrates rebus omnibus, omnium iudicio, quamcunque ſe in partem dediſſet, facile princeps. 1. Tuſc. 71. Socrates ad iudicium capitis, nec patronum quæſiuit, nec iudicibus ſupplex fuit, adhibuítque liberam cõtumaciam à magnitudine animi inductam, non à ſuperbia. 1. de Diu. 123. Socrates quum Critonis oculum alligatum vidiſſet, quæſiuit quid eſſet? quum autem ille reſpondiſſet, in agro ambulanti ramulum adductum, vt remiſſus eſſet, in oculum recidiſſe. ibid. 52. Eſt apud Platonem Socrates, quum eſſet in cuſtodia publica, dicens Critoni ſuo familiari, ſibi poſt tertium diem eſſe moriendum, vidiſſe ſe in ſomnis pulchritudine eximia fœminam, quæ ſe nomine appellans, diceret Homericum quendam eius verſum.

*Tertia te Phythiæ tempeſtas læta locabit.* Quod vt dictum eſt, ſic ſcribitur contigiſſe. de Cl. 31. Socrates diſputãdi quadam ſubtilitate ſophiſtarum inſtituta refellebat. 3. de Or. 57. Socrates cuius ingeniũ varióſque ſermones immortalitati ſcriptis ſuis Plato tradidit, literã nullam reliquit. 1. 231. Erat Athenis reo damnato, ſi fraus capitalis non eſſet, quaſi pœnæ æſtimatio; ex ſententia, quum iudicibus daretur, interrogabatur reus, quam quaſi æſtimationem commeruiſſe ſe maximè confiteretur: quod quum interrogatus Socrates eſſet, reſpondit. Seſe meruiſſe, vt ampliſſimis honoribus & præmiis decoraretur, & vt ei victus quotidianus in Prytaneo publicè præberetur, qui honos apud Græcos maximus haberetur. 3. 57. Socrates ſapienter ſentiendi, & ornatè dicendi ſcientiam ſeparauit. 2. de Fin. 2. Socrates percontando atque interrogando elicere ſolebat eorũ opiniones, quibuſcum diſſerebat, vt ad ea quæ ij reſpondiſſent, ſi quid videretur, diceret. 1. de Leg. 34. Socrates execrari eum ſolebat, qui primus vtilitatem à natura ſeiunxiſſet. 4. Aca. 15. Socrates vti ſolitus eſt ea diſſimulatione quã Græci εἰρωνείαν vocant, quando ſe nihil ſcire affirmauit. ibid. Socrates de ſeipſo detrahens in diſputatione plùs tribuebat iis, quos volebat refellere. 1. de Inu. 53. Socrates inductione plurimùm eſt vſus, propterea quòd nihil ipſe afferre ad perſuadendum volebat, ſed ex eo quod ſibi ille dederat, quicum diſputabat, aliquid conficere malebat. 4. Aca. 15. Socrates & Plato tollendi ex eorum numero, qui negarunt quicquam ſciri aut percipi poſſe. 1. Tuſc. 97, Socrates & Theramenes præſtantes viri virtutis & ſapientiæ gloria. 1. Ac. 16. Socratis omnis oratio tum in virtute laudanda, & in hominibus omnibus ad virtutis ſtudium cohortandis conſumebatur. 5. Tuſ. 11. Socratis multiplex ratio diſputãdi, rerum varietas, & ingenij magnitudo, Platonis memoria & literis conſecrata plura genera effecit diſſentiẽtium philoſophorum. 1. de Nat. 94. Socratem ipſum parentem philoſophiæ, Zeno, Latino verbo vtens, ſcurram Atticum fuiſſe dicebat. de Fat. 10. Zopyrus phyſiognomon, qui ſe profitebatur hominum mores, naturáſque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoſcere, ſtupidum eſſe Socratem dixit & bardum, quòd iugula concaua non haberet. 5. Tuſc. 97. Socratem ferunt, cùm vſque ad veſperum contentiùs ambularet, quæſitúmq; eſſet ex eo, quare id faceret? reſpondiſſe, ſe, quo meliùs cœnaret, obſonare ambulando famem. 1. de Ora. 231. Imitatus eſt homo Romanus & conſularis veterem illum Socratem: qui cùm omnium ſapientiſſimus eſſet, ſanctiſſiméq; vixiſſet, ita in iudicio capitis pro ſe ipſe dixit, vt non ſupplex aut reus, ſed vt magiſter aut dominus videretur eſſe iudicum: quin etiam quum ei ſcriptam orationem diſertiſſimus orator Lyſias attuliſſet, quam, ſi ei videretur, ediſceret, vt ea pro ſe in iudicio vteretur, nõ inuitus legit, & commodè ſcriptam eſſe dixit: ſed, inquit, vt ſi mihi calceos Sicyonios attuliſſes, nõ vterer, quamuis eſſent habiles & apti ad pedem, quia non eſſent viriles: ſic illam orationem diſertam ſibi & oratoriã videri, fortem & virilem non videri. 14. At. 9. O Socrates, ô Socratici viri, nunquam vobis gratiam referam. 3. Tuſc. 8. A Socrate omnis quæ eſt de vita & de moribus philoſophia manauit. 3. de Or. 58. Plures ferè orti à Socrate: quòd ex illius variis, & diuerſis, & in omnem partem diffuſis diſputationibus, alius aliud apprehenderet, proſeminatæ ſunt quaſi familiæ, diſſentiẽtes inter ſe & multùm diſiunctæ & diſpares, quum tamen omnes ſe philoſophos Socraticos & dici vellent, & eſſe arbitrarentur. 3. de Nat. 82. Quid dicam de Socratè? cuius morti illacrymari ſoleo Platonem legens. 1. de Or. 42. Vrgerẽt præterea philoſophorum greges, iam ab illo fonte & capite Socrate, nihil te de bonis rebus in vita, nihil de malis, nihil de animi permotionibus, nihil de hominum moribus, nihil de ratione vitę didiciſſe, nihil omninò quæſiuiſſe. 4. Tuſ. 80. Cùm multa in conuentu vitia collegiſſet in Socratem Zopyrus, qui ſe naturam cuiuſque ex forma perſpicere profitebatur, deriſus eſt à cæteris, qui illa in Socrate vitia non agnoſcerent: ab ipſo autẽ Socrate ſubleuatus eſt, cùm illa ſibi ſigna ineſſe, ſed ratione à ſe deiecta diceret. * Protag. O Socrates. ibid. Nunc à vobis, Protagora & Socrates poſtulo.

† Adivnct. Dulcis, facetus, feſtiui ſermonis, atque in omni oratione ſimulator, 3. Offic. Parens Philoſophiæ, 1. de Nat. Princeps Philoſophorum, 2. de Nat. Sapientiſſimus, 1. de Ora.

Socraticvs. 3. Tuſc. 43. Et ſi quem tuorum affectum mœrore videris, huic acipenſerem potiùs quàm aliquem Socraticum libellum dabis. 1. Offic. 104. & Parad. 1. Philoſophi Socratici. 9. Famil. 26. Ariſtippus ille Socraticus non erubuit, quum eſſet obiectum habere eum Laida. 1. de Diu. 52. Xenophon Socraticus, qui Socratis ſomnia ſcribit, quorum exitus mirabiles extiterunt. 3. de Ora. 59. Antiſthenes patientiam & duritiam in Socratico ſermone maximè adamârat. 2. Att. 3. Socratici in vtranque quidem partem diſputare, ſed tamen ad extremum τὴν ἀρεσκόντων ſententiam pronũciare ſoliti. 3. de Or. 59. Fuerunt etiam alia genera philoſophorum, qui ſe omnes ferè Socraticos eſſe dicebant, Eretricorum, Heriliorum, Megaricorum, Pyrrhoneorum, &c.

† Adverb. Maximè, 3. de Orat. & Parad.

Socrvs, *vxoris aut mariti mater.* pro Cl. 33. Dinea, quæ tum ei mulieri ſocrus erat. 4. V. 24. Nihil de ſocru tua audiſti? 9. Att. 4. Literæ Capuam allatæ ab Clodia ſocru.

† Adivnct. Inuita, 2. Fam.

Sodalis, *ſocius: etiamſi ſodalis ferè in re leuiore eſt.* 12. Pa. 14. Ego qui & ſodalis & familiariſſimus Dolabellæ eram. 4. Aca. 118. At hoc Anaximãdro populari & ſodali ſuo non perſuaſit. 2. de Or. 200. Ego pro meo ſodali, qui mihi, &c. de Sen. 45. Primùm habui ſemper ſodales, &c. ibidem. Epulabar igitur cum ſodalibus omninò modicè. pro Pl. 46. Plancus in petitione habuit multos cupidos ſui, & gratioſos: quos ſi tu ſodales vocas, officioſam amicitiam nomine inquinas crimino ſo.

Sodalitas, *coitio, collegium.* pro Cæl. 26. Fera quædam ſodalitas, &c. 2. Q. Fr. 3. ad Her. 8. S. C. factum eſt, vt ſodalitates decuriatíque diſcederent. 3. V. 94. Officia, ſodalitatis ab aliquo flagitare. pro Pla. 37. Honeſta ſodalitas. de Senect. 45. Sodalitates me quæſtore conſtitutæ ſunt. de Cl. 166. Homo ſumma nobilitate, cognatione, ſodalitate, collegio.

† Adivnct. Fera, & planè paſtoritia & agreſtis, pro Cæl. Honeſta, pro Planc.

Sodalitivm, *ſodalitas.* pro Pla. 36. Lex Licinia, quæ eſt de ſodalitiis. in Sal. 14. Non ita eſt, ſed abiit in ſodalitium ſacrilegij Nigidiani. 4. ad Her. 65. Venit in ædes quaſdam, in quibus ſodalitium erat eodem die futurum.

Sodes. Ora. 154 Libenter etiam copulando verba iungebant, vt ſodes, pro ſi audes: ſis, pro ſi vis. 7. At. 3. Tarteſium mihi adeunti vrbem iube ſodes nummos curare.

Sol, *Phœbi fax, rota feruida ſolis, ſignum præpotens.* 1. de Diu. 46. 2. de Nat. 68. Sol dictus eſt, vel quia ſolus ex omnibus ſideribus

eſt tantus: vel quia cùm exortus eſt, obſcuratis cæteris ſideribus ſolus apparet. de Vniuerſ. 28. Deus ſolem quaſi lumen accendit ad ſecundum ſupra terram ambitum. 3. de Orat. 176. Videmus ſol vt circunferatur, vt accedat ad brumale ſignum, & inde ſenſim aſcendat in diuerſam partem. 2. de Nat. 50. Sol v. diebus, & LX. & CCC. quarta ferè diei parte addita, conuerſionem conficit annuam. Ibid. Sol qui aſtrorum obtinet principatum. 1. Tuſc. 68. Sol moderator & dux temporum. de Somn. 10. Deinde ſubter mediam ferè regionem ſol obtinet, dux, & princeps, & moderator luminum reliquorum, mens mundi, & temperatio, tanta magnitudine, vt cuncta ſua luce luſtret & compleat. 2. de Nat. 102. Solis magnitudine multis partibus terra ſuperatur. 4. Acad. 82. & 128. Solem Mathematici ampliùs duo de viginti partibus confirmant maiorem eſſe quàm terram. 2. de Diu. 10. Sol maiórne quàm terra ſit, an verò tantus, quantus videatur. 2. de Nat. 92. & 102. in Arat. Sol conſiſtens in Capricorno, conuertit curriculum. Ibid.

——*Rota feruida ſolis.*

1. de Nat. 89. De ſole & luna eorúmque motu. 2. 19. Solis acceſſus diſceſſúſque. Ibid. 40. Solem eſſe calidum & igneum. de Som. 13. Sicut ſolem intueri nequitis aduerſum, eiúſque radiis acies veſtra ſenſúſq; vincitur. 3. de Nat. 54 Soles multi à Theologis proferuntur. 1. de Diu. 97. Cùm duo viſi ſoles, & tres lunæ: & cùm ſol nocte viſus eſt. 2. de Nat. 14. Sol geminatus, quo anno P. Africanus ſol alter extinctus eſt. de Somn. 3. Cùm ætas tua ſeptenos octies ſolis anfractus reditúſque conuerterit. 3. de Ora. 207. His de rebus ſol me ille admonuit, vt breuior eſſem, qui ipſe iam præcipitans me quoque hæc præcipitem penè euoluere coëgit. 1. Tuſ. 94. Occidente ſole. 7. V. 26. Nullus vnquàm dies tam magna turbulentáque tempeſtate fuit, quin aliquo tempore ſolem eius diei homines viderint. 2. de Fin. 23. Qui ſolem (vt aiunt) nec occidentem vnquàm viderit, nec orientem. *prouerbium.* 13. At. 37. Simul cum ſole experrectus ſum. de Som. 1. Ago tibi grates ſumme Sol, vobíſque reliqui cœlites. 1. de Finib. 71. Si ea quæ dixi, ſole ipſo illuſtriora & clariora ſunt. 2. Offic. 28. Multa commemorarem nefaria in ſocios, ſi hoc vno ſol quicquam vidiſſet indignius. *Lege,* VMBRACVLVM. 2. de N. 92. Sol multis partibus maior atque amplior, quàm terra vniuerſa. 1. 88. Sol duabus vnius orbis vltimis partibus definiens motum, curſus annuos conficit. 3. 51. Sol eſt Apollo: Luna autem Diana. 2. 40. Sol igneus Oceani alitur humoribus. 4. Acad. 82. Sol qui tanta incitatione fertur, vt celeritas eius quanta ſit, ne cogitari quidem poſſit, nobis tamen ſtare videtur. 1. de Fin. 21. Sol Democrito magnus videtur: quippe homini erudito, in Geometriáque perfecto. de Vn. 28. Vbi ſol ſuum totum confecit & peragrauit orbem, fit annus. 2. de Nat. 14. Sol geminatus P. Africani mortem prænunciauit. 4. V. 129. Eſt conſuetudo Siculorum cæterorúmque Græcorum, quòd ſuos dies menſéſque congruere volunt cum ſolis lunæque ratione, vt nonnunquàm, ſi quid diſcrepet, eximant vnum aliquem diem, aut ſummum biduum ex menſe, quos illi exhæreſimos dies nominant. 3. de Nat. 76. Sol quum Phaëtontem filium in currum tranſtulit. Ibid. Sol cur ſe referat, nec longiùs progrediatur ſolſtitiali orbe, itémque brumali. 9. At. 12. Sol excidiſſe mihi è mundo videtur. *genus dicendi quo exprimitur ſumma admiratio hominis quaſi obſtupefacti.* 1. de Diu. 97. Sol nocte viſus Romæ. 2. de Nat. 19. Solis acceſſus diſceſſúſque ſolſtitiis brumíſque cognoſcitur. 40. Solis candor illuſtrior eſt, quàm vllus ignis. Ibid. Solis & Lunæ circuitus, reliquorúmque ſiderum. de Vniuerſ. 28. Solis circumuectio proxima lunæ. 2. de Nat. 95. Solis magnitudo, pulchritudóque, & efficientia. Ibid Solis motus, curſus ac circuitus vniuerſa conſideratio. Ibid. Solis tactus non tepefacit ſolùm, ſed etiam ſæpe comburit. 1. de Diu. 6. Solis luce clariùs. 3. de Nat. 48. Solis & Perſeidos filiæ, Circe & Paſiphae. 1. 88. Solis radiis incenſa luna, &c. Ibid. Solis & lunæ reliquíſque ſideribus, animóque prætereà diuinitatem dedit Crotoniates Alcmæo. 2. de Leg. 40. Apud ſolem in delubro depoſuiſſe pecuniam in Sicilia Alexander dicitur. de Vniuerſ. 28. Solem quaſi lumen accendit Deus ad ſecundum ſupra terram ambitum, vt quàm maximè cœlum omnibus colluceret, &c. de Som. 10. Solem vt comites conſequuntur Veneris & Mercurij curſus. 3. de Nat. 37. Solem lunam, reliqua aſtra alia aquis, alia dulcibus, alia marinis. 4. Acad. 120. Solem dominari, & rerum potiri putauit Cleanthes. 1. de Finib. 21. Solem Epicurus tantum eſſe cenſet, quantus videtur. *id eſt, bipedalem fortaſſe, vel paulò aut maiorem, aut minorem.* de Cl. 37. In ſolem procedere. Læl. 47. Solem è mundo tollere videntur, qui amicitiam è vita tollunt. 7. Att. 11. In illo ſole tuo Lucretino apricationem tecum vnam malim, quàm, &c. 2. de Nat. 118. A ſole agris tepefactis & ex aquis excitantur vapores. 4. Aca. 105. A ſole collucere. pro Mil. 84. Nec verò quiſquam aliter arbitrari poteſt, niſi qui nullam vim cœleſtem exiſtimat, numénue diuinum: quē neque ſol ille, nec cœli & ſignorum motus, nec viciſſitudines rerum atque ordines mouent, neque id quod maximum eſt maiorum ſapientia, qui ſacra, qui cæremonias & ipſi ſanctiſſimè coluerunt, & nobis ſuis poſteris prodiderunt. * Oecon. 3. Nullo modo faciliùs poſſe terram à Sole percoqui. Ibid. Vuæ à Sole miteſcunt. * Hortenſ. Interitus Romuli in obſcuratione Solis factus eſt. 5. de Leg. Sol paululùm à meridie iam deuexus videtur. Timæ. Ratione & mente diuina ad originem temporis curriculum inuentum eſt Solis & Lunæ.

† ADIVNCT. Aduerſus, dux & princeps & moderator luminum, ſummus, de Somn. Scip. Aeſtiuus, clarus, lacteus, Arat. Aſſus, nitidus & vnctus, 1. Attic. Calidus, & igneus, geminatus, maior atque amplior, princeps ſiderum, 2. de Nat. Inuſitatus, 2. de Orat. Magnus occidens. )( . oriens, 1. de Finib. Maior terra, quaſi pedalis, 4. Acad. Moderator, & dux temporum, 2. Tuſc. Nitidus, 12. Attic.

☞ Syntaxis. *Videmus ſol vt circumferatur, moderator & dux temporum, dux, princeps, & moderator, mens mundi, & temperatio, calidus, igneus, nocte viſus, geminatus, extinctus, iam præcipitans, occidens, oriens, obiens. In ſolem procedere. A ſole collucent omnia.*

SOLARIVM. 2. de Nat. 87. Solarium vel deſcriptum, vel ex aqua, quo horæ declarantur. pro Qu. 59. Quintus non ad ſolarium, non in campo, non in conuiuiis verſatus eſt. 4. ad Heren. 15. Vt ne ad ſolarium quidem idoneus ſit.

SOLATIVM, *conſolatio, fomentum.* 7. Fa. 3. Vacare culpa magnum eſt ſolatium. 9. A. 12. Cuius luctus nullo ſolatio leuari poteſt. de Prou. 16. Sed fruatur ſanè hoc ſolatio. 6. V. 134. Vt illi haberent hæc oblectamenta & ſolatia ſeruitutis. de Cla. 11. Vos & præſentem me cura leuaſtis, & abſenti magna ſolatia dediſtis. 4. At. 16. Multa mihi dans ſolatia. 2. Tuſc. 59. Hæc ſunt ſolatia, hæc fomenta ſummorum dolorum. pro Arch. 16. Hæc ſtudia rebus aduerſis perfugium ac ſolatium præbent. 7. V. 127. Reportare ſolatium ex aliqua re. 2. contra Rull. 79. Vectigal, &c. ſolatium annonæ. de Am. 10. Sed non egeo medicina: me ipſe conſolor, & maximè illo ſolatio, quod, &c. 11. Fa. 26. In maximo meo dolore hoc ſolatio vtor, quòd, &c. 4. At. 6. Nos malo ſolatio, ſed non multo tamen conſolamur, quòd ipſius vicem minimè dolemus.

† ADIVNC. Domeſtica & forenſia, 1. Tuſc. Extremum, & tantum, & commune, 2. de Nat. Nec ignota, nec minima, nec maxima, vnicum, 4. Fam. Iucunda, 3. de Orat. Magnum, de Amic. Magna, de Clar. Maximum, 14. Phil. Malum, ſed non multum, 4. Attic. Miſerum, 5. Ver. Salutaria, 3. de Orat.

☞ Syntaxis. *Leuatur ſolatio luctus. Oblectamentum, ſolatiumq́;. Dare alicui ſolatium. Solatia fomentaq́; dolorum, id eſt, in dolores. Perfugium & ſolatium reportare. Vti ſolatio. Solatio magno conſolari.* ( *patiendi modo.* )

SOLEÆ, *crepidæ.* de Aruſp. reſpon. 44. Soleæ muliebres.

¶ *Compedes.* 2. de Inu. 149. & 1. ad Heren. 23. Ligneæ ſoleæ in pedes inductæ ſunt.

† ADIVNC. Ligneæ, 2. de Inu. Muliebres, de Aruſp.

SOLEATVS. 7. V. 85. Stetit ſoleatus prætor pop. Rom. cum pallio purpureo, tunicáque talari. I. P. 13.

SOLENNIS, *quod cum quadam cæremonia conſecratum eſt, celebre, feſtum.* I. P. 51. Qui dies quaſi deorum immortalium feſti atque ſolemnes ſunt aduentu meo celebrari. Poſtquàm ad Quir. 11. Lentulus de ſolemni religione retulit. de Aruſp. 18. Statas ſolennéſque cæremonias pontificatu contineri. 1. Tuſc. 113. Solenne & ſtatum ſacrificium. pro Dom. 141. Nec inſtitutas cæremonias perſequi, nec vllum verbum ſolenne potuit effari. Ibid. 123. Si tribunus plebis verbis priſcis & penè ſolennibus bona ciuis cuiuſpiam conſecrârit. 7. V. 185. Omnéſque dij, qui ſolennes cœtus ludorum initis, vehiculis thenſarum. de Aruſp. 21. Omnia ſolennia ac iuſta ludorum ſumma cum cæremonia ſunt ſeruata. pro Mur. 1. Illa ſolennis comitiorum precatio. 1. de Nat. 14. Sacrificia ſolennia, 3. de Orat. 195. Epulæ ſolennes. 3. de Leg. 7. Ludi ſolennes. 2. 35. Solenne ſacrificium & publicum. pro Qu. 26. Nullum eſt officium tam ſanctum atque ſolenne, quod non, &c. 7. At. 6. Tantùm igitur noſtrum illud ſolenne ſeruemus, vt ne quem iſtuc euntem ſine literis dimittamus. *id eſt, conſuetum.* 2. de Leg. 19. Nec illa vitiorum ſacra ſolennia obeunto. pro Mil. 27. Iter ſolenne ante XIII. Calend. Februarij Miloni erat Lanuuium ad flaminem prodendum. Ibid. 74. Expiare ſolennes religiones ſupplicio alicuius.

☞ Syntaxis. *Feſtum & ſolenne. Religio ſolennis. Stata, ſolenneſq́; cæremoniæ. Priſca & ſolennia verba. Omnia ſolennia & iuſta ludorum ſeruantur. Officium ſanctum & ſolenne. Quæſo ſolenne illud tuum ſeruato, vt ne.*

SOLENTINVS, *à Solente oppido Siciliæ.* 4. V. 102.

SOLEO, *conſueui, eſt meæ conſuetudinis.* 1. de Orat. 135. Ratio conſuetudinis meæ, qua quōdam ſolitus ſum vti. 3. 92. Antipater ille Sidonius ſolitus eſt verſus fundere ex tempore. de Am. 60. Si priùs quid Scipio reprehendere ſolitus ſit, edixero. I. P. 11. Sed etiam hilarioribus oculis quàm ſolitus eras intuente. de Aruſp. 48. In Pompeium autorem (vt prædicare eſt ſolitus) conſiliorum inuehi cœpit. 1. de Or. 75. Irriſit ille quidem, vt ſolebat, philoſophiam. 1. Off. 139. Et maximè ſi aliquando alio domino ſolita eſt frequentari. pro Q. R. 46. Qui mentiri ſolet, peierare cōſueuit. *id eſt, exilium.* 9. Fa. 16. Solebā enim anteà delectari oleis.

SOLET.

SOLET. 2.de Orat.56. Quod optimo cuique Athenis accidere ſolitum eſt.pro Clu.161.Cùm quædam,vt ſolebat,controuerſia eſſet orta.1.de Orat.100. Vt in conditionibus ſcribi ſolet.9.Fa. 16. Quando tu ſecundum Oenomaum Accij,non vt olim ſolebat,Atellanum:ſed vt nunc fit,Mimum introduxiſti.

SOLERS, *ingenioſus, perſpicax, ſagax.* 2.de Nat.121. Solers ſubtiliſque deſcriptio partium corporis.Ibid.128.Prouida ſolérſque natura.de Cl.236.M.Piſonis acumen in reprehendendis verbis verſutum & ſolers.3.de Nat.74.Quid hoc homine ſolertius?de Senect.54.Inſitiones,quibus nil inuenit agricola ſolertius.

SOLERTER, *ſagaciter.* 1.de Leg.26. Ratio naturam imitata, res ad vitam neceſſarias ſolerter conſecuta eſt.2.de Nat.91. Simulata ſolertiùs res.6.V.98.Solertiſſimè perſpicere.

SOLERTIA, *ſagacitas, perſpicax prudentia, animorum incredibiles motus, celeritáſque ingeniorum.* 1.de Nat.93. Nulla ars imitari ſolertiam naturæ poteſt.2.123. Quibuſdam beſtiis machinatio quædam atque ſolertia, vt in araneolis.1.53. Mundum vos negatis effici ſine diuina poſſe ſolertia. 1,de Diu.91. Chaldæi in Syria cognitione aſtrorum & ſolertia ingeniorum antecellunt. 1.Off.157. Sic homines natura cõgregati adhibent agendi cogitandíque ſolertiam. de Opt. 11. Aliquem inſcium faciendi, cum aliqua ſolertia iudicandi,adhiberi ad probandũ quippiam. 2 de Nat.142.Quis tantam ſolertiam perſequi potuiſſet in ſenſibus?Hortenſ.Cùm omnis ſolertia admiranda eſt,tum ea,quæ efficit,vt.ibid. Solertiam eam, quæ poſſet vel in tegulis proſeminare oſtreas.

† ADIVNCT. Diuina,4.Acad.Peſtifera multis, paucis ſalutaris, tanta,3.de Nat.

Syntaxis. *Solers.ſubtiliſq; deſcriptio.Prouidus ac ſolers. Verſutum ac ſolers acumen in laude. Machinatio & ſolertia apum. Iudicandi ſolertia.Dei ſolertia.*

SOLLICITO, *afficio,ango,ſollicitum habeo,miſerum habeo.* 1.At.15. Multa ſunt,quæ me ſollicitant angúntque.2.de Orat.295. Hoc me ſollicitare ſummè ſolet.1.de Fin.50. Quæ ſemper animum excruciant,ſempérque ſollicitant.de Senect.1.Quanquàm certò ſcio,non vt Flaminium ſollicitari te Attice.2.Fa.12. Sed tamen nihil me magis ſollicitat, quàm, &c. Ibid.16. Ea cura me vehementiſſimè ſollicitat.‖pro Clu.47.Sollicitare ſpe.

† ADVERB. Summè,2.de Or. Valdè,16.Fam. Vehementer,12.Att.Vehementiſſimè,2.Fam.

SOLLICITVDO, *angor, cura,metus, moleſtia,negotium.*)( *ſecuritas.* 1.de Leg.40 Sollicitudo conſcientiæ vexat impios. 4.Tuſc. 18.Sollicitudo eſt ægritudo cum cogitatione.1.96.Nulla cura, nulla ſollicitudo reliqua eſt. 8.Att.17. Nunc ſcitote me eſſe in ſumma ſollicitudine.ad Brut. ep.pr.in.7. Sine ſollicitudine eſſem.Ibid. Non minore nunc ſunt ſollicitudine, &c. 2.de Diu. 140. Tibi autem de me cum ſollicitudine cogitanti ſubitò ſum viſus emerſus ex flumine.pro Cl.169.& 11.Fam.16. Quicquid hoc tempore habet ſollicitudinis & negotij.2.de Diu.86.Stoici omnia cum ſuperſtitioſa ſollicitudine & miſeria credũt.2.con. Rull.12. Sollicitudo,in qua illis temporibus fuiſtis.3.Offic.84. Angores,ſollicitudines, diurni & nocturni metus. pro Clu.51. Sollicitudo animi & timor.5.Att.21. Sed dices me ipſum mihi ſollicitudinem ſtruere. de Clar. 332. Ex te duplex nos afficit ſollicitudo, quòd & tu repub.cares, & illa te. 6.Att.5. Sollicitudine prouinciæ tamen vel maximè vrgebamur.2.de Diu.150. Somnus eſt perfugium omnium laborum & ſollicitudinum.Br. 13. Præ ſollicitudine ac ſtomacho multa ſcribere non poſſum. 9.Fam. 17. Nec tibi ſollicitudinem ex dubitatione mea, nec ſpem ex affirmatione afferre volui. 1.de Finib.51.Eáſque ipſas ſollicitudines, quibus eorum animi noctes atque dies exeduntur, à Diis immortalibus ſupplicij cauſa importari putant.‖16. Famil.15.

† ADIVNCT. Aſſidua,incredibilis,ingens, minor,16.Fam.Domeſtica, 2.Attic. Duplex, de Clar. Inanes, 2.Tuſcul. Magna,6. Attic. Maxima, reſidua, 10.Fam. Mera,pro Mil. Sempiterna, pro Deiot. Summa,8.At. Superſtitioſa,2.de Nat.

SOLLICITVS, *anxius, ſuſpenſus, perturbatus, laborioſus, exercitus.*)(.*ſecurus,ſolutus,à cura liberatus.* 1.contra Rull.23. Ciuitas ſollicita ſuſpicione,ſuſpenſa metu, perturbata ſeditionibus.pro Dom.96. Tota ciuitas ſuſpenſa & ſollicita eſt. 2.At.18.Suſpenſo animo & ſollicito ſum. 4.7. Epiſtola tua ſollicitum me de Qu.frat.valde leuauit. 11.6. Sum ſollicitus de te, &c.2.Fam.11. Mirificè ſum ſollicitus, quidnam de prouinciis decernatur. 2. At.24. Amor ſollicitus atque anxius. 2.de Fin.55. Anxio & ſollicito animo eſſe.15.Fam 19. Animus ſollicitus.2.16. Quæ non animum meum magis ſollicitum haberent,quàm tuum.10.18. Sollicitiorem certè hominem non ſuis cõtractis neminem puto fuiſſe.7.3. Sollicitum autem te habebat cogitatio tum officij,tum, &c.2.12. Sollicitus eram de rebus vrbanis.9 4. Anteà ſollicitus eram & angebar,quo vti conſilio poſſem.8.6. Quàm ſum ſollicitus, quid futurum ſit. 2.Qu.Fr.15. Magis ſum ſollicitus expectatione ea, quàm metu. de Sen. 66. Quarta reſtat cauſa,quæ maximè angere,& ſollicitam habere ſenectutem debet.de Amic.52.In vita tyrannorum omnia ſemper ſuſpecta atque ſollicita.

† ADVERB. Aequè,pro Clu. Mirificè,5. Attic. Vehementer, 9.Famil. Vehementiùs,6.Fam.

Syntaxis. *Ille me ſollicitat & angit.Excruciari & ſollicitari.Conſcientiæ ſollicitudo. Nulla cura, nulla ſollicitudo. In ſollicitudine eſſe. Magna eſſe ſollicitudine.Cũ ſollicitudine eſſe.Sollicitudo & negotium. Angor,ſollicitudo,metus diurnus,nocturnus. Animi ſollicitudo & timor.Laborum & ſollicitudinum perfugium.ſomnus.Præ ſollicitudine ac ſtomacho non ſcribo.Sollicitus,ſuſpenſus,perturbatus. Suſpenſus & ſollicitus.Leua me de Cæſare ſollicitũ.Mirificè ſollicitus ſum, quidnã. Sollicitus & anxius amor. Hoc ſollicitum habet animũ meum. Nullus me hominum ſollicitior.In vita impij omnia ſollicita ſunt.*

SOLIDITAS, *firmitas,eminentia.* de Vn.13. Cùm ſoliditas mundo quæreretur,ſolida autem omnia vno medio,&c.1.de Fin.17. Soliditas corporis indiuidui.1.de Nat.49. Non ſoliditate quadam, ſed imaginibus ſimilitudine perceptis. Ibid.106.Nec vllam habent ſoliditatem,nec eminentiam.

† ADIVNCT. Terrena,2.de Orat.

SOLIDVS, *habens ſoliditatem,verus,eminens.* 1.de Diu.48.Annibal cùm columnam auream vellet auferre, dubitauit,vtrùm ſolida eſſet, an, &c.de Vn.11. Nihil tangi poteſt, quod careat ſolido: ſolidum autem nihil eſt, &c.2.de Nat.47.Duæ formæ præſtantes ſunt,ex ſolidis globus,ex planis circulus aut orbis.1.75.Species deorum,quæ nihil concreti habeat,nihil ſolidi,nihil,&c.2. 98.Terra ſolida & globoſa.1.de Fin.18.Illa indiuidua & ſolida corpora. Top.22. Paries directus, ſolidus, vel fornicatus.2.de Diu.137.A corporibus ſolidis fluere imagines.

¶ *Verus,certus,conſtans,ſtabilis.* 3.Tuſc.3. Res ſolida & expreſſa, non adumbrata.1.de Fin.61. Non tam ſolido quàm ſplendido nomine virtutis.6.Attic.1. Pompeius fortè cauet vſuræ, nec ea ſolida contentus eſt.3.de Or.101. Vt orator ſuauitatem habeat auſteram & ſolidam.3.Offi.69. Sed nos veri iuris,germanæ iuſtitiæ ſolidam & expreſſam effigiem nullam tenemus. 5.A.50. Vera,grauis & ſolida gloria.in Vat.8.Solida laus,& vera dignitas. pro Seſt. 93. Solidam verámque laudem quærere. Brut. 3. Solida veráque gloria.de Cl.332.Solidum genus orationis.pro Planc.21.Non enim tribum Tarentinum, ſed ſolidam,&c.1.V. 22.At enim ſolidum id eſt,vt me Siculi maximè velint:alterum illud, credo, obſcurum eſt, &c. *id eſt, ratum & firmum.* I.P.60. Quibus ex rebus nihil eſt,quod ſolidum tenere poſſis.1.de Fin. 72. Solida vtilitas. pro R.P.46. Ita bona veneant, vt ſolidum ſuum cuique ſoluatur. *id eſt, integrum.* pro Pl.29. Hæc ſunt indicia ſolida & expreſſa.‖ 1. de Diu.28. Hoc quod in ſolidum ceciderit.

Syntaxis. *Solida corpora.figura, globus,paries,columna.Res ſolida & expreſſa, oratio, laus,vtilitas,iudicium.Solidum verumq;.In hac re nihil eſt quod ſolidum tenere poſſis. Vera,grauis ac ſolida gloria.*)(.*adumbrata.*

SOLIPVGA, *teſte Plin.lib.29.cap.4. Eſt,inquit, & formicarum genus venenatum,non ferè in Italia:Solipugas Cicero appellat, Salpugas Bœtica.*

SOLISTIMVS, *augurij genus.* 2.de Diu.72.Cùm igitur offa iam cecidit ex ore pulli,tum auſpicanti tripudium ſoliſtimum nuncient.‖1.28. Hoc quod in ſolidum ceciderit,hoc quoque quod dixi coactum tripudium ſoliſtimum dicitur.6.Fa.6. Nec tripudiis ſoliſtimum aut ſomniis tibi auguror.

SOLITARIVS, *ſolus,ſoliuagus,remotus ab oculis populi,vita inculta & deſerta ab omnibus.*)(. *coniunctus & ſociatus cum altero.* Am. 85. & 2. de Nat.29. Non ſolitarium neque ſimplex, ſed, &c.2. Offic.39.Solitarius homo,atque in agro vitam agens. 1.de Inu. 81.Solitarium ac rarũ iudicatum.de Am.90. Natura ſolitarium nihil amat.

SOLITVDO, *regio derelicta,locus deſertus,receſſus,ſeceſſus,viduitas, derelictio.*)(*frequentia.* 6.V.114. Audiſtis, quæ ſolitudo eſſet in agris,quæ vaſtitas,&c.I.P.53. Tibi ſolitudo erat pro frequentia 1.de Inu.38. Solitudo loci.)(.*Celebritas loci.*2.Fa.16. Vt diſcederem fortaſſe in aliquas ſolitudines. 2. de Diu.22. Si ſciſſet ſe in ſolitudine Ægyptiorum trucidatum iri, &c. *de Cn. Pompeio loquitur.* 1.ad Her.8. Inopia,ſolitudo,calamitas.pro Qu.5.Inopia & ſolitudo alicuius.12.At.25.Sed mihi ſolitudo & receſſus prouincia eſt.de Cl.227. Tum erat ab oratoribus quædam in foro ſolitudo.7.V.170.Deſertiſſima ſolitudo.de Somn.14.Vaſta ſolitudo. pro Cec.13. Ebutius iſte,qui iam diu Cæſenniæ viduitate & ſolitudine alitur.de Amic.89. Si quis nos deus ex hac hominum frequentia tolleret,& in ſolitudine vſpiàm collcaret.ibid. Solitudo aufert fructum voluptatum.1.de Or.199.Vt iſta ab ſolitudine domum meam vindicarem. 2.143. Cùm Craſſus ſe de turba, & à ſubſelliis in otium ſolitudinémque contulerit.1.Off. 139. Ampla domus dedecori domino ſæpe fit,ſi eſt in ea ſolitudo.Ibid.153.Si ſolitudo tanta ſit,&c.pro Quint.5.Quòd ſi tu iudex nullo præſidio fuiſſe videbere contra vim & gratiam ſolitudini atque inopiæ. Hortenſ. Quis beatus eſſe in ſolitudine queat.‖I.P.53.Solitudines perſequi.

† ADIVNC. Amara, 3.Attic.Communis, 1. ad Qu.Fr.Deſertæ, 2.de Di. Deſertiſſima, 7.Ver.Iucunda, 5.Fam. Mera, 1.Attic.Multa, 2. Att. Summa, pro S.R.Tanta, 1. Offic. Vaſta, Som.

☞ Syntaxis. *Solitarium ac ſimplex. Solitarium & rarum iudicium. Solitudo in agris, ac vaſtitas. Inopia & ſolitudo. Solitudo & receſſus. Deſerta ſolitudo. Solitudo in foro à ciuibus. In otium & ſolitudinem ſe conferre à turba & ſubſelliis. In ampla domo ne ſit ſolitudo.*

SOLIVAGVS, *ſolitarius.* 1.Offic.157. Soliuaga cognitio & ieiuna videatur. 5.Tuſc. 38. Earum ipſarum partim ſoliuagas, partim congregatas. *id eſt, beſtias.* de Vn.18.Cœlum ſoliuagum, & volubile, & in orbem incitatum. * Incert. Formicas ſoliuagas.

SOLIVM, *ſedes.* 2.de Finib.69.Sedere in ſolio ornatu regali. 1.de Leg.10.Vt more patrio ſedens in ſolio conſulentibus reſponderem. Ibid. In ſolio ſedens domi. 2. de Orat. 226. Dicet te cùm ædes venderes, ne in rutis quidem & cæſis ſolium paternum recepiſſe.

¶ *Labrum, cupa.* I.P.67.Græci ſtipati in lectulis, ipſe ſolus bibiturus, quæ eodem de ſolio miniſtrentur.

† ADIVNCT. Fœderatum, 6.Ver.Paternum, 2. de Ora.

SOLLICITATIO, *inſtigatio.* pro Clu. 53. De ſollicitatione Diogenis. 10. Fa.24. Hinc illæ ſollicitationes ſeruorum nimis & promiſſis.

SOLLICITATVS, pro Clu. 97. Legio eſt ab eo ſollicitata in Illyrico.* de Aruſp. reſpon.42.Exercitu L.Luculli ſollicitato per ☩ nefandum ſcelus.‖ 3.C.4.Vt comperi legatos Allobrogum belli &c. & tumultus excitandi cauſa à P. Lentulo eſſe ſollicitatos. 11. Fa.3.Exercitibus ſollicitatis.

SOLLICITO, *inſtigo, vrgeo.* pro Clu.47. Fabricius Diogenem ad venenum Habito dandum, ſpe & pretio ſollicitare cœpit. 10.A. 22.T.Plancus, cæteri pares, ſollicitant homines imperitos. pro Cæl.51.Sollicitare ſeruos alicuius ad aliquem necandum. 4. C. 17.Pretio ſollicitare animos egentium. 15.Fa.2.Se ſollicitatum eſſe: vt regnare vellet. 7.A.18.Non rurſus decuriabit improbos, non agrarios ſollicitabit. pro Deiot. 30. Seruum ſollicitare.

† ADVERB. Legè ſuprà.

☞ Syntaxis. *Spe & pretio exercitum, legionem, ſeruos ſollicitare ad.*

SOLOECA. 1. Att. 16. Lucullus de ſuis hiſtoriis dixerat, ſe quo faciliùs illas probaret Romani hominis eſſe, idcirco barbara quædam & σόλοικα diſperſiſſe.

SOLOECISMVS. 4. ad Her.18. Solœciſmus eſt, cùm pluribus verbis conſequens verbum ſuperiori non accommodatur, ὑποσόλοικον. 2.Att.11. & 14. 6. Nihil tam σόλοικον, ἦ, &c. χρεὼ βουλῆς ἐμὲ καὶ σέ. *id eſt, mihi & tibi.*

SOLON. 1.Off.108.Solon qui vt reip. prodeſſet, furere ſe ſimulauit. 10.At. 1. Solon popularis tuus, qui capite ſanxit, &c. Brut. 15. Solon qui & ſapiens vnus fuit ex ſeptem, &c.

SOLONIVM, *villa.* 2.At.3.Ire in Solonium, aut Antium. Ibid.9. Quem illa βοῶπις, cùm è Solonio redierit, ad te eſt relatura.

SOLOR, *conſolor.* in Vat. 29. C. Antonius hac vna re miſeriam ſuam ſolatur, quò, &c. *aliàs*, conſolatur.

SOLSTITIALIS.)(*.brumalis.* 3.de Nat.37 Cur ſol ſe referat, nec longiùs progrediatur ſolſtitiali orbe, itémque brumali. de Vn. 30.Aſtra per cœlum penetrantia ſolſtitiali ſe & brumali reuocatione conuertunt. 1.Tuſ.94.Solſtitiali die.

SOLSTITIVM, *cùm ſol vltrà non progreditur: eſtq́ue duplex, hybernum alterum VIII. cal.Ian.alterum æſtiuum VIII. Iulij.*)(*. bruma.* 2.de Nat.19.Solis acceſſum diſceſſúmque brumis ſolſtitiiſq; fieri. Ibi. 51. In Lunæ curſu eſt brumæ quædam & ſolſtitij ſimilitudo. 2.de Diu.93.In his locis poſt ſolſtitium canicula oritur, apud Trogloditas ante ſolſtitium.

SOLVENDO eſſe, & non eſſe, *id eſt, habere, vel non habere, vnde ſoluas.* 2. Offic. 79. Is occultat gaudium ſuum, ne videatur non fuiſſe ſoluendo. 2.A.4.Nec tu ſoluendo eras. 13. At. 10. Magius ſoluendo non erat. 3. Famil. 8. Cùm ſoluendo ciuitates non eſſent.

SOLVM, *tantùm, modò.* 2. A. 81.Nos nunciationem ſolùm habemus, &c.Ora.160 Rectò caſu ſolùm Græcè loqui. 2.de Or. 197. Non ſolùm oratione, ſed multò magis vi & dolore. 3.Tuſc.11. Quaſi verò atra bili ſolùm mens, ac non ſæpe vel iracundia grauiore, vel timore moueatur. 1.de Leg. 54. Hi de re vna ſolùm diſſident, de cæteris mirificè congruunt.

SOLVM, *terra.* 2. contra Rull. 66. Quod ſolum tam exile & macrum eſt, quod, &c. de Clar.16.Seremus igitur aliquid tanquàm in inculto & derelicto ſolo. pro Corn. 13. Vos mutæ regiones imploro, & ſola terrarum vltimarum. Top.24.Solum ambitus ædium. Antequàm.24.Iupiter Opt. Max. cuius nutu ſola terrarum gubernantur. 2.de Leg. 4. Quin ipſe quoque ſum ipſi villæ amicior factus, atque huic omni ſolo, &c. 4.C.15.Patriæ ſolum omnibus charum eſt. pro Cor.28. Qui ciuitatis alicuius ſolum ciuitatis mutatione vertiſſent. pro Ce.100. Qui volunt pœnam aliquam ſubterfugere, eò ſolum vertunt. *hoc eſt, ſedem ac locum mutant.*. Parad.4.Mutare ſolum. pro Dom.78. Quò vertendi, hoc eſt, mutandi ſoli cauſa venerant. pro Quint. 86. Vertere ſolum exilij cauſa. 5.A.14. Exilij cauſa ſolum vertiſſe. 7. V. 90. ☩ Cleomenes nauem in ſolo fluctuante reliquerat. *Meliùs*, in ſalo, *vt legit Lamb.*

¶ *Spatium, area, vt pauimentum.* Parad. 6.Aurata tecta, & ſola marmorea in villis facere. de Cl. 258. Solum & quaſi fundamentum oratoris eſt, &c.

¶ *Planta.* 5. Tuſc. 90. Mihi calceamentum eſt ſolorum callum. 9.Fam.26.Ibi loquor, quod in ſolum, vt dicitur. 1. de Nat. 65. Abuteris ad omnia atomorum regno & licentia? hinc quodcunque in ſolum venit (vt dicitur) effingis atque efficis. *prouerbium eſt, de eo qui neque quid dicat, neque, quid agat, attendit: ſed omnia de omnibus & loquitur & efficit. Videtur autem à figulis ſumptum, qui quicquid in ſolum ſuum & in rotam venit, fingunt. Vide Eraſmi Chiliades*

† ADIVNCT. Charum patriæ, 2.Catil. Commune, patriæ, tum rarum, tum verò dulce atque iucundum, 4.Cat.Exile, & macrum, 2.cont.Rull. Incultum, & derelictum, de Clar.

☞ Syntaxis. *Exile, macrumq́ue ſolum. In inculto & derelicto ſolo ſerere. Terrarum vltimarum ſola. Callum ſolorum.*

SOLVENDVS. 7.At.8.Soluendi ſunt nummi Cæſari. pro Qu. R. 51. Cùm altera penſio ſoluenda eſſet.

SOLVO, *perſoluo, diſſoluo, pendo, dependo, appendo, numero, adnumero, repræſento, pretium enumero, pretium do, pecuniam do, ſatisfacio, reddo, confero, ære alieno exeo, vel me libero.* 5. V. 169. Verres ciuitatibus pro frumento nihil ſoluit omninò. pro Fl. 47. Reſpondet ſe omnem pecuniam Fuſciis perſoluiſſe. pro Cl.34. Is pecuniam præſentem non debitam mulieri ſoluit. 16.At.14. Ne Terentiæ quidem adhuc quod ſoluam, expeditum eſt. Ibid.16. Vt pecuniam reliquam Buthrotij ad diem ſoluerent. 1. 2. Miſimus qui pro vectura ſolueret. 3.A.11.Soluere vota. 3. Offic.91. Soluere nummos adulterinos pro bonis alicui. pro Mar. 28. Cùm patriæ quod debes, ſolueris. *Lege*, DENARIVS. de Cla. 17.Ego verò expectabo ea quæ polliceris, neque ea exigam: ſed tamen erunt mihi grata, ſi ſolueris. Ibidem. Ego tibi Brute non ſoluam, niſi priùs, &c. 8.Fam. 12. Soluere beneficia alicui. de Ar. 29. Si habuerit vnde tibi ſoluat, quod ei per ſyngrapham credidiſti. pro Flacc.43.Cuius bona, quòd is populo non ſoluebat, publicè venierunt. pro Qu.R.37.Quòd à Flauio abſtulero partem dimidiam, inde me ſoluturum ſpondeo.

¶ Soluere à ſe, *eſt, non aliunde pecuniam accipere, aut per alium ſoluere, ſed de ſuo (vt aiunt) ſoluere.* 5.At.21.Se à me ſoluere.

¶ Soluere, vel repræſentare, vel dare ab aliquo, *eſt, curare vt alius tuo nomine ſoluat.* 2.de Or.13. *Lege*, A & AB.

¶ *Explico, enodo.* 11.At.9.Delatus eſt ad me faſciculus, ſolus ſolui. 1.de Finib.22. Soluere captioſa argumenta. de Vn.35.Omne ☩ colligatum ſolui poteſt.‖ 15. At. 4.Veritus ſum ne ſolueret.

¶ *Libero.* 3.ad Her.2. Soluere aliquem legibus.

¶ *Nauticum.* 1.At.10.Soluere ancoras. pro Mur.4.Portu ſolues. 7.3. Quid ad hæc reperis? ſoluamus, inquis, 1. de Diu. 29. Agamemnon ſoluere imperat auerſa aui. 3.Offic.50. Si idem ſciret mercatores ab Alexandria ſoluiſſe. 16. Fa.9. Nos eo die cœnati ſoluimus, &c.

SOLVOR. pro Cec.98.Vt religione ciuitas ſoluatur. pro Qu.19. Vt procurator iudicatum ſolui ſatiſdaret. Bru.18.Pecunia enim ſolui poteſt.

† ADVERB. Omninò nihil, 5. Ver. Præclarè, 13. Philip. Quàm plurimùm pecuniæ, 12.Fam.Rectè quod debeas, Top.

SOLVS, *ſolitarius, vnicus, vnus, vnus ſolus, ſolus per ſe, vnus ex omnibus.*)(*. cum altero.* de Prou.21.Tiberius Gracchus ſolus ex toto illo collegio, &c. 2, de Orat. 62. Stoici ſoli ex omnibus philoſophis dixerunt, &c.Ibid.127.Gorgias ſolus ex omnibus, &c. 2.Fa.17. Solus tu ex omnibus. 11.At.15.Minutius XII. ſola curauit. de Ar.14. Qui locus ſolus ex priuatis locis omnibus hoc præcipuè ius habet, vt, &c. Ibid .Vno ſolo illo diſſentiente. 1.de Di.59. Cùm in locis ſolis mœſtus errrares. 3.Off.41.Cui viſum eſt vtilius ſolum ſe quàm cum altero regnare. 5.At. 17. Scæuola qui ſolos nouem menſes Aſiæ præfuit. 1.de Orat.18. Actio ſola per ſe magna eſt. Top.59.Sapientia ſola per ſe. pro Mur.43. Dicere aliquid alicui ſoli. *id eſt, nemine præſente vel audiente.*

SOLVTE, *expeditè.* 2.de Diu.100.Animus ſomno relaxatus ſolutè mouetur, & liberè. de Cl.110.Solutè & ſuauiter dicere. Ibid. 179.Facilè ſolutéque verbis voluere ſententias.

¶ *Ieiunè, frigidè, remiſſè, abiectè.* de Clar.276. Tam ſolutè egit, tam leniter, tam oſcitanter.

SOLVTIO, *in re pecuniaria enumeratio, diſſolutio.* 12. At. 50. Suſtinenda eſt ſolutio nominis Valeriani, dum de Metione ſciamus. pro Pom.19.Romæ ſolutione impedita fidem concidiſſe. pro Cec.11.Temporibus illis difficillimis ſolutionis. 2 Offi.84. Solutio rerum creditarum. pro Clu. 34. Si hæc ſolutio legatorum, & non merces abortionis appellanda eſt.

¶ *Diſſolutio, explicatio.* 1.de Or.114.Linguæ ſolutio, vocis ſonus. 3.Tuſc. 6. Λύκη, quaſi λύσις *id eſt, ſolutio totius hominis.*

† ADIVNCT. Neceſſaria, 2. Offic.

SOLVTVS, *liber, diſſolutus, promptus.*)(*.alligatus.* 1.de Diu.4.Animi ſine ratione & ſcientia, motu ipſi ſuo ſoluto & libero incitantur.

tantur.de Somn.22. Ego ſtatim ſomno ſolutus ſum.5.de Finib. 36. Motus ſolutus ac vagus. 1. 33. Libero tempore cùm ſoluta nobis eſt eligendi optio, nec impeditur, &c.1.Fam.9. Si eſſent omnia mihi ſolutiſſima, non alius eſſem atque nunc ſum. pro R.P.12. Qua lege totus ordo ſolutus ac liber eſt.1.cont.Rull. 27. Conſul ſolutus à cupiditatibus, liber à delictis.pro Dom. 104. Hominis ſoluti & à cura liberati.9.At.3. Quæ ſoluto animo ſcribi ſolent, ea temporibus his excluduntur. 2.de Orat.23. Aues paſſim ac liberè ſolutas opere volitare. 4. V.185. Soluto liberóque animo eſſe.Or.77. Solutum ſit quiddam non vagum tamen, vt ingredi liberè, non licenter errare videatur.de Clar. 173. Solutus in explicandis ſententiis.Ibid.174. Gellius verbis ſolutus.Ibid.180. Solutiſſimus in dicendo, & acutiſſimus.de Cl. 245. A natura ad dicendum ſatis ſolutus atque expeditus.* de proſcrip.lib. His legibus ſolutis ſtare Reſpub.non poteſt.

¶ *Languens.* de Cl.273. Verba non ſoluta, nec diffluentia, ſed adſtricta numeris.3.de Or.182. Soluta oratio.Ora.228. Maiorem habent apta vim, quàm ſoluta. de Cl.225. Solutus & mollis in geſtu.2.At.18. Quum videas voluntatem ciuitatis ſolutam, virtutem alligatam.3.de Or.174. Nec verba alligata ſint, quaſi certa aliqua lege verſus: nec ita ſoluta, vt alligentur.

¶ *Diſſolutus, numeratus.* 3.Attic.24. Ex qua penſione ipſa maior pars eſt ei ſoluta aliquantò ante diem.16.6. Hoc quod ſatiſdatò debeo, peto à te vt prouideas, planéque expedias, & ſolutum relinquas.

† Adverb. Liberiùs, Orat. Planè, verè, 3.de Orat.

☞ Syntaxis. *Vnde ſoluam, non habeo. Ille creditori non ſoluit. Cœnati ſoluimus. Soluta ciuitas religione. Procurator iudicatū ſolui ſatiſdet. Facilè ſolutéq; dicere. Solutè & oſcitanter. Legatorum ſolutio, ac lingua. Somno ſolutus. Motus liber & ſolutus pecunia, penſio, debitum. Quod ſatiſdatò debes, prouide, planè expedi, & ſolutū relinque. Optio eligendi tibi eſt libera, nec impeditur. Vtinam omnia tibi ſint ſolutiſſima. Solutus ac liber. Animo ſoluto ſcribere. Solutus verbis. A natura ſatis in dicendo ſolutus ac expeditus. Soluta ciuium voluntas, alligata verò virtus.*

Somniculosus, *ſomno plenus.* de Sen. 36. Iners, ignaua & ſomniculoſa ſenectus.

Somnio, *ſecundùm quietem video, in quiete video, in ſomnis videre videor, in quiete mihi videtur, ſomniū facio, in ſomnis certo, in ſomnis video, ſecundùm quietem aliquid mihi videtur, dormienti mihi videtur, in quiete per viſum accipio.* 1.de Diu.39. Mater ſomniauit, ſe peperiſſe ſatyriſcum.9.Att.15. Troianum ſomniaueram.2.de Diuin.121. Si ea dormientes agerent quæ ſomniarent, alligandi eſſent omnes qui cubitum irent.Ibid.134. Defert ad coniectorem quidam, ſomniaſſe ſe, ouum pendere ex faſcia lecti ſui cubicularis.Ibid.142. Nec mihi magis vſquàm videor, quàm cum in curia Senatum video, ſomniare. Ibid.140. Hanc credo cauſam ſomniandi de illo fuiſſe.4.Ac.51. At cùm ſomniauit, ita narrauit, &c.1.de Nat.18. Miracula non diſſerentium philoſophorum, ſed ſomniantium.|| 2.de Diu.124.& 125.

Somnium, *viſum, viſum ſomnij, inſomnium.* pro Dom.140. Qui aram in littore deſerto ſomniis ſtimulatus, aut religione aliqua conſecraret.1.de Diu.55. Cúmque Senatui ſomnium narraſſet, pedibus ſuis ſaluus reuertit.ibid. Eandem in ſomniis admonitionem fuiſſe.4.Ac.51. Eadem ratio eſt ſomniorum.Ibid. 52. Eadem eſt in ſomniis ſpecies.1.de Nat.39. Chryſippus Stoicorum ſomniorum vaferrimus interpres.2.de Diu.124. Coniector ſomniorum. 1. 39. Somnia Antiphontis interpretatione explicata.Ibid.46. Dionyſius Perſicus, de Cyri ſomnio.1.de N. 41. Non Philoſophorum iudicia, ſed delirantium ſomnia. 1. de Diu.42. Quo facto ſomnio, pater, &c.in Salluſt.19. Et dic vnde tu repentè tanquàm ſomnio beatus, hortos pretioſiſſimos parueris. 2.de Diu.134. Somnium de Simonide, &c.Ibid.128. Animus cùm languore corporis, nec membris nec ſenſibus vti poteſt, incidit in varia viſa & incerta, ex reliquiis, vt ait Ariſtoteles, inhærentibus earum rerum quas vigilans geſſerit aut cogitarit: quarum perturbatione mirabiles interdum exiſtunt ſpecies ſomniorum.

† Adivnct. Aperta & clara, crebra, diuina, grauiora, illuſtre, & æquum, innumerabilia, multa, & minuta, obſcura, vberiora, vera.)(. Falſa, 1.de Diu. Iucundiſſima, 5.de Fin. Minimè conſentanea maieſtati deorum, recens, 2.de Diu.

☞ Syntaxis. *Somniis ſtimulatus. Somniorum ſpecies, interpres, coniector. Repentè tanquàm ſomnio beatus.*

Somnus, *ſopor, quies.* 2.de Di.150. Somnus eſt perfugiū omnium laborum & ſollicitudinum. de Sen. 80. Nihil morti eſt tam ſimile quàm ſomnus. 1.Tuſ.92. Somnus imago vel ſimulachrum eſt mortis. 8.Att.1. de Inu. 14.4. Tuſc.43. Ego ſi ſomnum poſſem capere, tam longis te epiſtolis non obtunderem.9.Attic.12. Cùm me ægritudo ſomno priuaret.de Somn.1. Deinde vt cubitum diſceſſimus, me arctior quàm ſolebat ſomnus complexus eſt.Ibid.4. Quæſo, inquit, ne me è ſomno excitetis.pro Syll.24. Ex ſomno excitare aliquem. 4. Tuſc.43. E ſomno ſuſcitari. de Cl.177. Somnum iſto loco vix tenebamus.1.Tuſc.113. Epulati ſomno ſe dederunt.13.Attic.37. Deinde ſomno repetito ſimul cum ſole experrectus ſum. 1.Offic.103. Ludo autem & ioco vt illis quidem licet, ſed ſicut ſomno & quietibus cæteris.5.de Fin. 55.& 1.Tuſ.92. Niſi iucundiſſimis nos ſomnis vſuros putemus, Endymionis ſomnum nobis nolimus dari.2.de Diu.27. Animus per ſomnum curis vacuus. 1. de Nat.83. In ſomnis videre aliquid.1.de Diu.121. Is vera & certa cernit in ſomnis.Ibid.49. Annibalem cùm cepiſſet Saguntum, viſum eſſe in ſomnis à Ioue in concilium vocari. Ibid. 42. Mater grauida parere ſe ardentem facem viſa eſt in ſomnis Hecuba.2.145. Quædam matrona viſa eſt in quiete obſignatam habere naturam.ibid. Curſor viſus eſt in ſomnis curru quadrigarum vehi.7.Fa.30. Fuit *Caninius* mirifica vigilantia, qui ſuo toto conſulatu ſomnum non viderit.
✝|| 2.de Nat.143. Conniuere ſomno.

† Adivnct. Arctior, de Somn.Scip. Imago vel ſimulachrum mortis, 1.Tuſc. Perfugium omnium laborum & ſollicitudinum, 2.de Diu. Sempiternus, 5.Tuſc. Similis mortis, de Senec.

☞ Syntaxis. *Somnus imago, vel ſimulachrum eſt mortis. Somnum capere. Somnus me cōplectitur. E ſomno excitare, ſuſcitare. Tenere ſomnum. Se dare ſomno. Vti ſomno. Repetitus ſomnus. Per ſomnum curis vacuus animus. Vera in ſomnis videre. Viſa eſt in ſomnis. Hecuba flammam parere.*

Sonans. Orat.227. Iidem ſunt numeri non modò loquentium, ſed etiam ſonantium omnium, quæ metiri auribus poſſumus. Ibid.163. Verba bene ſonantia.ibid. Malè ſonantia, iiſdem. 3.de Orat.148. Verba in quibus plenum quiddam, & ſonans eſſe videatur.pro Ar.26. Cordubæ nati poëtæ, pingue quiddam ſonantes, atque peregrinum.2.de Nat.22. Tibiæ modulatè canentes, & fidiculæ numeroſè ſonantes.

† Adverb. Benè.)(. Malè, Or. Numeroſè, 2.de Nat.

Soninia, *augurij genus.* 6.Fa.6. Nec ex tripudiis ſoliſtinis aut ſoniniis tibi auguror, ſed habeo alia ſigna quæ obſeruem.

Sonipes, *equus.* 3.de Or.181. Sonipedes.

Sonitvs, *ſonus, cantus buccinæ.* de Som.13. Hoc ſonitu completæ aures obſurduerunt. 1.Tuſc.96. Quo ſonitu reddito, ridens inquit, &c.1.de Ora.51. Verborum ſonitus inanis.de Aruſp.62. Cogitate genus ſonitus, eius quem Latinienſes nunciarunt.Or. 97. Eloquentia quæ curſu magno ſonitúque feratur.1.Attic.11. Noſti iam in hac materia ſonitus noſtros. 4.ad Her.22. Sonitus tubæ.

† Adivnct. Dulcis, 1. Offic. Inanis, 1.de Orat. Magnus, Orat. Minor, 2.Att.

Sono, *cano, ſonum refero, ſonum, ſonitum efficio, reddo.* 2.de Diu.67. 1.74. At Lacedæmoniis in Herculis fano arma ſonuerunt. de Somn.11. Natura fert vt extrema ex altera parte grauiter, ex altera acutè ſonent.2.de Nat.83. Ipſe aër nobiſcū videt, nobiſcum audit, nobiſcum ſonat.3.Offi.83. Et quidem ſic hæc duo verba inter ſe diſcrepant, vt tamen vnum ſonare videantur.2.de Fi.6. Epicurum, qui crebrò dicat oportere exprimi, quæ vis ſubiecta ſit vocibus, non intelligere interdum, quid ſonet hæc vox voluptatis.Ibid.48. Si in honeſtate voluptatem dicant ineſſe, ait eos inani voce ſonare.3.de Or.41. In qua nihil ſonare aut olere peregrinum poſſit, quò magis antiquitatem, ſi ita ſonet, ſermo eorum retinere videatur.de Cl.259. Cotta ſonabat contrarium
✝ Catulo, ſubagreſte quiddam, planéque ſubruſticum.|| 3.de Ora. 39. Quo magis antiquitatem ſi ita ſonet, retinere videatur.

† Adverb. Acutè, grauiter, 6.de Rep. Malè.)(. optimè, Or.

☞ Syntaxis. *In verbis plenum ſit quiddam, ac ſonans. Pingue ſonans, ac peregrinum poëta. Fidiculæ numeroſè ſonantes. Eloquentiæ ſonitus. Arma ſonant. Quid vox voluptatis ſonat? In hac oratione nihil ſonat, nihil olet peregrinum. Orator ſonat illi contrarium, ſubagreſte quiddam, planéque ſubruſticum.*

Sons, *nocens.* 1.Offi.82. Idque eſt viri magnanimi, rebus agitatis punire ſontes, multitudinem conſeruare.2.A.18. Comprehenſio ſontium mea, animaduerſio Senatus fuit. 3.de Leg.6. Vincula ſontium ſeruanto. 4.Fa.13. Aut etiam ſontibus opitulari pote-
✝ ram.|| 2.Tuſc.41. Cùm verò ſontes ferro depugnabant.

☞ Syntaxis. *Comprehenſio ſontium mea, id eſt, quando ego ſontes comprehendi.*

Sonvs, *ſtrepitus, exaudibilis ſpecies, vox, vocis ſonus, vocis cantus.* 2. de Nat.141. Aures cùm ſonum recipere debeant, qui natura in ſublime fertur, rectè in alta corporū parte collocatæ ſunt.Ibid. 145. Aures duros & quaſi corneolos habent introitus, multiſque cum flexibus, quòd his naturis relatus amplificatur ſonus: quocirca & in fidibus teſtudine reſonatur, aut cornu, & ex tortuoſis locis & incluſis referuntur ampliores. de Somn.11. Quis hic eſt, qui complet aures meas: tantus & tam dulcis ſonus? ibid. Hic eſt, inquam, ille ſonus, qui interuallis coniunctus imparibus, ſed tamen pro ratione diſtinctis, impulſu & motu ipſorum orbium efficitur, qui acuta cum grauibus temperās, æqualiter concentus efficit.2.de Nat.146. Varietas ſonorum: interualla, diſtinctio & vocis genera permulta.1.de Orat.251. Græci vocem cedentes ab acutiſſimo ſono vſque ad grauiſſimum ſonum recipiunt. 2. 193. Vox ad miſerabilem ſonum inflexa.

Orat. 137. Omnium longitudinum & breuitatum in ſonis, ſicut acutarum grauiúmque vocum iudicium natura in auribus noſtris collocauit. Ibid. 38. Vt extrema referant eundem in cadendo ſonum. 2. de Nat. 150. Manus apta ad neruorum eliciendos ſonos. 3. de Or. 225. Curſus vocis per omnes ſonos. 1. de Diuin. 114. Qui ſono quodam vocem & Phrygiis cantibus incitantur. 2. de Nat. 149. Lingua ſonos vocis diſtinctos & preſſos efficit, cùm, &c. 4. Acad. 74. Ac mihi videtur digniſſimum rebus his de quibus loquitur, ſonum fundere. 5. Tuſc. 73. Dicátque nos in vocibus occupatos, inanes ſonos fundere. Ibid. 119. Inanis vocis ſonus. Orat. 163. Verbum, vox, ſonus. 1. de Ora. 187. Sonus pronunciandi. 1. Tuſc. 62. Qui ſonos vocis, qui infiniti videbantur, paucis literarum notis terminauit. 1. Off. 145. Sic viuendum eſt in vita, ne fortè quid diſcrepet, vel multò etiam magis, quo maior & melior actionum quàm ſonorum concentus eſt. 2. de Leg. 38. Nihil tam facilè in animos teneros atq; molles influere quàm varios canendi ſonos.

† Adivnct. Abſurdus, 1. de Di. Acutus & exercitatus, grauiſſimus, de Somn. Scip. Acutiſſimus, 1. de Orat. Agreſtis vocis, rectus & ſimplex vocis, 3. de Orat. Ampliores, diſtincti & preſſi, 2. de Nat. Certus, inflexus, acutus, grauis, Orat. Digniſſimus his rebus, 1. Acad. Diſcrepans, & immutatus, 2. de Rep. Inanis vocis, infiniti, 5. Tuſc. Leuior, maior, miſerabilis, tantus & tam dulcis, 2. de Orat. Ruſticus, de Clar. Triſtis, & plenus dignitatis, 6. de Rep. Varij canendi, 2. de Finib.

☞ Syntaxis. *Aures ſonum recipiunt, ſono complentur. Admirabilem ſonum vocem inflectere. Sonum neruorum elicere. Vocis curſus per omnes ſonos. In vocibus occupati fundunt inanes ſonos. Varij canendi ſoni facilè influunt in animos teneros, mollesq;.*

Sophia. *Lege*, Sapientia.

Sophisma. 4. Acad. 75. Contorta & aculeata quædam ſophiſmata: ſic enim appellantur fallaces concluſiunculæ.

† Adivnc. Contorta & aculeata, 4. Acad.

Sophistes. Ibid. 72. At quis eſt hic? num ſophiſtes? ſic enim appellantur hi, qui aut oſtentationis, aut quæſtus cauſa philoſophantur. 1. de Nat. 63. Abderites Protagoras, ſophiſtes temporibus illis maximus Ibid. 37. Iſocrates, multíque alij, qui ſunt nominati ſophiſtæ. 2. de Fin. 2. Sed & Gorgiam & cæteros ſophiſtas luſos videmus à Socrate. Ibidem 1. Eorum erat iſte mos qui tum ſophiſtæ nominabantur.

† Adivnct. Maximus, 2. de Orat.

Sophocles, *poëta tragicus.* de Sen. 22. *bis.* 5. de Fin. 3. 1. de Nu. 54. 2. At. 7.

† Adivnc. Homo doctiſſimus, & poëta diuinus, 1. de Diu.

Sophocleus. *Lege*, Pango.

Sophos, *ſapiens.* 2. de Fi. 24. Lælius ſophos ille, &c. *bis.* 5. Tuſc. 7. Qui à Græcis Sophi, ſapientes à noſtris nominantur. 1. de Nat. 107. Sophi motum inanem vocant.

ΣΩΦΡΩΝ. *Lege*, Temperans.

ΣΩΦΡΟΣΥΝΗ. *Lege*, Temperantia.

Sopitvs, *quaſi ſomno oppreſſus.* pro Cæl. 41. Blandimenta, quibus ſopita virtus conniueret. 1. de Diu. 115. Sopito corpore animus vigilat. ‖ Ibid. 60. Cùm dormientibus ea pars animi, quæ mentis & rationis particeps ſit ſopita, langueat.

Sopor, *ſomnus.* Ibi. 44. Cùm iam quieti corpus dedi, ſopore placans artus languidos. in Sal. 15. Noli nobis languorem & ſoporem exprobrare.

† Adivnct. Nimius, 1. de Diu.

Soranvs. pro Planc. 22.

Sorbeo. *Lege*, Absorbeo. 3. Qu. Fr. 9. Iſta odia non ſorbeo ſolùm, ſed etiam concoquo. 11. A. 10. Quid eum non ſorbere animo? quid non haurire cogitatione? cuius ſanguinem non bibere cenſetis.

Sordeo. ad Oct. M. Antonius, cui ſordebat Macedonia prouincia. *id eſt, putet, & ſordida videtur.*

Sordes, *lutum, fæx.* 2. de Nat. 114. Prouiſum eſt etiam, vt ſi qua minima beſtiola conaretur irrumpere, in ſordibus aurium tanquàm in viſco adhæreſceret.

¶ *Immunditia.* pro Muræn. 76. Populus Roman. non amat profuſas epulas, ſordes & inhumanitatem multò minùs.

¶ *Auaritia.* 4. At. 16. Iudicium ſordes 7. Fa. 1. Sordes hominis. pro Fla. 7. Nullam in re familiari ſordem poſſe proferri.

¶ *Dedecus, macula, nota, culpa, flagitium.* pro Seſt. 60. Virtus ſplẽdet ipſa per ſe ſemper, nec alienis vnquàm ſordibus obſoleſcit. in Sal. 3. Non enim procacitate linguæ vitæ ſordes eluuntur. 1. At. 13. Satiùs erat illum in infamiæ relinqui ſordibus, quàm infirmo iudicio committi. 5. 21. Has à noſtro Qu. Ticinio ſordes accepimus. 8. Fam. 14. Nam ſordes eluere vult. ‖ 1. A. 20. *Vide*, Sordidvs.

¶ *Contumelioſè cœnum, fæx.* I. P. 62. O lutum, ô ſordes. de Clar. 224. Is ex ſummis & fortunæ & vitæ ſordibus conſul factus eſt. 1. At. 13. Apud bonos iidem ſumus, quos reliquiſti: apud ſordem vrbis & fæcem multò meliùs nunc quàm reliquiſti.

¶ *Luctus, mœror, dolor.* pro Clu. 18. Mater ſqualore filij & ſordibus lætatur. Poſtquàm ad Quir. 7. Alicuius quotidianæ lacrymæ ſordéſque lugubres. pro Cl. 192. Spectaculum ſordium atque luctus, & tanti ſqualoris alicuius. 7. V. 127. Adſpicite iudices, ſqulorem ſordéſque ſociorum. pro Dom. 59. Filiæ meæ fletus aſſiduus ſordéſque lugubres. 14. Fa. 2. Iacere in lacrymis & ſordibus.

† Adivnct. Alienæ, pro Seſt. Domeſticæ, in Vat. Ingentes, Poſtq. ad Quir. Lugubres, Poſtq. in Sen. Miſerrimæ naturæ, I. P. Summæ & fortunæ, & vitæ, turpiſſimæ, 13. Philip.

Sordidatvs, *ſordidus.* 2. de Orat. 195. Mœſtus ac ſordidatus ſenex. 4. V. 62. Heraclius & Epicrates ſordidati maxima barba & capillo. Poſtq. in Sen. 11. Innumerabilis multitudo ſupplex ad eum ſordidata venerat. I. P. 67. Serui ſordidati miniſtrant. 2. A. 73. Sordidata mancipia. ‖ 6. V. 41. Diodorus Romæ ſordidatus circum patronos atque hoſpites curſare. I. P. 99. *Lege*, Sordidvs.

Sordide, *auarè.* 2. de Orat. 352. Sordidè dicere. 15. At. Sordidè concionari.

Sordidvs, *pauper.* 3. Tuſ. 56. Sæpe eſt etiam ſub palliolo ſordido ſapientia. 12. At. 26. Villula ſordida & valdè puſilla. pro Fl. 52. 3. de Leg. 35. & 8. At. 4. Homo egens ac ſordidus. I. P. 99. Nec minùs lætabor, cùm te ſemper ſordidum, quàm ſi pauliſper ſordidatum viderem.

¶ *Turpis.* 1. A. 20. Vt enim quiſque ſordidiſſimus videbitur, ita libentiſſimè ſeueritate iudicandi ſordes ſuas eluet. 2. de Inuent. 115. De pecunia ratiocinari ſordidum eſt. 9. At. 11. Iſte omnium turpiſſimus & ſordidiſſimus idem eſt, qui in rep. fuit. 1. Qu. Fr. 1. 6. Tuſcenius homo furioſus ac ſordidus. 2. Off. 21. Quæ ſordidiſſima quidem eſt ratio & inquinatiſſima. Ibidem 50. Id enim ipſi ſordidum eſt ad famam, committere, vt accuſator nominetur. * pro Mar. Scau. Sordidiſſima, leuiſſima, vaniſſima gens *Sardorum.*

¶ *Auarus, cupidus.* 1. Off. 150. De artificiis & quæſtibus, qui liberales habendi, qui ſordidi.

¶ *Mærens.* pro Mur. 86. Squalore ſordidus.

☞ Syntaxis. *Iacere in lacrymis & ſordibus. Vitæ ſordes eluere. O lutum, ô ſordes in hominem. Squalor ſordesq; lugentium. Hoc dicere, ſordidum eſt. Egens ac ſordidus. Turpis & ſordidus homo.*

* Sorita, *Sorites.* Hor. Túne Pſeudomenon & Soritam, & totam Dialecticam, aut illudis, aut increpas?

Sorites, *Sorita.* 2. de Diuin. 11. Quemadmodum ſoriti reſiſtas, quem ſi neceſſe ſit, Latino verbo liceat acerualem appellare, ſed nihil opus eſt; vt enim ipſa philoſophia, & multa verba Græcorum, ſic ſorites ſatis Latino ſermone tritus eſt. 4. Acad. 147. Poſthac potiùs diſſeremus de obſcuritate naturæ, &c. quàm de oculorum ſenſuúmque reliquorum mendaciis, & de ſorite, aut pſeudomeno: quas plagas ipſi contra ſe Stoici texuerunt. Ibid. 49. Captioſiſſimum genus interrogationis, quod genus minimè in Philoſophia probari ſolet, cùm aliquid minutatim & gradatim additur aut demitur, ſoritas hoc vocant: qui aceruum efficiunt, vno addito grano, vitioſum ſanè & captioſum genus, ſic enim aſcenditis, &c. ‖ pro Dom. 26. Qui ſua lingua etiam ſororem tuam à te abalienauit. 4. de Fin. 50. Iam illo Sorite quo nihil putatis vitioſius. 4. Acad. 93. Soritæ Vitioſi.

† Adivnct. Vitioſi, 4. Acad.

Soror. 1. de Diu. 41. Soror germana. pro Dom. 92. Non ſum tam ineruditus, qui Mineruam Iouis ſororem meam eſſe ſororem dicam Ibidem. Tu ſororem tuam virginem eſſe non ſiuiſti. 2. A. 99. Filiam eius ſororem tuam eiecisti. pro Mil. 74. Clodius cùm ſorore germana nefarium ſtuprum fecit.

† Adivnc. Aſpera, 5. Attic. Germana, pro Mil. Maior, pro Cæl. Mœſtæ Arat. Suauiſſima, 14. Fam.

Sororicida. pro Do. 26. Parricida, fratricida, ſororicida.

Sororivs. pro Seſt. 16. Homo fraternis flagitiis, ſororiis ſtupris inſanus. ‖ *Lamb. Legit.* Sororis.

Sors, *cùm ad diuinationem fatúmque pertinet.* 2. de Diu. 85. Quid enim eſt ſors? idem propemodùm quod micare, quod talos iacere, quod teſſeras: in quibus temeritas & caſus, non ratio & conſilium valet. Ibid. 70. Auſpicia reſtant, & ſortes, quæ ducuntur: non illæ quæ vaticinationes funduntur, quæ oracula veriùs dicimus. Ibid. 86. Sortes, quæ fortunæ monitu, pueri manu miſcentur ac ducũtur. Ibi. Sortes, quæ hodiè fortunæ monitu tolluntur. 1. 76. Cùm Spartiatæ oraculum ab Ioue Dodonæo peterent, legatíque illud in quo inerant ſortes, collocauiſſent, ſimia & ſortes ipſas & cætera quæ erant ad ſortem parata, diſturbauit. 2. 69. Simia vrnam euertit, ſortes diſſipauit. 1. 34. Sortes eductæ in rem antè cadere poſſunt diuinitùs. 2. 38. Quæ cui ſors ducatur. 3. A. 26. Sors diuina. 3. de Nat. 14. Quis cornicis cantum notauit? quis ſortes? 1. de Diu. 34. Oracula, quæ æquatis ſortibus ducuntur. 1. de Inu. 101. Ex ſortibus, ex oraculis, ex reſponſis. 1. de Diu. 42. Quò ſeſe vertant tantæ ſortes ſomniorum. 1. V. 46. Sortis religio. 2. de Diu. 116. Sors illa edita eſt Crœſo.

*Crœſus Halim penetrans, &c.*——

Ibid. 85. Numerius Suffecius ſortium inuentor. Ibid. *de ſortium*

*inventione.* 1.34. Vt hæc ſunt ſortes quas ex terra editas accepimus.* pro C.Corn.1. Dum æquantur ſortes.

¶ *Fortuna, caſus.* 1.Qu.Fr.1.8. Quæſtorem habes non tuo iudicio delectum, ſed eum quem ſors dedit. pro Mur.18. Quæſtura vtriuſque propemodùm pari momento ſortis fuit: nullũ enim vobis ſors campum dedit, in quo excurrere virtus cognoſcique poſſit. pro Seſt.8. Quæſtor hic C. Antonij collegæ mei fuit ſorte, ſed ſocietate conſiliorum meus. in Vat.12. Cùm tibi aquaria prouincia ſorte obtigiſſet. 6. V.143. Sors ducitur, quamobrẽ? nemo erat voluntarius laudator præturæ tuæ. 2. contra Rull.17. Paucas tribus non certa conditione iuris, ſed ſortis beneficio ad vſurpandam libertatem vocare. 4. V.127. Cum ſuffragiis tres creati ſunt, res reuocatur ad ſortem. *& ibidem de ſortibus multa.* Ibid.17. Verri ſorte prouincia Sicilia obuenit. pro Dom.24. Prouincias extra ordinem ſine ſorte nominatim dediſti reipubl. peſtibus. 1. At.16. Cùm de conſularibus mea prima ſors exiſſet. 8. Fa.8. Ita ſorte in prouincias proficiſcerentur. Ibid. Conijcere aliquẽ in ſortem. 11. 20. Æqualiter aut ſorte aſſignare aliquid alicui. pro Planc.35. Si ſortis, nullum crimen eſt in caſu. 6. V.95. Telum, quod cuique ſors afferebat, arripuit. 2. At.22. Quod ſors obtulerit, id acturus videtur. 1. Q.Fr.1.22. Quòd ſi te ſors Afris, aut Hiſpanis, aut Gallis præfeciſſet, tamen, &c. 1. Offi.38.

*Voſne velit, an me regnare hera, quidue ferat ſors.*

pro Lig.21. Tuberonis ſors coniecta eſt S.C. Cùm ipſe non adeſſet. Ibid. Africa, quò Senatus eum ſorſque miſerat. ‖ 2. Famil. 19. Mihi eam ſortem ſperabam fore, &c.

† Adivnc. Clariſſimæ, 1. de Diu. Diuina, pro Mil. Incerta, pro Clu. Infirmæ, tantæ ſomniorum, 2. de Diu. Iucundæ, 2. Fam. Triſtis & atrox, pro Muræn.

☞ Syntaxis. *Sortes quæ ducuntur, tolluntur, miſcentur, educuntur. Res vocatur ad ſortem. Sorte mihi id obtigit. Quod ſors obtulerit.*

Sortiens. 2. V. 39. Senatores, qui C. Verre prætore ſortiente exirent in eum reum, quem incognita cauſa condemnarent.

Sortilegus, *diuinus, ariolus.* 1. de D.133. Nunc illa teſtabor non me ſortilegos, nec eos qui quæſtus cauſa ariolentur, agnoſcere. ‖ 2.109. Nonne intelligis eadem vti poſſe haruſpices, fulguratores, &c. ſortilegos & Chaldæos.

Sortior, *ſortitò capio, in ſortem conijcio, ſortitionem facio, fortunæ iudicio committo.* 2. contra Rull. 21. Sortietur tribus idem Rullus, educet quas volet tribus. Ibid. 22. Qui tribus quas voluit, vocauit, nullo cuſtode ſortitus. pro Cluent. 129. Sortiri ad pœnam, & hominum delictum fortunæ iudicio committere, minimè cenſorium eſt. Ibid. Non animaduertes in omnes? ſed carpes, vt velis? & paucos ex multis ad ignominiam ſortiere? 1. Fa. 9. Sortiri prouinciam cum collega. pro Mur. 18. Tu illam, cui cùm quæſtores ſortiuntur, etiam acclamari ſolet, Hoſtienſem prouinciam habuiſti. 4. V.42. Ei venit in mentem è lege Rupilia, ſortiri dicas oportere, educit ex vrna tres. 1. de Nat.99. Hoc non eſt conſiderare, ſed quaſi ſortiri quid loquare. de Fat. 46. Anatomi ſortiuntur inter ſe, quæ declinent, quæ non? 2. Qu.Fr. 1. Acilius ſententiam dixit, vt ipſe iudices per prætorem vrbanum ſortiretur. 1. At.10. Prætores nondum ſortiti ſunt prouincias. 2. V.21. Cùm prætores deſignati ſortirentur, M. Metello obtigit, vt is de pecuniis repetundis quæreret. 1. Att.16. Senatus decreuit, vt conſules Galliam ſortirentur. 7. A. 16. L. Antonius ſua lege cum C. Cæſare magiſtratum ſortitus eſt. ‖ *Lamb.* partitus eſt, *legit.*

☞ Syntaxis. *Tune ad pœnam ſortiris? Sortiri bona cum aliquo. Illi ſunt inter ſe ſortiti. Illi ſortiuntur.*

Sortitio, *diſtributio, quæ ſortitò, ductiſue fit ſortibus.* pro Pl.53. Nunquàm maiores noſtri ſortitionem conſtituiſſent ædilitiã, niſi viderẽt accidere poſſe, vt competitores pares ſuffragiis eſſent. 3. A.24. Diuina verò opportunitas, vt in ſortitione prouinciarum, quæ cuique apta eſſet, ea cuique obueniret. 2. P. 82. Sortitio prærogatiuæ. 2. Qu. Fr. 1. Iudicum ſortitione facta comitia haberi. 1. Att. 14. pro Cl. 128. 129. Vt ſortitione in quoſdam animaduerteretur.* pro C.Corn. 1. Dum ſortitio fit.

† Adivnc. Aedilitia, pro Planc. Contentioſa, præclara, religioſa, veſpertina, 3. Phil.

Sortito, *ſortitione, ductis ſortibus.* 8. Famil. 8. Eos ſortitò in prouincias mitti placere. 4. V. 126. Lex Iouis ſacerdotem ſortitò capi iubet.

Sortitus, *ſortitio.* pro Dom. 50. Pluribus de rebus vno ſortitu retuliſti.

Sospita, *ſalutaris.* pro Mur.90. 1. de Nat.83. & 1. de Diu. 4. Iuno ſoſpita.

Soter, *conſeruator, ſeruator.* 4. Ver.154. Is enim ſoter, qui ſalutem dedit. Ibidem. Soter Latino vno verbo exprimi non poteſt.

Spargens. pro S. R. 50. Attilius ille quem ſua manu ſpargentem ſemen, qui miſſi erant, conuenerunt. 1. Tuſ.107. & I.P. 43. Euiſceratus latere pendens, ſaxa ſpargens tabo.

Spargo, *fundo.* de Senect.77. Credo deos immortales ſparſiſſe animos in corpora humana. pro Arch.30. Ego verò omnia quæ gerebam, iam tum in gerendo ſpargere me ac diſſeminare arbitrabar, in orbis terræ memoriam ſempiternam. 1. de Diu. 6. Quod Zeno in ſuis commentariis, quaſi ſemina quædam ſparſiſſet. Parad. 5. Qui tractant iſta, qui tergunt, qui vngunt, qui verrunt, qui ſpargunt. 2. C. 23. Qui ſiccas vibrare, & venena ſpargere didicerunt. in Arat.* Spargere amnem lacrymis. A.16. Qui nummos populo de roſtris ſpargere ſolebat.

Sparsus, *fuſus, diſiectus.* 1. Atticor. 10. Literæ ſparſæ ſale humanitatis.

¶ *Diſſipatus.* 4. ad Her. 3. Res ſparſas & vagè diſiectas eligere. in Ar. ——*Stellæ ſparſæ fuſæq; videntur.*

pro Deiot.24. Graues de te rumores ſparſi ſunt.

☞ Syntaxis. *In corpora ſparſi animi. Spargere ac diſſeminare. In libro ſpargere rationes.*

Sparta, *Lacedæmon.* 1. Att. 17. Quæ tibi obtigit Σπάρτην nunquàm deſere. 2. Offic.77. Apollo Pythius oraculo edidit, Spartam nulla re alia, niſi auaritia perituram.

Spartacus. de Ar. 26. & 4. A. 15. Athenio & Spartacus duces belli ſeruilis.

Spartiates. 1. de Diu.76. & 5. Tuſ.77. Pueri Spartiatæ.

† Adivnc. Fortes & duri, 2. Tuſ.

Sparus, *genus teli.* pro Milo. 65. Sparorum pilorumque multitudo.

Spatior, *ambulo, deambulo.* pro S. R. 59. Reſidere, deinde ſpatiari. de Opt.8. Spatiari in Xyſto.

† Adverb. Palæſtricè, de Opt. Gen.

Spatium, *interuallum, curriculum, curſus, regio.* 2. de Natur. 49. Stellæ ſpatiis immutabilibus ab ortu ad occaſum commeant. de Clar.907. Vt poſſis videre, quemadmodum ſimus in ſpatio Quin. Hortenſium ipſius veſtigio perſecuti. 1. de Leg.14. Quin igitur ad illa ſpatia noſtra, ſedeſque pergimus. 5. de Fini. 1. Non ſine cauſa nobilitata ſpatia. 2. de Orat. 24. In ambulatione duo ſpatia vel tria facere. 1. de Legib.15. In ſylueſtribus ſpatiis. ‖ pro Mur.70. Spatio honeſtari.

¶ *Temporis interuallum.* 12. A.31. De quo mihi quoniam liberum eſt ſpatium, etiam atque etiam conſiderandum puto. Orat. 193. Trochæus, qui eodem ſpatio eſt, quo choræus, Trochæus -v. Choræus v v v. Ibidem. Et Cretici æqualis Pæan, qui ſpatio par eſt, ſyllaba longior. vt -v-. -v v v. in Arat.

*Huic ſpatio ductum ſimili latus extat vtrumque.*

pro Rab. 6. Qui ex conſtituto ſpatio defenſionis in ſemi horæ curriculum coẽgiſti. pro Arch. 1. Quoad longiſſimè poteſt mea mens reſpicere ſpatium præteriti temporis. 2. Offic. 81. Propterea quòd tam longo ſpatio multa hæreditatibus detinebantur. 1. Qu.Fr. 1. 11. Qui tibi biennij ſpatio nunquàm in ſuſpicionẽ auaritiæ venerit. 4. V. 96. Et erat ſpatium dierum ferè triginta ante Calend. Decembr. 1. de Inuent. 39. Diurnum nocturnumue ſpatium. 4. de Fini. 1. Aut ſpatium ſumamus ad cogitandum. 1. de Orat. 150. 5. Att. 14. Cùm erit ſpatium, vtrumque dabo. Ibidem 16. Surripere aliquid ſpatij. 1. Offic. 119. Qui ſpatium deliberandi habuerunt, vtrùm, &c. 2. V. 56. Etiamſi ſpatium ad dicendum noſtro commodo vacuoſque dies habuiſſemus. 1. de Orat.252. Quantum in hac acie quotidiani muneris ſpatij nobis datur. pro Cec. 6. & 15. Fam. 17. Spatium alicui ad ſeſe colligendum dare. 2. Tuſcul. 52. Coſiderandi ſpatium non datur. 9. Fam. 5. Mihi ſi ſpatium fuerit in Tuſculanum ante Nonas veniendi, iſtic te videbo. 2. de Orat.352. Hoc interim ſpatio conclaue illud cecidit. 3. 7. Noſtræ ſpes in medio ſæpe ſpatio franguntur. pro Arch.29. Vitæ ſpatium exiguis regionibus circumſcriptum. * Incer. Si mihi vitæ ſpatium duplicetur, vel iis tantummodo poëtis percurrendis non eſſet ſuffecturum. ‖ Orat.12. Spatia Academiæ.

† Adivnc. Aequum, longinquum, magnum, par, ſimile, Arat. Aeternum, frugifera, atque immenſa, immutabilia, menſtrua, nocturna, diurna, 2. de Nat. Annuum, 1. de Diu. Communia, 1. de Rep. Diurnum.) (nocturnum, 1. de Inu. Extremum, pro Flac. Liberum, 12. Philip. Longum, 2. Offic. Longius, 15. Fam. Medium, 3. de Orat. Menſtruum, 1. de Nat. Nobilitata, 5. de Finibus. Rara & certa, 5. Tuſc. Sylueſtria, vera & certa, 2. de Legibus.

☞ Syntaxis. *In ambulatione duo ſpatia facere. Cùm erit ſpatium, dabo. Hoc interim ſpatio. In medio ſpatio fractæ ſpes.*

Speciatim, *nominatim.* Poſtq. in Sen. 20. M. Meſſenius legem ſpeciatim de ſalute mea promulgauit. ‖ *Lamb.* ſeparatim.

Species, *forma, figura, ſpectrum, notio, facies.* 1. Acad. 30. Mens ſola cernit, id quod ſemper eſt ſimplex & vniuſmodi, & tale qualẽ eſt; hanc Plato ideam appellauit, nos rectè ſpeciem poſſumus dicere. Ibidem 27. Materia ſine vlla ſpecie, & carens omni qualitate. 3. Offic. 81. Species, forma, & notio boni viri. Orator. 18. Inſidebit in eius mentem ſpecies eloquentiæ. Ibidem 43. Excellentis eloquentiæ ſpeciem & formam adumbrabimus. 2. Tuſ.52. Obuerſentur ſpecies honeſtæ animo. 7. V. 143. Nunquàm tibi ſpecies ipſa huiuſcemodi multitudinis in oculis animóque verſata eſt. 2. de Diu.137. Nulla ſpecies cogitari poteſt

niſi pulſu imaginum. 4.Acad. 52. Eadem eſt in ſomniis ſpecies eorum quæ vigilantes videmus.Ora.18.Sed ipſius in animo inſidebat ſpecies pulchritudinis eximia quædam. de Fat.43. Viſum obiectũ imprimit, & quaſi ſignat in animo ſuam ſpeciem. 2.de Legib.26. Eſt enim quadam opinione ſpecies deorum, in oculis,non ſolùm in mentibus. 1.de Diu.81. Obiiciuntur ſæpe formæ,quæ reapſe nullæ ſunt,ſpeciem autem offerunt.

¶ *Exemplum,imago,ſimilitudo.*1.de Nat.3. Pietas in ſpecie fictæ ſimulationis ineſſe non poteſt.Ibid.37.Cleãthes finxit formam quandam & ſpeciem deorum. Ibid.46. Speciem nullam aliam eſſe,niſi humanam deorum. 4.Tuſc.32. Quædam humanitatis quoque habent primam ſpeciem,vt miſericordia,&c.3.de Nat. 51.Arcus ſpecies,quia ſpeciem habeat admirabilem,Thaumante dicitur eſſe nata.2.9. Veritas auſpiciorum ſpreta eſt , ſpecies tamen retenta.2.de Or.317. Multa ante congreſſum ſunt, quæ non ad vulnus, ſed ad ſpeciem valere videantur.4.Acad.66. Ad rationes has latiore ſpecie, non ad tenue elimatas. 5.de Fin.3. Me ſpecies quædam commouit , inanis ſcilicet , commouit tamen. 4.Fam.4. Vt ſpeciem aliquam viderer videre quaſi reuiuiſcentis reip.1.9. Qui ſpeciem huius vitæ intuentur. Brut.16. Qui potes iſta vel probare,vel ita demiſsè ac facilè pati,vt probantis ſpeciem habeas.3.Offic.7.Tertiò,ſi id quod ſpeciem haberet honeſti, pugnaret cùm eo quod vtile videretur. Ibid.12. Quæ virtuti repugnent ſpecie quadam vtilitatis.Ibid.16. Qui ſimilitudinem quandam gerunt , ſpeciémque ſapientum. Ibid. 35.Cùm igitur aliqua ſpecies vtilitatis obiecta eſt,nos commoueri neceſſe eſt.ibid. Si res ſpeciem vtilitatis attulerit,tunc vtilitas non requirenda eſt.Ibid.41.Species vtilitatis animum pepulit eius,qui,&c.ibid.Muri cauſam oppoſuit ſpeciem honeſtatis,nec probabilem,nec ſatis idoneam.2.39. Hic ſpeciem præ ſe boni viri fert. pro Cæl.14. Catilina multos viros bonos ſpecie quadam aſſimulatæ virtutis. 6.V.129. Duo ſigna eâdem ſpecie ac forma.1.de Nat.48.Figura,& forma, & ſpecies.1.de Diu.19. & 20.Species ex ęre,& ſancta Iouis ſpecies.Ibid.79.Atque hanc ſpeciem Praxiteles cælauit argento. Quin. de Pet.14. Deinde inſtituendi ſunt cuiuſque generis amici ad ſpeciem hominis illuſtris honore ac nomine.3.de Or.113. Forma,& quaſi naturalis nota cuiuſque vt auari ſpecies & glorioſi. 2.211. Probitatis commendatione boni viri ſpeciem tueri.10.Fam.12. Hæc quæ habent ſpeciem gloriæ.13.29. Cauſæ quæ ſpeciem habent magnæ coniunctionis. 2.Tuſc.42. Falſa viſione & ſpecie doloris moueri. 2.con.Rull.10.Aliud obſcurè moliri,aliud ſpe & ſpecie ſimulationis oſtendere.Ibid.30.Comitia vera.)(.*Comitia adumbrata ad ſpeciem , & ad vſurpationem vetuſtatis* 2.C.18. Horum hominum ſpecies eſt honeſtiſſima , ſunt enim locupletes : voluntas & cauſa impudentiſſima.2.Offic.10. Quorum error eripiendus eſt, omniſq; opinio ad eam ſpeciem traducenda,vt honeſtis conſiliis ſe intelligant,ea quæ velint conſequi poſſe.2.A. 116. Cæſar aduerſarios clementiæ ſpecie deuinxerat.5.15.Si vllam ſpeciem reip.cogitaſſet.3.Offi.120. Voluptas ſpeciem vtilitatis habere dicitur.

¶ *Forma.* 4 Att.16. Amiſimus,mi Pomponi,omnem non modò ſuccum ac ſanguinem, ſed etiam colorem ac ſpeciem ciuitatis. 1.de Leg.26.Tum natura ſpeciem ita formauit oris,vt in ea,&c.

¶ *Venuſtas, dignitas.*1.Offic.126. Natura formam noſtram,reliquámque figuram, in qua eſſet ſpecies honeſta , eam poſuit in promptu.Ibid.141.Tertium,vt caueamus , vt ea quæ pertinent ad liberalem ſpeciem & dignitatem,moderanda ſint. Quint.de Pet 40. Poſtremò tota petitio,cura vt habeat ſummam ſpeciem & dignitatem.

¶ *Pompa.* 7.V. 85.Præclara claſſis in ſpecie, ſed inops & infirma propter,&c.

¶ *Pulchritudo.*4.de Fin.60. Quod propriam ſpeciem habeat,cur appetendum ſit.2.Offic.32.Honeſtum per ſe nobis placet , animóſque omnium natura & ſpecie ſua commouet.2.de Or.294. Adhibere quandam in dicendo ſpeciem atque pompam.Orato. 2.Optima ſpecies & figura dicendi.1.Qu.Fr.2.Species tam gratioſi liberti dignitatem non habet.

¶ *Aſpectus.* de Senect.57. Agro bene culto nihil eſt nec vſu vberius, nec ſpecie ornatius.Ibid.Quid de vinearum ſpecie dicam? 4.de Fi.61. Nomina,hæc quæ prima ſpecie admirationem mouerent.*id eſt,primo aſpectu.*1.de Or.131. Hæc quæ ſunt in ſpecie poſita, in te Sulpiti diuina ſunt. *id eſt , motus corporis in conſpectu poſitus.*5.Tuſ.114.Species formæ.1.de Fin. 47.Cuius ſimilitudine perſpecta in formarum ſpecie,&c.2.de Diu.Is autem Trages puerili ſpecie dicitur viſus.3.V.58.Vidi forum ornatum ad ſpeciem magnifico ornatu, ad ſenſum,cogitationémque acerbo & lugubri.2.de Nat.87. Mundi partes nec ad vſum meliores , nec ad ſpeciem pulchriores potuerunt eſſe. I. P. 24. At fuit pompa, fuit ſpecies,inceſſus ſaltem Seplaſia dignus. Ibid. Magnum nomen eſt , magna ſpecies,magna dignitas, magna maieſtas conſulis.1.Off.96.Vt in eo moderatio & temperantia appareat, cũ ſpecie quadam liberali.11. A.5. Is occiſus eſt ab eo,qui tum ciuis ſpeciem habebat.de Cl.224.Magis tamen ſpecie atque ipſo amictu capiebat homines,quàm dicendi copia.1.de Diu.18.

*Cùm claram ſpeciem nocturno lumine Luna*
*Abdidit,&c.*—

pro Dom.3.Hi tales viri,qui non ſolùm conſiliis ſuis,ſed etiam ſpecie ipſa dignitatem reip. ſuſtinent.Ibid.89.O ſpeciem dignitatémque populi Rom. 4. Her.61.Forma,ſpecies,& ſtatura apposita ad dignitatem.3.de Orator.52.Sed tamen eſt ſpecies alia magis alia formoſa.11.A. 7.Miſera illa & flebilis ſpecies.*id eſt, hominis trucidati.*

¶ *Dialectica forma pars inquam generis.* Top. 68.In comparatione ſpectantur hæc,numerus, ſpecies,vis , quædam etiam ad res aliquas affectio. 1. de Inuent. 40. Cùm genere idem ſit aliud, quod quadam parte & ſpecie differat. 16. Atti.24. Hæc me ſpecies cogitatioque perturbat. Orat. 33.Virtutes ſpecie diſpares, prudentia coniunguntur.

† ADIVNC. Admirabilis,3. de Nat.Aeterna,beata,diuina,infinita,pura,leuis,perlucida,1.de Nat. Blanda,de Amic.Certæ , eximiæ pulchritudinis,optima,vniuerſa,Orat.Clara,1.de Orat.Comparabilis,1.de In. Conſimilis,obſcura,Arat.Conſularis,magna,mirabilis ſomniorum,I.P. Falſa,liberalis,probabilis,& idonea, honeſtatis,3. Offic. Forenſis, pro Planc.Formoſa,ornatior,2.de Or.Formoſa,& illuſtris,præclara & eximia,Ibidem.Honeſta,1. Off.& 2.Tuſc. Honeſtiſſima hominum, 1. Cat. Humana,pro S.R.Immanis,præſtans, ad naturam rationemque puerilis,ſancta Iouis,tanta,2.de Diu.Inanis,4.Tuſc.Inanis clementiæ,ep.ad Brut. Inſatiabilior,pulchra,pulcherrima, 2.de Nat.Latior,4.Academ. Maximæ doctrinæ,3.Tuſc. Miſera illa quidem & flebilis , ſed ad incitandos animos neceſſaria,11.Phil.Priſtina,4.Attic.Singularis,ſupplex, & magnifica multis locis,3.Cat.Stulta, & non improba,pro Mar.Summa,de Pet.Vetus,pro Corn.Balbo.

SPECILLVM, *inſtrumentum, quo medici vulnerum,ſiue vlcerum, altitudinem tentant.*3.de Nat.57.Æſculapiorum primus Apollinis(ſcilicet filius)quem Arcades colunt:qui ſpecillum inueniſſe, primúſque vulnus obligauiſſe dicitur. *Malè legunt quidam hoc loco,* Speculum.

SPECIMEN, *indicium, ſignificatio.*1.Tuſc.32.Num dubitas, quin ſpecimen virtutis capi debeat ex optima quaque natura. Poſtquàm in Sen. 7. Lentulus hoc ſpecimen virtutis , hoc indicium animi ſui fore putauit, ſi me, &c. 5. Tuſc. 55. C.Cæſar, in quo mihi videtur fuiſſe ſpecimen humanitatis , ſalis , lepóris. 3. de Orator. 158. Ingenij ſpecimen eſt quoddam , tranſire ante pedes poſita , & alia longè repetita ſumere. de Clar.188.Denique hoc ſpecimen eſt popularis iudicij. * in L. Piſon. Quod minimum in te ſpecimen ingenij ? Ingenij autem? imò ingenui hominis ac liberi.

¶ *Exemplum.* 3. de Leg.10.Is ordo vitio vocato , cæteris ſpecimen eſto. Ibidem 30. Specimen , præiudicium , prærogatiua. I.P.95.Quod ſpecimen habuit hæc ciuitas innocentię.3.de Natu.80.Temperantiæ, prudentiæque ſpecimen , Qu. Scæuola.

¶ *Laudabile factum.*1.V.27. Tu verò qua in re ſpecimen cæteris aliquod dediſti ? aut tui periculum feciſti.

SPECIOSVS, *illuſtris, eximius,* de Clar.267.Dignitate motus fit ſpecioſum & illuſtre quod dicitur.16.At.7.Reuerſionis has ſpecioſas cauſas habeo.

SPECTABILIS, *expectabilis.* de Vn.11. Et corpus quidem cœli ſpectabile effectum eſt.

SPECTACVLVM, *res ad ſpectandum propoſita, præſertim cum pompa & apparatu, quales ſunt ludi , & alia eiuſdem generis.*2.de Nat. 140. Res cœleſtes, quarum ſpectaculum ad hominem ſolum pertinet.Ibid.155.Circuitus ſolis & lunæ ſpectaculum hominibus præbent.2.At.19.In theatro ac ſpectaculis.1.A.36. Spectaculum apparatiſſimum. pro Muræn. 72. At ſpectacula ſunt tributim data, & ad prandium vulgò vocati. Ibid.73.Dare ſpectaculum. pro Seſt. 124. Magnus ex omnibus ſpectaculis plauſus ♣ excitatus eſt.‖ Ibid. Id autem ſpectaculi genus erat. pro Clu. 192. Hoc ſibi optatiſſimum ſpectaculum huius ſordium , &c. amitteret.10.A.8.O ſpectaculum non modò hominibus ſed vndis ipſis & littoribus luctuoſum. 10. At. 2. Homini non amico noſtra incommoda præſertim tanta ſpectaculo eſſe nollem.pro C.Cornel.1. Vt ſpectaculum illud Conſulum calamitate re & tempore ſalubre ac neceſſarium , genere & exemplo miſerum ac funeſtum videremus. con. C. Anton. Cui ſpectaculum eiuſmodi tua crudelitas præbuit , vt nemo ſinè luctu aſpicere , ſinè gemitu recordari poſſet.Oecon.1.Quod ludicris ſpectaculis licet ſæpe cognoſcere.

† ADIVNC. Acerbum, & miſerum, & graue prouinciæ,3.Ver.Acerba, 2. ad Qu.Frat.Acerbiſſimum, & miſerrimum , 3. Tuſc. Admirabile, & pulchrum,2.de Nat.Apparatiſſimum, 1.Phil. Aptiſſimum, pro Muræn. Crudele, & immane, 2.Tuſc.Egregium, iucundum, præclarum, 2. Att. Iucundiſſimum, miſerum & acerbum , pulcherrimum, 7. Ver. Luctuoſum, 10.Phil.Magnum & iucundum, Ora. Miſerrimum, in Vat. Optatiſſimum, pro Clu.Tetrum, ep.ad Brut.

☞ Syntaxis. *Rerum cœleſtium ſpectaculum ad hominem ſolum pertinet.Dare ſpectaculum.*

SPECTANS. pro Lig. 3. Ligarius domum ſpectans , & ad ſuos redire cupiens.1.de Orat. 92. Artem rebus vnum exitum ſpectantibus , & nunquàm fallentibus contineri. de Fat.33. Quid enim ſpectans Deus ipſe diceret , Marcellum in mari eſſe periturum.1.Tuſc.31.Quid ſpectans.2. de Orat.132.Quærere argumenta

menta ſpectantia ad id quod in iudicium venit. 1. de Di. 31. Qui ad meridiem ſpectans in vinea media conſtitit. pro Dom. 113. Quibus ſpectãtibus domus mea diſturbaretur.* Oecon. 1. Spectantes audientéſque lætiſſima voluptate permulcentur.

Spectat, *pertinet*. 2. Offic. 72. Beneficia quæ ad ſingulos ſpectãt, & quæ ad vniuerſos pertinent.

Spectatio, *inſpectatio*. 13. Attic. 42. Animum leuari ſpectatione. 5. V. 180. Pro ſpectatione & collybo. 7. Famil. 1. Apparatus ſpectatio tollebat omnem hilaritatem.

Spectator, *contemplator*. 2. de Nat. 140. Homo ſpectator rerum ſuperarum atque cœleſtium. 2. Famil. 7. Spectator laudum tuarum. pro Dom. 64. Ille ne auditor quidem gloriæ, ego etiam ſpectator meæ laudis eſſe potuiſſem. de Ar. 22. Ludi quorum ipſi dij te ſpectatorem eſſe voluerunt. 2. Offic. 26. Socij ſpectatores ſe otioſos præbuerunt Leuctricæ calamitatis. 1. de Orato. 112. Scæuola, quem nunc mearum ineptiarum teſtem & ſpectatorem fortuna conſtituit. Qu. de Pet. 18. Diligens ſpectator officiorum.

† Adiunct. Diligens officiorum, 3. Officio. Otioſi, 2. Offic.

Spectatus, *probatus, cognitus*. 2. V. 29. Homo in rebus iudicandis ſpectatus & cognitus. pro Cl. 47. Cleophantus medicus ignobilis, ſed ſpectatus homo. de Amic. 9. Maximus & ſpectatus vir. 1. V. 24. Vir fortis ac ſpectatus. pro Flac. 62. Lacedæmoniorũ ſpectata & nobilitata virtus. Poſtquàm in Sẽ. 36. Qu. Metelli ſpectatæ iam adoleſcentiæ filius. 1. de Orat. 124. Cęterarum artium homines ſpectati & probati. 1. V. 11. Ad meam fidem quam habent ſpectatam iam, & diu cognitam, confugiunt. pro S. R. 147. Spectatiſſima fœmina. 3. At. 26. Alicuius ſpectata multis magniſque rebus integritas.

¶ *Inſpectus*. 2. Offic. 70. At verò ille tenuis ſeſe ſpectatum, non fortunam putat. 12. Fa. 29. Spectatum eſſe magno theatro.

Spectatus. ſubſt. 2. Offic. 38. Quod in quo viro perſpectum ſit, hunc dignum ſpectatu arbitrantur.

Spectio. 2. A. 81. Conſules, &c. habent etiam ſpectionem, *aliter*, inſpectionem.

☞ Syntaxis. *Spectatus & cognitus. Maximus & ſpectatus vir. Spectata & nobilitata virtus. Spectatæ adoleſcentiæ filius. Spectata iam, & diu cognita fides. Multis magniſque rebus ſpectata integritas. Vir ſpectatu dignus.*

Specto, *ſpectator ſum, æſtimo, cerno*. pro Lig. 13. Res enim eò ſpectat, vt ea pœna, in qua adhuc Qu. Ligarius eſt, non videamini eſſe contenti. pro Deiot. 5. Ad te vnum omnis mea ſpectat oratio. in Sall. 3. Vitam huius non ex oratione mea, ſed ſuis ex moribus ſpectare debetis. 1. Tuſc. 44. Cùm laxati curis ſumus, ſpectare aliquid volumus & viſere. de Som. 18. Altè ſpectare, & ad cœlum contueri. de Ar. 22. Quod ni tu Megaleſia illo die ſpectare voluiſſes, haud ſcio, &c. 1. Qu. Fr. 1. 27. In pactionibus faciendis legem ſpectare cenſoriam. 5. Tuſc. 31. Spectare aliquem ex moribus. pro Mil. 15. Quid in iudicando ſpectare oporteret. Ibidem 24. Qui non honoris gradum ſpectat vt cæteri, ſed, &c. pro Qu. 89. Bonorum poſſeſſio ſpectatur non in aliqua parte, ſed in vniuerſis. 1. Fam. 9. Non idem ſemper dicere, ſed idem ſemper ſpectare debemus. 2. de Diu. 78. Virtus quæ vetat ſpectare fortunam, dum præſtetur fides. 13. Fam. 4. Hæc eò ſpectant, vt te horter, &c. 2. de Diu. 118. Demoſthenes φιλιππίζειν Pythiam dicebat, *id eſt, quaſi cum Philippo facere*. hoc autem eò ſpectabat, vt eam à Philippo corruptam diceret. 8. Attic. 25. Illuc quò ſpectat animus, quà veniam. Ibid. 2. Quò igitur hæc ſpectat oratio? ego, &c. 3. de Orat. 89. Quorſum igitur hæc ſpectat tam longa oratio? Orator. 200. Prima & media verba ſpectare debent ad vltimum. 3. Qu. Fr. 4. Præſertim cùm ad meũ quoque vſum ſpectent. 3. de Orat. 79. Illa ſemper potiora duxi quæ ad ſapientiam ſpectarent. 8. Att. 7. Domitius nihil ſpectat, niſi fugam. 3. de Orator. 145. Satis mihi hoc eſt ad eam, quam ſpecto, eloquentiam. 5. Fam. 8. Vt primùm attigi forum, ſpectaui ſemper vt tibi poſſem quàm maximè eſſe coniunctus. de Somn. 14. A quibus ſpectare gloriam certè nullam poteſtis. 2. At. 3. Hoc à me aiunt Cæſarem ſic ſpectare, vt non dubitet, &c. 2. Offi. 45. Iuuenes magna ſpectare, & ad ea rectis ſtudiis contendere debent. 2. de Orator. 204. Trademus, quæ nos ſequi in dicendo, quæque maximè ſpectare ſolemus. 14. Attico. 13. & 3. Qu. Fr. 2. Res ſpectat ad interitum. 15. Attic. 4. Totum Antonij conſilium ad bellum ſpectat. de Clar. 291. Ad perorandum ſpectare videtur ſermo tuus. 3. Offic. 90. Si ad perniciem patriæ res ſpectabit. 14. Famil. 5. Cognoui ad arma rem ſpectare. in Vat. 24. Quod ipſe ad imperatorias laudes à puero videlicet ſpectares, 2. Offic. 6. Philoſophi, &c. qui ſemper aliquid acquirunt, quod ſpectet & valeat ad bene beatéque viuendum. 4. Fam. 2. Omnia vtriuſque conſilia ad concordiam ſpectarunt. 2. contra Rull. 69. Ad hanc emptionem duo genera agrorum ſpectãt, vnum eorum, &c. pro Seſt. 37. Ad ſuam magis ille gloriam, quàm ad ſalutem reip. ſpectabat. 2. contra Rull. 20. Quæret quiſpiam, quid in tanta iniuria ſpectauerit? conſilium non defuit. 1. Offic. 58. Tota domus quæ ſpectat in nos ſolos, neque aliud poteſt habere perfugium. 2. de Orator. 169. Si barbarorum eſt in diem viuere, noſtra conſilia in ſempiternum tempus ſpectare debent. pro Rab. 29. Nihil niſi ſempiternum ſpectat. pro Seſt. 51. Vos qui dignitatem, qui remp. qui gloriam ſpectatis. 9. Attic. 12. Cæſar Græciam ſpectat potiùs, quàm Hiſpaniam. 1. Qu. Fr. 2. Noli ſpectare quanti homo ſit: parui enim pretij eſt, qui iam nihil ſit. 1. Offic. 25. In quibus maior eſt animus, in his pecuniæ cupiditas ſpectat ad opes. 3. 23. Hoc enim ſpectant leges, hoc volunt incolumem eſſe ciuium coniunctionem. 13. A. 46. Denique ſumma iudicij mei ſpectat huc, vt, &c. 2. de Leg. 58. Sed ea non tam ad religionem ſpectat, quàm ad ius ſepulchrorum.* Frag. ep. Monumentum ad memoriam magis ſpectare debet poſteritatis, quàm ad præſentis temporis gratiam. Hortenſ. Cœli ſignorum admirabilem ordinem, inſatiabilemque pulchritudinem magis ſpectant.

† Adverb. Ad extremum, 3. Offic. Procul voluptates, de Senect. Altè, 6. de Republ. Directè ad fidem, de Part. Foras. 5. de Finib. Planè hoc, 16. Attic.

Spector. 1. ad Her. 9. Rem, non hominem ſpectari oportere. 1. A. 20. In iudice ſpectari & fortuna debet, & dignitas. 5. Tuſc. 23. Ex maiore parte vnãquamque rem appellari ſpectarique dicunt. 1. de Orator. 258. Quod ego non tam faſtidioſè in nobis, quàm in hiſtrionibus ſpectari puto. Ibidem 51. In philoſophia res ſpectatur, non verba penduntur.

† Adverb. Faſtidioſè quid, 1. de Orat. Simpliciter quid, Part.

Spectrum, *Idolum, ſimulachrum, viſio*. 15. Fam. 16. Qui putant διανοητικὰς φαντασίας ſpectris Catianis excitari. ibidem. Quæ ille Gargetius etiam antè Democritus εἴδωλα, hic ſpectra nominat. His autem ſpectris etiamſi oculi poſſent feriri, quòd vel iis ipſa occurrunt: animus quî poſſit, ego non video. Ibid.* Spectrũ tuum, vt ſimulac mihi collibitũ ſit de te cogitare, illud occurrat. Ibid. 19. Nec tamen hoc vſu venit propter ſpectra Catiana.

Specula, *vigilum locus, vigilia*. 4. 3. Tanquàm ex aliqua ſpecula perſpexi tempeſtatem futuram. 2. V. 46. Homines in ſpeculis ſunt: obſeruant, quemadmodum ſe vnuſquiſque veſtrûm gerat in retinenda religione. pro Deiot. 22. Rex ſemper in ſpeculis fuit, cùm à te animo eſſet alieno. 9. Att. 22. Satiùs exiſtimo vos diſpertitos & in ſpeculis eſſe. 7. V. 92. Prædonum aduentum ſignificabat ignis è ſpecula ſublatus. pro Mur. 79. Qui ab illo in ſpeculis atque inſidiis relicti, in capite atque in ceruicibus noſtris reſtiterunt. 7. Ant. 19. Idcirco in hac cuſtodia tanquàm in ſpecula collocati ſumus.

¶ *Parua ſpes*. pro Cl. 72. Qui aliquid ex eius ſermone ſpeculæ deguſtarat. 2. Famil. 16. In communibus miſeriis hac tantùm oblectabar ſpecula.

Speculandi. 7. V. 160. Ait eum ſpeculandi cauſa in Ciciliam eſſe miſſum. 1. de Orat. 136. Quod neque precibus vnquam, nec inſidiando, nec ſpeculando aſſequi potui.

Speculator. 1. de Nat. 84. Phyſicus, id eſt, ſpeculator, venatórque naturæ. pro Pomp. 46. Alij eum ſpeculatorem, quàm legatum, iudicari maluerunt. 1. V. 51. Fides mea cuſtodem repudiat, diligentia ſpeculatorem reformidat. pro Dom. 18. Iſte ſpeculator communium miſeriarum. 2. de Natur. 140. Oculi tanquàm ſpeculatores, altiſſimum locum obtinent. ‖ 7. V. 162. Repentinus ſpeculator.

† Adiunct. Repentinus, 7. Ver.

Speculatrix. 3. de Nat. 46. Furiæ ſpeculatrices, & vindices facinorum & ſceleris.

☞ Synt. *In ſpeculis & inſidijs relictus. Oculi tanquàm ſpeculatores.*

Speculor, *in ſpeculis ſum*. 1. C. 6. Multorum te oculi & aures ſpeculabuntur atque cuſtodient. 5. Tuſc. 9. Sic noctu ad eas ventitabat, vt omnia ſpecularetur & perſcrutaretur antè. pro Fl. 57. Cùm curia, &c. ſpeculatur atque obſidet roſtra.

† Adverb. Propè ſpeculis, in Piſo.

☞ Syntaxis. *Speculor & cuſtodio. Speculor & perſcrutor. Inſidiando & ſpeculando. Speculari & obſidere. Speculator & vindex ſcelerum.*

Speculum. I. P. 71. Verſus, in quibus ſi quis velit, poſſit iſtius tanquàm in ſpeculo vitam intueri. 2. de Finib. 32. Infantes, pueri & beſtiæ, quæ Epicurus putat eſſe ſpecula naturæ 5. 61. Pueri in quibus vt in ſpeculis natura cernitur. de Vn. 42. Speculorum leuitas. pro S. R. 47. Etenim hæc conficta arbitror à poëtis eſſe, vt effictos noſtros mores in alienis perſonis, expreſſamque imaginem noſtram vitę quotidianæ videremus.* in Clod. Poſtquàm tibi ſpeculum allatum eſt. Incert. Comœdia eſt imitatio vitæ, ſpectrum conſuetudinis, imago veritatis.

Spelunca, *ſpecus*. 6. V. 107. Proptereà eſt ſpelunca quædam conuerſa ad aquilonem, infinita altitudine. de Fat. 6. Ex ſpelunca ſaxum in crura eius incidit. 2. de Finib. 95. At Philocteta iam decimum annum in ſpelunca iacet. pro Fl. 39. Qui producti tabulas ſe publicas ad ſpeluncas perdidiſſe dixerunt.

Specus. 15. Attic. 25. M. Ælium cura liberabis, me paucos ſpecus in extremo, fundo, &c. habituros. *hîc ego ſpecus, æquæ ductus ſignificare puto: vt Cæſ. Com. de bello Alexandrino.*

† Adiunc. Pauci & ſubterranei, 15. Att.

SPERANDVM. pro Marc. 2. Ergo his ad bene ſperandū de omni rep. quaſi ſignum aliquod ſuſtuli. 2. Qu. Fr. 11. Id erat huiuſmodi, vt magis optandum, quàm ſperandum putarem.

SPERATVS, *expectatus, deſideratus.* 1. Qu. Fr. 1. 34. De reliqua & ſperata gloria laborare.

SPERNO, *refuto, reſpuo, renuo, deſpicio, repudio, repello, reijcio.* 13. A. 21. Sed multò magis non ſpreuit, & pro nihilo putauit. pro Cæl. 36. Cur huic, qui te ſpernit, moleſta es?

SPERNOR, ris. de Sen. 7. Sperni ab iis, à quibus coli ſis ſolitus.

SPERO, *ſpem habeo, ſpes eſt, ſum in ſpe, in ſpe habeo, ſpe ducor, inducor in ſpem, expecto, aſpiro, confido, ſpem pono, ſpe atque animo incubo, ad ſpem erectus ſum, reuiuiſco, ſpem propoſitam habeo, mihi ſpes eſt propoſita.* 12. Fam. 18. Id ego & ſperâram, prudentia tua fretus: & vt confiderem, fecerunt tuæ literæ. 6. Att. 9. Spero quæ tua temperantia eſt, & herculè, vt me iubet Acaſtus, confido te iam, vt volumus, valere. 1. 1. Spero tibi me cauſam probaſſe, cupio quidem certè: ad Oct. Quid de hoc ſperare aut expectare nos oportebat. 6. Attic. 6. Bene ſperare de aliquo. 5. 14. Spero meos omnes ſeruire laudi meæ. pro Deiot. 38. Iubeo te bene ſperare, & bono animo eſſe. 6. Attic. 1. Ego, vt ſpero, propediem te videbo. pro Arch. 3. Res vobis, quemadmodum ſpero, non moleſta. 16. At. 3. Vt ſpero & vt promittis. de Fat. 3. Oratorias executiones non tu quidem, vt ſpero, reliquiſti. pro S. R. 10. Sin à vobis (id quod non ſpero) deſerar. 1. Att. 10. A quo nihil ſperes boni, quia non vult, nihil metuas mali, quia non audet. 7. 2. Itaque omnia experiar, & vt ſpero, aſſequar: quòd ſi tu valeres, iam mihi quædam explorata eſſent: ſed, vt ſpero, valebis. 9. 12. Vt ægroto dum anima eſt, ſpes eſſe dicitur: ſic ego quoad in Italia Pompeius fuit, ſperare non deſtiti. 13. 17. Etſi tuæ literæ rectè ſperare iubent, tamen expecto recēs aliquid. 14. 16. Spero meliora. 1. Qu. Fr. 2. Et quidem vt cùm ſpe ſumma, maxima, tum maiore etiã animo ſperent, ſuperiores fore nos, confidant animo. * con. C. Anton. Conſulatum ſpero aut cogito.

¶ *Timeo, vereor.* 3. de Or. 48. Quoniam hęc ſatis ſpero vobis quidem, certè maioribus natu, moleſta & putida videri.

† ADVERB. Benè de aliquo, 9. Att. Benè de repub. pro Rab. Poſth. Benè ex aliquo, 13. Famil. Inſipienter, de Sen. Optimè de aliquo, 13. Phil. Optimè omnia, 4. Fam. Plurimùm ab, 1. Off. Rectè, 13. At. Saltem, 12. Fa. Temerè, 3. Att.

☞ Syntaxis. *Spero, & iam confido. Bene ſperare de aliquo. Benè ſpera, & bono animo ſis. Illi adhuc ſpes eſt.*

SPES, *boni expectatio, fiducia, expectatio firmamentum, cupiditas.* )( *timor.* 4. Tuſc. 80. Si ſpes eſt expectatio boni, mali expectationem neceſſe eſt eſſe metum. 11. Att. 15. Neque ab iis ipſis quicquam ad ſpem oſtenditur. 2. C. 25. Bona ſpes cum omnium rerum deſperatione confligit. ad Brut. ep. pr. in. 7. Spes hominum egentium & perditorum imminet templis deorum. 3. At. 22. Inijcere ſpem alicui de aliqua re. 15. 20. Tantum ſpei habent ad viuendum, quantum acceperant ab Antonio. 11. 21. Quod quidem nulla habeo in ſpe. 8. 3. Sed rurſus tam abiectam compoſitionis ſpem, non deſperatiſſimam eſſe puto. 3. 14. Poſteaquàm extenuari ſpem noſtram & euaneſcere vidi. 5. 4. Profectio tua ſpem meam debilitat. pro Rab. 15. Qui libertatis ſpem propoſitam habent. 11. Attic. 11. Ne ſpes quidem vlla oſtenditur, fore melius. 2. ad Heren. 25. Spes eſt melius fore. 2. contra Rull. 78. Vrbani, quibus iſta agri ſpes & iucunditas oſtenditur. 1. con. Rull. 23. Spem improbis oſtendiſti, timorem bonis iniecisti. 2. 65. Suſpenſus & incertus, obſcura ſpe & cæca expectatione pēdeo. 1. 27. Spe ducor, me poſſe, &c. 1. Tuſ. 97. Magna me ſpes tenet, iudices, bene mihi euenire, quod mittar ad mortem. pro Clu. 7. Magna ſpes me tenet, hunc locum, &c. 14. An. 15. Qua ſpe, vt venire velim, tenebuntur? 6. At. 1. De Egnatij nomine nec nulla, nec magna ſpe ſumus. Ibidem. 6. Quo maiorem ſpem habeo, nihil fore aliter ac deceat. 15. 1. Habere bonam ſpem de aliquo. 3. 16. Literæ tuę ſpem mihi magnã faciunt. 7. 14. Pompeius ſpem affert, ſe, &c. 7. V. 40. Ponere ſibi ſpem in aliqua re. 13. Att. 22. Sed id quidem mihi in optima ſpe pono. pro Cluent. 22. Cùm ei filij recuperandi ſpes eſſet oſtentata. 3. de Natur. 14. Miſerum eſt non habere ne ſpei quidem extremum & commune ſolatium. 2. de Inuent. 112. Si tum cùm ſpes deſeruiſſet, opitulatus ſit. 7. Att. 20. Deficit enim non voluntas, ſed ſpes. 12. Fa. 14. Si Syriæ ſpes eum fruſtrata eſſet. 11. Atticor. 4. Brutus eſt in ſpe magna. 1. 10. Teucri lentum negotium, ſed tamen eſt in ſpe. 8. 13. Nunc autoritate & conſilio tuo in ſpe firmiore ſumus. 1. de Ora. 25. Collcare magnam ſpem ſuæ dignitatis in aliquo. 2. V. 9. Collocare ſpem in aliquo honeſto præſidio. Ibidem 42. Habere bonam ſpem de ſe 2. de Orator. 142. Abiicere ſpem faciendi aliquid. 3. V. 20. Præcidere ſpem alicui faciendi aliquid. 8. Attic. 15. Dum in ſpe pax fuit. 2. 22. In eam ſpem adducor, vt, &c. pro Milon. 95. O ſpes fallaces. 1. Atticor. 17. Spes malorum. pro S. R. 110. Pro re certa ſpem falſam domum retulit. 2. Famil. 5. Siue habes aliquam ſpem de republica, ſiue deſperas. 16. 5. Omnem ſpem tui diligenter curandi in Curio habeo. 3. 10. In te ipſo maximam ſpem habebã. 12. 1. Reipublicę ſpes omnis in vobis eſt. 1. de Finib. 67. Erigi ſpe futurorum. 9. Fam. 1. Venirem in ſpem. 5. 13. Teneri aliqua ſpe. Ibidem. 12. Rapi ad ſpem immortalitatis. 5. de Finibus 88. Ponere ſpem il aliquo. 5. Tuſculan. 36. Reponere ſpem in aliquo. 5. Fam. 13. Te enim ſpes aliqua conſolatur. pro Planc. 101. Cùm tibi vana quædam atque inania falſa ſpe inductus pollicebar. Ibidem 104. Quibus ego magno in metu meo ſubitò inducor in ſpem, vos, &c. pro Seſt. 93. O dij immortales, quem iam oſtendiſtis exitum nobis? quam ſpem reipublicæ datis? 5. Famil. 4. Dare ſpem alicui. pro Syll. 39. Qui negare voluit, quo plus ſpei Gallis daret. pro Seſt. 67. Fieri quædam ad meliorem ſpem inclinatio viſa eſt. Ibidem. 38. C. Marius ſpes ſubſidiumque patriæ. 2. Anton. 46. Adoleſcens ſumma ſpe & animi & ingenij præditus. Or. 107. Adoleſcens non tam re & voluntate, quàm ſpe & expectatione laudatus. 3. de Natur. 76. Patrimonia ſpe bene tradendi relinquimus, qua poſſumus falli. 8. Atticorum 2. In vnius hominis quotannis periculosè ægrotantis anima poſitas omnes noſtras ſpes habemus. de Somn. 18. Nec in præmiis humanis ſpem poſueris rerum tuarum. 8. Attic. 3. Et quædam ſpes mihi quidem non magna, ſed in his locis firma. 2. C. 14. De ſpe conatúque depelli. pro Planc. 55. Alia te ratio ad ſpem huius opprimendi excitauit. pro Dom. 25. Pompeius ciuitatem ad ſpem libertatis & priſtinæ dignitatis erexit. Poſtquàm in Senat. 10. Quis enim vllam vllius boni ſpem haberet in eo, qui, &c. 4. C. 8. Eripit mihi ſpem, quæ ſola hominem in miſeris conſolari poteſt. Ibid. 23. Si vis improborum ſpem meam fefellerit atque ſuperauerit. pro Mur. 28. Itaque beneficij collocandi ſpem perdidiſtis. pro Flacc. 3. Eſtis iudicaturi de ſpe bonorum omnium, ſi qua reliqua eſt etiam nunc, quæ fortium ciuium mentes cogitationéſque ſuſtentet. Ibid. 4. Totus ſtatus ciuitatis, & ſpes omnium in veſtra poteſtate & in hoc vno iudicio poſita eſt & defixa. pro Flacc. 4. Salus noſtra, quæ, eſt ſpes exigua extremáque pendet. Antequam 9. Quomodo ſpes ſalutis cæteris reſidebit, cùm ciuibus præcluſa ſit expectatio incolumitatis? 12. Fa. 25. Ingredi in ſpem libertatis. 1. 7. Eximia ſpes. de Amic. 23. Amicitia bona ſpe prælucet in poſterum. 1. de Inuent. 71. Habere ſpem in fide alicuius. 1. At. 5. Omnem ſpem delectationis noſtræ in tua humanitate poſitam habemus. 6. 2. Magna in ſpe ſum, mihi nihil temporis prorogatum iri. 9. 12. Spes quædam me obtentabat, fore, vt aliquid conueniret. Ibid. Ægroto dum anima eſt, ſpes eſſe dicitur. 11. 1. Omnem ſpem habeo exiſtimationis priuatarúmque rerum, in tua erga me mihi perſpectiſſima beneuolentia. Ora. 6. Spem infringi, & langueſcere iniuriam. 15. At. 21. Et quidem cccc. M. certa, reliqua in ſpe. Brut. 10. Spes omnis eſt in te. Ibid. Spes libertatis nuſquàm. 1. Qu. Fr. 1. Vt cum ſpe ſumma, maxima, tum maiore etiam animo ſperent, &c. Ibid. Quare magnum fac animum habeas, & ſpem bonam. pro S. R. 146. Facis iniuriam, Chryſogone, ſi maiorem ſpem emptionis tuæ in huius exitio ponis, quàm in his rebus, quas L. Sylla geſſit. 3. Fam. 8. Plura ponuntur in ſpe, quàm in pecuniis. ad Oct. Cedam vita, quæ quanquàm ſollicita eſt, tamen ſi profutura eſt reipublicæ, bona ſpe poſteritatis me conſolatur. pro Mil. 32. Magna Clodio ſpes erat in Milonis morte propoſita. Ibid. 79. In ſpem maximam, & quemadmodum confido, veriſſimam adducti ſumus, hunc annum fore, &c. pro Lig. 30. Tu idem fer opem, qui ſpem dediſti, Quint. de Pet. 25. In optima ſpe eſſe debebis. 3. A. 14. Vt fortiſſimis militibus ſpes oſtendatur præmiorum. 4. A. 1. Frequentia veſtrum, Quirites, & alacritatem mihi ſummam affert reipublicæ defendendæ, & ſpem recuperandæ libertatis. 5. P. 41. Magnam ſpem in eius virtute reſpublica reponit otij, pacis, concordiæ. 7. 1. Senatus ad autoritatis priſtinæ ſpem reuiuiſcit. 11. 4. Populari agros non ad ſpem conſtituendæ rei familiaris, ſed ad præſentem paſtum mendicitatis ſuæ. 3. Off. 117. Spes alicuius rei explorata. 10. A. 19. Magna ſpe, & propè explorata, libertatis cauſam ſuſcepimus. de Amic. 59. Amici iacentem animum excitet, inducátque in ſpem cogitationémque meliorem. 2. de Leg. 28. Quoniam expectatione rerum bonarum erigitur animus, rectè à Colatino Spes conſecrata eſt. 5. de Finib. 52. Qui à ſpe gerendi abſunt confecti ſenectute. pro M. Scau. Me in ſpem impulit. * Hortenſ. Timor ſtatim ſpe impunitatis exultat. Incer. Non res laudanda, ſed ſpes, eſt.

† ADIVNC. Abiecta, deſperatiſſima, firma in his locis, 9. Att. Bona, 11. Phil. Certa, 15. Att. Charæ, reliquæ, 8. Fam. Certiſſimæ, ep. ad Bru. Non dubia, inanis, & tenuis, pro Q. R. Non dubia triumphi, 15. Fam. Minimè dubia, & penè explorata, 2. Fam. Exigua, tenuis, 3. Attic. Exigua, extremáqne, pro Flac. Eximia, 1. Fam. Explorata, infinita, pro Deiot. Explorata ſatis, optima, 6. Fam. Fallax hominum, 2. de Orat. Fallaces, magna, ſumma, pro Mil. Falſa, I. P. Falſa, atque fallax, 2. Phi. Firmior, 8. Attic. Fractior, de Amic. Inanis, 7. Phi. Incerta, 1. de Inuent. Incertiſſima, pro Seſt. Magna, immortalis, 5. Phil. Maior, de Aruſ. Maxima, melior, veriſſima, 2. de Leg. Minor, 2. Att. Multa, 7. Att. Mala, reliqua, 7. Fam. Noua, 3. Ver. Obſcura, 2. cont. Rull. Pertenuis ſalutis, 14. Fam. Subdita, pro Mur. Suſpenſa, 20. Fam. Tanta, 7. Ver. Vberior, 1. de Orat.

☞ Synt-

☞ Syntaxis. *Nihil illi ad ſpem oſtenditur. Spes perditorum imminet nobis. Inÿcere ſpem alicui. Hoc in nulla habeo ſpe. Spes deſperata. Spẽ extenuari & euaneſcere. In ſpe eſſe. Me ſpes tenet. In bona ſpe ponere. Adduci in ſpem. Duci ſpe. Dare ſpem alicui. Spes & ſubſidium. Spe & expectatione bonus. Spem perdere. Poſita & defixa ſpes. Sperare ſpe ſumma. Magna ſpe aliquid agere. Propoſita, poſita conſecrata ſpes. Nec nulla ſpes, nec magna. Spes explorata, optima, eximia, mentem ſuſtentans, erecta, firma, ſuſpenſa, abiecta, exigua, præcluſa, fallax, infracta, extenuata.*

SPHÆRA, *globus*. 2. de Na. 47. Duæ formæ præſtantes ſunt, ex ſolidis globus, ſic σφαίραν interpretari placet: ex planis circulus aut orbis, qui κύκλος dicitur. Ibid. 56. Habent ſuam ſphærã ſtellæ inerrantes, ac ætherea coniunctione ſecretam. de Fat. 15. Si in ſphæra maximi orbes ſunt, medij inter ſe diuidũtur. 1. Tuſ. 63. & 5. 64. Nam Archimedes lunæ, ſolis, quinque errantium motus in ſphæram alligauit. 2. de Natur. 88. De ſphæris Poſidonij & Archimedis. Ibid. 116. Id medium infimum in ſphæra eſt. 3. de Orat. 160. Sphæram in ſcenam, vt dicitur, attulit Ennius.

† ADIVNC. Aetherea, coniunctione ſecreta & libera, 1. de Orat.

SPICA, 5. de Fi. 91. Seges ſpicis vberibus & crebris. de Sen. 51. Viriditas herbeſcens, &c. cùm è vaginis emerſerit, fundit frugem ſpicæ ordine ſtructam, & contra auium minorum morſum munitur vallo Ariſtarum.

† ADIVNC. Vberes, & crebræ, 5. de Fin.

SPICVLVM, *telũ, ſagitta*. I. P. 62. L. Craſſus ſpiculis propè ſcrutatus eſt Alpes, vt, &c. 5. Famil. 12. Epaminondas tum denique ſibi auelli iubet ſpiculum.

SPICVM, *ſpica*. 2. de Nat. 110.

*Spicum illuſtre tenens ſplendenti corpore virgo.*

† ADIVNCT. Illuſtre, Arat.

SPINA. 2. de Nat. 121. Animantes aliæ ſpinis hirſutæ, aliæ villis veſtitæ. in Arat.

*Illa vſque ad ſpinam mergens ſe cærula condit.*

4. de Fin. 6. Spinas vellere. *pro Qu. Gall. Humus ſpinis cooperta piſcium.

¶ *Subtilis ratio, preſſáque*. 4. de Fin. 79. Spinæ diſſerendi. 4. Tuſc. 9. Peripatetici autem ad placandos animos multa afferunt: ſpinas partiendi & definiendi prætermittunt.

† ADIVNC. Valida, Arat.

SPINIFER. in Arat.

*Spiniferam ſubter caudam piſtricis adhæſit.*

SPINOSVS, *durus, aſper*. Orat. 114. Poſteà Dialectici ſpinoſiora multa pepererunt. 1. de Orat. 83. Spinoſa & exilis oratio. 3. de Fin. 3. Subtile ac ſpinoſum diſputandi genus. 1. Tuſcul. 16. Hæc enim ſpinoſiora priùs me vt confitear cogũt, quàm vt aſſentiar.

SPIRABILIS, *flabilis, animalis*. 1. Tuſc. 40. Siue illi ſint animales, id eſt, ſpirabiles. Ibid. 70. Sed fac igneam, fac ſpirabilem. 2. de Nat. 18. Animum illum ſpirabilem ſumpſimus ab aëre eo, quem ſpiritu ducimus. Ibid. 91. Hæc animalis ſpirabiliſque natura, cui nomen eſt aër.

SPIRANS, *viuus*. pro Mil. 92. pro Seſt. 54. Et ſpirante etiam republica ad eius ſpolia detrahenda aduolauerunt. 1. Qu. Fr. 3. Quædam effigies ſpirantis mortui. pro Dom. 134. In viui etiam ſpirantis caput buſtum imponere. ‖ Poſtquàm ad Quir. 24. Dum animo ſpirabo mea. pro Mil. 92. Ecquando ab eo ſpirante forum potuiſſet defendi.

SPIRATIO. 2. de Nat. 83. Animantes à ſpiratione aëris ſuſtinentur. *Alÿ, aſpiratione, legunt.*

SPIRITVS, *vapor ſanguinis puriſſimus*. Ibid. 19. Omnia vno diuino ac continuato ſpiritu contineri. 3. 28. Naturã vno diuino ſpiritu contineri. de At. 57. Eodem tempore ſuſcipimur in lucẽ, & hoc cœleſti ſpiritu augemur. 3. Offic. 32. Membra quædam amputantur, ſi & ipſa ſanguine, & tanquàm ſpiritu carere cœperunt. 2. de N. 117. Aër cœli tenuitate & calore temperatus, vitalem & ſalutarem ſpiritũ præbet animãtibus. Ibid. 138. Sanguis per venas in totum corpus diffunditur, & ſpiritus per arterias.

¶ *Animus, anima*. 2. cont. Rull. 93. Hunc regio ſpiritu cùm viderem, &c. pro Mar. 29. Vita corpore & ſpiritu continetur. I. P. 20. Contaminatus ſpiritus.

¶ *Reſpiratio, ſpiratio, anhelitus*. 3. de Orat. 4. Lingua vel auulſa, ſpiritu ipſo libidinem tuam refutabo. Ibidem. 182. Vt nihil ſit, ne ſpiritu quidem minimo breuius aut longius. pro Arch. 30. Cùm vſque ad extremum ſpatium nullum tranquillum & otioſum ſpiritum duxerimus. pro Seſt. 79. Aliquis extremo ſpiritu exanguis & confectus. 2. de N. 138. Anima quæ ſpiritu in pulmones ducitur, caleſcit primùm ab ipſo ſpiritu, deinde, &c. Ibid. 18. Aër ille quem ſpiritu dicimus. Ibid. 101. Aër ſpiritu ductus, alit animantes. 10. A. 20. Non in ſpiritu vita eſt, ſed ea nulla eſt omninò feruienti. 7. V. 117. Excipere extremum ſpiritum alicuius. 1. Tuſ. 96. Ludere extremo ſpiritu. 1. de Orat. 261. Demoſthenes, cùm ſpiritus eius eſſet anguſtior, tantum continenda anima in dicendo eſt aſſecutus, vt, &c. 2. de Natur. 134. Tribus rebus animantium vita tenetur: cibo, potione, ſpiritu. Ibid. Aſpera arteria excipit animam eam, quæ ducta eſt ſpiritu, eandémque à pulmonibus reſpirat. Ibidem. Os adiunctum naribus, ſpiritu augetur. 1. de In. 86. Si ſpiritum ducit, viuit. Antequàm. 27. Liberè ſpiritum ducendi nullam habeo poteſtatem. 10. Fa. 1. Vt poſſimus ad id tempus reipublicæ ſpiritum ducere. 3. de Orato. 179. Animæ intercluſio, & anguſtiæ ſpiritus. Ibidem. Longiſſima eſt complexio verborum, quæ volui vno ſpiritu poteſt. Orat. 228. Oratio quæ ſpiritu pronunciantis debet inſiſtere.

¶ *Ventus, aura, flamen*. 2. de Nat. 114.

*Aram, quam flatu permulcet ſpiritus auſtri.*

¶ *Vita*. 10. A. 20. Eum ſpiritum, quem naturæ quis debeat, patriæ reddere. de Sen. 27. Quorũ vſque ad extremum ſpiritum prouecta eſt prudẽtia. 7. V. 117. Auferre ſpiritum ſine ſenſu doloris.

¶ *Elatio animi, faſtus, inflatio*. pro Syll. 27. Res geſtæ credo meæ me nimis extulerunt, & mihi neſcio quos ſpiritus attulerunt.

¶ *Vox, vocis contentio*. 1. de Orat. 261. Demoſthenes ſumma voce verſus multos vno ſpiritu pronunciare conſueſcebat.

¶ *Aër*. 4. C. 7. Eos frui vita & communi ſpiritu putat non oportere. pro Pomp. 33. Atque eos portus, quibus vitam & ſpiritum ducitis. pro Rabir. 15. Quem non modò foro, ſed etiam cœlo hoc ac ſpiritu cenſoriæ leges carere voluerunt. 1. C. 15. Poteſtne tibi huius vitæ hæc lux, Catilina, aut huius ſpiritus cœli eſſe iucundus? cùm, &c. 7. V. 23. Supplicium à libero ſpiritu, & communi luce ſecluſum. *id eſt*, in carcere. pro S. R. 131. Spiritum quem ducimus à Deo nobis dari. 4. ad Heren. 46. Anhelans ex imis pulmonibus præ cura ſpiritus ducebatur. 2. de Nat. 136. In pulmonibus ineſt raritas, ad hauriendum ſpiritum aptiſſima. Orat. 107. & pro S. R. 72. Quid eſt tam commune, quàm ſpiritus viuis, terra mortuis? 2. de Diu. 98. In puero refert, ex qua affectione cœli primum ſpiritum duxerit.

† ADIVNC. Anguſtior, 1. de Orat. Cœleſtis, de Aruſp. Communis, 4. Catil. Contaminatus, I. P. Diuinus, & continuatus, 3. de Nat. Extremus, 1. de Inuent. Infinitus, minimus, 3. de Orat. Iucundus cœli, 1. Catil. Liber, Anteq. Tranquillus, & otioſus, pro Arch. Tribunitij, pro Cluent. Vilis, 12. Phil. Virilis & ſalutaris, 2. de Nat.

SPIRO, *ſpiritum duco, animam duco, viuo*. 3. de Natur. 95. Quæ deſeri à me, dum quidem ſpirare potero, nefas iudico. de Clar. 94. Hanc ob cauſam videtur Lælij mens ſpirare, etiam in ſcriptis, Galbæ autem vis occidiſſe. pro S. R. 65. Non modò ſine cura quieſcere, ſed ne ſpirare quidem ſine metu poſſunt.

SPISSE, *ægrè, difficulter, vix*. de Cla. 138. Spiſſè atque vix, vt dudum, &c. ſic nunc Antonium Craſſúmque peruenimus.

SPISSVS, *denſus*. 2. de Orat. 213. In vtroque genere & principia tarda, & exitus ſpiſſi ac producti eſſe debent.

¶ *Difficilis*. 10. Attic. 20. Omnia adhuc tarda & ſpiſſa. 3. de Orat. 143. Sed etiamſi id eſt, aliquantò ſpiſſiùs, aut ego ſum tardior, attamen diſcam, &c. 2. Qu. Fr. 13. Scribebam illa politica, ſpiſſum ſanè opus & operoſum.

☞ Syntaxis. *Opus ſpiſſum & operoſum.*

SPLENDEO, *luceo, fulgeo, mico*. pro Seſt. 60. Virtus lucet in tenebris, ſplendétque per ſe ſemper.

SPLENDESCO. de Senect. 28. Etenim canorum in voce ſplendeſcit, etiam neſcio quo pacto in ſenectute. Parad. 1. Nihil eſt tam horridum, tam incultum, quod non ſplendeſcat oratione & tanquàm excolatur.

SPLENDIDE, *amplè, magnificè, illuminatè*, de Clar. 201. Id melius eſt, quod ſplendidius & magnificentius. pro Quin. 93. & de Sen. 64. Magnificè & ſplendidè ornare conuiuium. 1. de Fin. 6. Quæ ſplendidè dicta ſunt 4. ad Her. 30. Splendidè recipere aliquem. 1. Offi. 4. Ornatè ſplendidéque dicere.

SPLENDIDVS, *magnificus delicatus*. de Somn. 7. Splendidiſſimus candor. 1. de Finib. 61. Non tam ſolido, quàm ſplendido nomine virtutis. de Clar. 261. Cæſar ſplendidam quandam dicendi rationem tenet. Or. 163. Splendidiſſimis nominibus illuminatus eſt verſus. pro Flacc. 48. Splendidiſſimus atque ornatiſſimus vir. 2. de Fin. 58. C. Plotius eques Romanus ſplẽdidus. 1. Off. 61. Splendidiſſimum videri, quod animo magno elatoque factũ ſit. Parad. 5. Reuiuiſcat M. Curius, cuius in villa ac domo nihil ſplendidum fuit, nihil ornatum præter ipſum. de Clar. 201. Magnificentius & ſplendidius oratorum genus. ‖ pro S. R. 143.

☞ Syntaxis. *Lucere in tenebris, ſplendereq́ꝫ. In ſenis voce canorum ſplendeſcit, id eſt, viget. Argumentum oratione ſplendeſcens & excultum. Splendidè & magnificè. Ornatè, ſplendideq́ꝫ dicere. Splendidè amicos accipere. Candor ſplendidus. Solida ſplendidaq́ꝫ virtus. Splendidum ac ornatum.*

SPLENDOR, *nitor, claritas, dignitas, deliciæ*. pro Pomp. 41. Nunc imperij noſtri ſplendor illis gentibus lucet. pro Flac. 28. In imperio atque in publica dignitate omnia ad gloriam ſplendorémque reuocanda ſunt. 1. de Orat. 200. Qu. Mutij ianua maxima quotidiè frequentia ciuium & ſummorum hominum ſplẽdore celebratur. pro Cecin. 28. Falcula Senator populi Romani, ſplendor ordinis. pro Syll. 1. Dignitatis ſuæ ſplendorem obtinere. pro S. R. 140. Equeſtris ſplendor. pro Cl. 198. Honeſti homines, & ſummo ſplendore præditi. 1. Offi. 67. Harum rerum duarũ ſplendor omnis & amplitudo eſt in poſteriore. 4. ad Her. 64.

Gemmæ nitor,& ſplendor auri.pro Cæl.77. Si te ſplendor huius,ſi nitor offendit.de Clar.124. Curioni ſplendor non defuit. pro Qu. 59. Huius ſplendor omnis his moribus obſoleuit. de Clar.239. Actio eius habebat & in voce magnum ſplendorem, & in motu ſummam dignitatem. Ibidem.250. & Orator. 164. Splendor verborum.Poſtq.in Sen.9. Splendor honoris.* Hortenſ. Capti ſplendore virtutis. 1.de Finib.42. Splendore nominis capti.

† ADIVNCT. Aequabilis , conſtans hominum , pro Cl.Equeſter , pro Planc.Eximius,pro S.R. Forenſis,1.Att.Magnus,maior,multus,de Cl. Maximus virtutis, 1.Offic. Similis, 1.Verr. Summus, pro Cæl. Tantus, Poſtq.ad Quir.

☞ Syntaxis. *Ad gloriam, ſplendoremq́ omnia reuocare. Amicorum ſplendore celebrata ianua.Cæ.Romanorum ſplendor.Dignitatis ſplendorem obtinere. Splendor & amplitudo. Gemmæ nitor, & auri ſplendor.Viri ſplendor ac nitor.*

SPOLETINVS.pro Cor.48.de Cl.270.

SPOLIATIO, *priuatio,direptio.*pro Mur.87.Miſericordiam ſpoliatio conſulatus magnam habere debet. pro Seſt. 47. In tanta ſpoliatione omnium rerum. 2.A.27. Spoliatio dignitatis. 6.V. 102.& 1.contra Rul.9. Spoliatio templi nobiliſſimi.

† ADIVNCT. Tanta rerum,pro Seſt.

SPOLIATOR monumentorum Verres.6.V.80.

SPOLIATRIX. pro Cæl.52.Venus ſpoliatrix.

SPOLIATVS, *nudatus.*I.P.38.Nunc meam ſpoliatam fortunam cum tua florente conferam.6.Att.1. Nihil illo rege ſpoliatius, nihil egentius.de Cl.6.Cùm forum voce erudita ſpoliatum atque orbatum videret. 2. de Orat.144. Ornamento quodam ſeſe ſpoliatum videre. * cont. C.Ant. Spoliatus ornamentis omnibus.

† ADVERB. Priuatim & expilatus,7.Ver.Priuatim & exagitati aratores,5.Ver.

SPOLIO, *exuo,nudo,denudo,orbo,priuo,diſpolio, ſpolia detraho,eripio detraho.*6.V.37. Apollonium omni argento ſpoliaſti,& depeculatus es.pro Syl.71. Spoliare fana ſociorum.pro Dom.55.Cùm proſcriptionis metu me frequentia nudarent , virorum bonorum præſidio ſpoliarent.2.V.14. Idem monumenta antiquiſſima ſpoliauit,nudauítque omnia.4.Tuſc.22. Conturbatio ſanitate animum ſpoliat. pro Cæl. 42. Parcat iuuentus pudicitiæ ſuæ,ne ſpoliet alienam.1.de Orat.235.Spoliare atque denudare aliquam artem ſuo ornatu.

† ADVERB. Apertiſſimè,priuatim,publicè ſacrà,7.Ver.Planè vrbem, 6.Verr.

SPOLIOR. pro Pl.22. Eſt enim grauiùs ſpoliari fortunis,quàm non augeri dignitate.

† ADVERB. Publicè,7.Ver.

☞ Syntaxis. *Spoliatio viri , & dignitatis (rei quæ ſpoliatur, & qua quis priuatur.)Nihil illo ſpoliatius, nihil egentius.Spoliatus & orbatus Spoliare aliquem argento,& depeculari.Spoliare & nudare.*

SPOLIVM,*exuuiæ.*pro S.R.145.Si ſpoliorum cauſa vis hominem occidere.Ibid.146.Cruenta ſpolia cuipiam detrahere.pro Pom. 55.Cùm hunc locum nobis maiores noſtri exuuiis nauticis, & claſſium ſpoliis ornatum reliquiſſent.3.Offic.22. Aliorum ſpoliis ſuas opes augere.pro Corn.54. An ne de nobs trahere ſpolia fœderatis licebit , de hoſtibus non licebit?2.Tuſc.22. Nec quiſquam à noſtris ſpolia cepit laudibus.1.Offic.61.Salmacida ſpolia ſine ſanguine,& ſudore.

† ADIVNC. Conſularia , I.P. Cruenta, pro S. R. Noua , pulcherrima, 7.Verrina.

☞ Syntaxis. *Cruenta ſpolia alicui detracta. Exuuiæ nauticæ,& claſſium,ſpolia de hoſte trahere,ex hoſte capere.*

SPONDÆVS. Orator. 216. Neſpondæus quidem funditùs eſt repudiandus , & ſi quod eſt è longis duabus,hebetior videtur & tardior. * de ſuis conſil. Admonuiſſe tibicinam vt ſpondæum caneret.Quod cùm illa feciſſet,tarditate modorum & grauitate cantus,illorum furentem petulantiam reſediſſe.

† ADIVNC.Aequalis dactylo,hebetior,& tardior,Orat.

SPONDALIA, *eſt genus carminis ſeu cantus,à ſpondæo (vt videtur) appellatum.* 2.de Ora.193.Spondalia illa ſegregare abs te auſus, aut ſine illo Salamina ingredi.

SPONDEO, *permitto,ſponſionem facio.*2. contra Rul. 99.Nulli populo Romano pro me maiores mei ſpoponderunt.ad Br. 18. & 1.Fa.9. Dependendum tibi eſt, quod mihi pro illo ſpopondiſti. 12.Att.15. Scire velim, quando dicat ſpopondiſſe, & pro patre, an ne pro filio. Ibid. 18. Pro Cornificio abhinc ampliùs annis XXV. ſpopondi.16.1.Egit autem pater & filius,vt tibi ſponderem : ſed ita vt tu crederes, cùm ipſe cognoſces.pro Cec.7.Qui quod ſpopondit, qua in re verbo ſe vno obligauit,non facit.10. Fam.15.Hoc tibi ſpondeo,mi Cicero.pro Muræn.90. Promitto & ſpondeo vobis. pro Flacc.106. Filius repetit eam, quam ego patri ſuo quondam pro ſalute patriæ ſpopondi dignitatem. 15. Famil. 21. Quod ego de me tibi ſpondere poſſum.13.17.Spondebo enim tibi,vel potiùs ſpondeo,in méque recipio , eos , &c. 11.Attic. 6.Ea ſpondent,confirmant, quæ , &c.7. V.141.Vt aliquando ſpondere ſe diceeret. ad Brut.18.Reip. quod ſpopondeMagis enim illum, pro quo ſpopondi , quàm me obligaui.5.A. 28. Quibus honores & præmia ſpopondiſti. 14.26. Panſa aut morte , aut victoria ſe ſatisfacturum reipublicæ ſpopondit. ‖ pro Planc. 47. Quod multis benignè fecerit , pro multis ſpoponderit.

† ADVERB.Vehementer,2.de Orat.

☞ Synt. *Pro aliquo alicui ſpondere. Dependam quod pro illo ſpopondi. Promitto & ſpondeo. Spondeo , in méque recipio. Spondeo id,confirmóque.*

SPONGIÆ, *zoophytorum genus,quorum ſunt leuia & mollia corpora,in quibus ineſt raritas , vt quæ ſaxis marinis adnaſcuntur: ac , ſi Ariſt.credimus,ſentiunt.*2.de Nat.136.In pulmonibus ineſt raritas quædam,& aſſimilis ſpongiis mollitudo. pro Seſt.77.E foro ſpongiis effundi ſanguinem.

SPONSA.14.Att. 22.Sua cuique ſponſa,mihi mea.

SPONSALIA, *ſponſio & repromiſſio nuptiarum , & quæ ad ſponſam ſponsúmue ſpectant omnia.* 6. 6. Certos homines ad mulieres miſeram , factis ſponſalibus. 2. Qu. Fr. 3. Ad VIII. Iduum Aprilis ſponſalia Craſſipedi dedi , cui conuiuio Quintus tuus defuit.

SPONSIO, *ſponſum, omnis ſtipulatio promiſſióq́, vt Paulus Iuriſc. docet.*7. V.140. Cogere eum cœpit , ſponſionem facere cum lictore, niſi furtis quæſtum faceret. pro Cec.45. Vt ſtatim teſtificati diſcederent , optimè ſponſionem facere poſſent,ni aduerſùs edictum prætoris vis facta eſſet. 6. V. 132. P. Rubrius Qu. Apronium ſponſione laceſſiuit, ni Apronius dictaret , Verrem ſibi in decumis eſſe ſocium.Ibid.135.Sponſio eſt,ni te Apronius in decumis ſocium eſſe dicat. pro Qu.84. Sponſio quæ in verba facta eſt, ſi ex edicto,&c. *aliter*, ni, pro Quint.36. Negamus te bona poſſediſſe , &c. ni eo ſponſio facta eſt. *id eſt , ni poſſeſſa non ſint.* 6.V.133.Sponſio fit de capite & fortunis tuis.Ibid.135. Facta eſt ſponſio H-S. v.mil. pro Qu. R.10.In ea pecunia legitimæ partis ſponſio facta eſt. Ibid. Aliquem in anguſtiſſimam formulam ſponſionis includere. pro Qu. R. 14. Pecunia petita eſt certa, cùm tertia parte ſponſio facta eſt.pro Cec. 23.Prætor interdixit,vt vnde deieciſſet,reſtitueret:reſtituiſſe ſe dicit,ſponſio facta eſt: hac de ſponſione vobis iudicandum eſt. pro Qu.R. 14. Satis formulæ & ſponſioni feciſſe videor. pro Cecin. 91. Vincere ſponſionem. pro Qu. 84. Sponſione vincire. 2. de Leg. 41. Voti ſponſio, qua obligamur Deo. 4.ad Here.34.Sed etiam inſuper ipſe grandi ſponſione vinctus eſt. 3. Offic. 77. Cùm is ſponſionem feciſſet, ni vir bonus eſſet.

☞ Syntaxis. *Voti ſponſio. Sponſionis formula aliquem includere anguſtiſſima. Pecunia tertia parte ſponſio facta. Vinciri grandi ſponſione.*

SPONSOR. *præs.* 5.Fam. 18.De negotio tuo, quod ſponſores pro Pompeio , ſi Galba conſponſor tuus redierit, non deſinam cum illo communicare. 7. 5. Vel ſponſor humanitatis tuæ. pro Qu. 73. Cur cæteri ſponſores & creditores non conuenerint. 6. A. 11. Quotidiè ſponſores & creditores L. Trebellij conueniunt. de Pro.43. Cn. Pompeius idem mihi teſtis de voluntate Cæſaris, & ſponſor eſt illi de mea. 13. At. 10. Marcellus pro Magio ſponſor factus eſt.16.5. Sic ei probatum eſt, quod ad te ſcribo, vt ipſe crediderit , me ſponſorem accipere noluerit. 3. 6. Tulliola tuum munuſculum flagitat , & me ſponſorem appellat. Ibid. 8.Tulliola tibi diem dat,ſponſorem appellat.15.15.Sponſor promiſſorum alicuius. 16. 14. Sponſores appellare, videtur habere quandam δυσωπίαν. Ibid. Poſſumus , vt ſponſores appellentur, procuratorem introducere.

SPONSVM, *ſponſio.* pro Qu.32.Ex ſponſo egit.

SPONSVS.2. de Inue. 78. Horatia ſponſi nomen appellans identidem.

☞ Syntaxis. *Voluntatis alicuius teſtis ac ſponſor , & de voluntate. Sponſorem accipere, appellare.*

SPONTE, *vltrò, ſua natura , ſuapte , vi ſua, per ſe, à ſua voluntate, ſuo iudicio.* 1. de Inuent.3. Par.131. Qui ſua ſponte & voluntate aliquid faciunt.15.At.26. Gaudeo id te mihi ſuadere, quod ego mea ſponte pridie feceram. 1.de Leg.45.Vera & falſa ſua ſponte, non aliena iudicantur. 4.V.26.Et quis Volcatio, ſi ſua ſponte veniſſet, libellam vnam dediſſet.4.A.8. Gallia ipſa ſua ſponte ſuóque iudicio excitata.2. de Nat.32.Ignis per ſe ipſe ac ſua ſponte mouetur. Ibid. Suapte vi & natura moueri. 2. de Orat. 187.Si ſua ſponte,quò impellimus,inclinant. 1. Fa.7. Pompeius mecum ſæpiſſimè non ſolùm à me prouocatus , ſed etiam ſua ſponte de te communicare ſolet. 1.At.8.Et ſi mea ſponte anteà faciebam. 6. 7. Quintus filius ſuapte ſponte piè ſanè , me quidem certè multùm hortante , ſed currentem animum patris ſui ſorori tuæ reconciliauit. de Clar. 140. 5. de Fin. 37. & 2. 83. Sua ſponte, per ſe, à ſe.

☞ Syntaxis. *Sua ſponte & voluntate facere. Sua ſponte, ſuóq́ iudicio. Per ſe, ac ſua ſponte.*

SPORTELLÆ, *in ſecundis menſis numerantur: alioqui multa alia ſignificant.* 9.Famil.20. Dediſcendæ tibi ſunt ſportellæ & artolagani.

SPRETVS.2.de Nat.9.Veritas auſpiciorum ſpreta eſt,ſpecies tantùm retenta.Orat.13.Eloquentia forenſis ſpreta à Philoſophis, & repudiata.

SPVMA.3.de Nat.59.Venus ſpuma procreata,&c.6.V.148. Cùm ſpumas ageret in ore,arderent oculi,clamare cœpi,&c.

SPVMANS.4.ad Her.69.Iſte ſpumans ex ore ſcelus,& anhelans crudelitatem.

SPVMATVS, *ſpumans.*1.de Diu.13.

*Saxaq; cana ſalis niueo ſpumata liquore.* Poëtæ.

SPVRCE, *obſcœnè,turpiter,fœdè,flagitioſè.*2.A.100. & 1.ad Her.8. Qui in illam miſeram tam ſpurcè,tam impiè dixerit.11.Attic.13.& 11.A.1. Deinde perſcribit ſpurciſſimè,quas ob cauſas fecerit.

SPVRCVS, *lutulentus, impurus,obſcœnus,turpis.*2.Tuſ.41.Samnis ſpurcus homo.pro Do.25.Helluo ſpurciſſimus.de Opt gen.17. Æſernius non ſpurcus homo,ſed doctus & acer.*ex Lucil.**Frag. ep.Tempeſtas ſpurciſſima.

SPVTATILICVS, *fœdus,ſpurcus,quaſi conſputus,vel ſputo dignus, leuis,contemnendus.*de Cl.260. Siſenna defendens,dixit quædam eius ſputatilica eſſe crimina. ibidem. Sputa quid ſit ſcio,tilica neſcio.

SPVTVM.de Clar.260.*Lege,*SPVTATILICVS.

SQVALEO, *ſordeo,mœreo.*)(*.niteo.*pro Seſt.32.Erat in luctu Senatus,ſqualebat ciuitas. pro Milo.20. Squalent municipia, afflictantur coloniæ.

SQVALIDIVS, *aduerb.* 4.de Fin.5. Sed vos ſqualidiùs,eorum vides quàm niteat oratio.

SQVALIDIOR, *horridior.* Orat.115. Sed quia hæc ſua ſponte ſqualidiora ſunt, adhibendus erit his explicandis quidam orationis nitor.

SQVALOR, *ſordes, mœror.* 5.Fa.1. In luctu & ſqualore ſum.14.3. Mihi ante oculos verſatur ſqualor veſter.3.At.10.Ne illius luctum ſqualorémque aſpicerem. pro Cl.18. Mater ſqualore filij & ſordibus lætatur. 7.V.127. Aſpicite, iudices, ſqualorem ſordéſque ſociorum. pro Cl.192. Spectaculum ſordium atque luctus,& tanti ſqualoris alicuius.

¶ *Situs.* pro Mur.86.Squalore ſordidus.

†ADIVNCT. Magnus,maximus,miſer,pro Seſt.Tantus,pro Clu.

☞ Syntaxis. *In luctu & ſqualore eſſe. Squalor & ſordes ſociorum. Sordium luctus,& ſqualoris ſpectaculum.*

SQVAMA, *qua piſces,vel ſerpentes teguntur.*2.de Nat.121.Animantium pluma alias,alias ſquama videmus obductas.

SQVAMIFER. Arat.Squamiferi piſces.

SQVAMOSVS. Ibid.Squamoſi corpore piſces.

SQVILLA,læ,*piſcis genus.* 2.de Nat.123.Pinna cum parua ſquilla coit ſocietatem comparandi cibi.

†ADIVNCT. Parua,2.de Nat.

ST' *interiectio,timoris index,aut ſilentij.*2.de Or.257.St,tacete,quid hoc clamoris eſt? *Poëtæ:qua etiam Teren.in Phormione vſus eſt.*

STALLIANVM, *villa.*7.Fam.1.

STABILIMEN, *firmamentu[m].* 3. de N. 68. Regni ſtabilimen mei. *Poëtæ.*

STABILIO, *firmo.*pro Seſt.143. Qui hanc Rempub. ſtabiliuerunt. 4. de Finib.85. Stabilire Rempub.)(*.euertere Rempub.*pro Seſt.123. Brutus, qui libertatem ciuibus ſtabiliuerat.1.de Legib.62. Stabilire leges. 2.de Diuin.40. Semita nulla pedem ſtabiliat.

STABILIS, *firmus,conſtans, immutabilis, qui in ſtabilitate eſt,immortalis,certus,perennis,perpetuus,proprius,habens aliquid ſtabilitatis,fundatus,& optimè conſtitutus.*)(*.lubricus,incertus.* de Am.23. Nulla domus tam ſtabilis,nulla ciuitas tam firma eſt,quæ non odiis atque diſſidiis poſſit euerti.2.A.44. Curio te in matrimonio ſtabili ac certo locauit.pro Seſt.59.En cur cæteri reges ſtabilem eſſe ſuam fortunam arbitrentur.1.de Or.129. Nihil tam ad diuturnitatem memoriæ ſtabile eſt, quàm id in quo aliquid offenderis.Orat.216. Stabilis quidem, & non expers dignitatis gradus. 2.de Natur.5. Non tam ſtabilis opinio permaneret,nec confirmaretur diuturnitate temporis.de Amic.76. Aliter enim amicitiæ ſtabiles permanere non poſſunt. pro Mil. 93. Vultus ſemper idem, vox,oratio ſtabilis,ac non mutata.2.de N.2. Stabilis & certa ſententia.pro Mar.30. Qui ſedem ſtabilem, & domicilium certum non habet.de Vniuer.6.Res ſtabilis & immutabilis.5.Tuſc.40.Stabile & fixum permanens bonum.4.52.Robuſta & ſtabilis fortitudo.4.Aca.27. Decretum non modò non falſum,ſed etiam ſtabile,fixum ratúmq; eſſe debet.1.Off.6.Nulla officij præcepta firma, ſtabilia, naturæ coniuncta tradi poſſunt,niſi aut ab iis,qui,&c.de Amic.55.Amicitiarum ſua cuique permanet ſtabilis & certa poſſeſſio.

☞ Syntaxis. *Stabile, certumq;. Sedes ſtabilis,ac certum domicilium. Stabile ac immutabile.Stabile ac fixum.Robuſta,ſtabiliſq; fortitudo. Stabile,fixum,ratum.*

STABILITAS, *firmitas.* pro Mar.25.Reſp.quaſſata,multa amiſit præſidia ſtabilitatis ſuæ.2.de N.120.Stirpes ſtabilitatem dãt iis quæ ſuſtinent.5.Tuſc.40.Qui enim poterit aut corporis firmitate,aut fortunæ ſtabilitate confidere? 1.Officio.47.Beneuolentiam non adoleſcentulorum more,ardore quodam amoris, ſed ſtabilitate potiùs & conſtantia iudicemus.1.de Fin.66.Quo loco videtur quibuſdam ſtabilitas amicitiæ vacillare.2.9. Nam reſtincta ſitis ſtabilitatem voluptatis habet.5.Tuſc.85.Hæ ſunt ſententiæ,quæ ſtabilitatis aliquid habeant.

STABILITVS.pro Mar.30. Sed niſi hæc vrbs ſtabilita tuis conſiliis & inſtitutis erit,vagabitur modò nomen tuum,&c.4.C.19. Maximis laboribus fundatum imperium,plurima virtute ſtabilita libertas.

† ADVERB. Firmiter,6.de Rep.Probè,1.Tuſc.

☞ Syntaxis. *Corporis firmitas, fortunæ ſtabilitas. Stabilitas & conſtantia.Stabilita virtute libertas.*

STABVLVM. pro Seſt.12. Cùm Catilina Italiæ cauſas,& paſtorum ſtabula præclara cepiſſet.2.A.69. Huius in ſedibus pro cubiculis ſtabula,pro tricliniis popinæ ſunt.

† ADIVNCT. Præclara,pro Seſt.

STADIVM, *propriè menſura eſt centum vigintiquinque paſſuum, hoc eſt,pedum ſexcentûm vigintiquinque.* 16.Fa.2. Is locus eſt citra Leucadem ſtadia CXX. 5. de Fin.1. Inde vario ſermone ſex illa à Dypilo ſtadia confecimus.4.Aca.100. Si iam ex hoc loco proficiſcatur Puteolos ſtadia triginta.

¶ *Curriculum, ſpatium.*3. Offic.42. Qui ſtadium currit,eniti & contendere debet quàm maximè poſſit, vt vincat. de Sen. 33. Olympiæ per ſtadium ingreſſus eſſe dicitur Milo,cùm humeris bouem ſuſtineret viuum. 2.Tuſc.56. Curſores in ſtadio exclamant,quàm maximè poſſunt.

¶ *Studium.* 4.ad Her.4. Sic vt in ſtadium artis Rhetoricæ prodire non audeant.

STAGIRITES Ariſtoteles,*à Stagira patria.*1.Acad.17.

STAGNA. 1.de Diu.15.

*Abſurdoq; ſono fontes & ſtagna cietis.*

3.contra Rull.7.Lacus,ſtagna,&c.

STANDVM. pro Clu. 96. Qui his rebus iudicatis ſtandum putat? pro Flac.65. Si ſtatuimus veſtro nobis iudicio ſtandum eſſe de nobis.

STANS, *manens,quod in ſtabilitate eſt.*pro Flac. 69. Stantibus Hieroſolymis. Sal. in Cicer.7. Aliud ſtans,aliud ſedens de Repub. ſentis.2.de Fin.31. Summum bonum puer vtra voluptate diiudicabit? ſtante, an mouente? de Clar.268. Qui auſi aliquando ſunt ſtantes loqui. Ibid. 288. Ad ſtantem iudicem dicere. 4.de Fin.45.Zenonem non ſtantem cum iis qui ne dicerent quidem, ſua ſumma bona eſſe à natura profecta. Ora.233. Iiſdem verbis ſtante ſententia.*de Clar.Quo ſtante & incolumi.

STATARIVS, *qui ſtat,firmuſq; & ſtabilis permanet,quiq; in agendo vel dicendo,geſtu motúue vtitur moderato.*de Clar.116. Volo enim vt in ſcena,ſic etiam in foro non modò laudari,qui celeri motu & difficili vtantur, ſed eos etiam, quos ſtatarios appellant, quorum ſit ſimplex in agendo veritas, non moleſta. Ibid. 239.C.Piſo ſtatarius,& ſermonis plenus orator.

STATERA, *libra,trutina.*2.de Or.159. Ad ea probanda,quæ non aurificis ſtatera,ſed quadam populari trutina examinãtur.*pro M.Scau.Qui obſignauerat ſtateras.

STATASSO, *ſtare facio.* 2.de Leg.28. Vincendi atque potiundi ſtataſſandíque cognomina,ſtatoris & inuicti Iouis.

STATILLENSES, *populi.*11.Fa.11.Ex caſtris,finibus Statillenſium.Bruti.

STATIM, *cõtinuò,illicò,mox,quàm mox,protinus,iam iamq;,quàmprimùm, confeſtim, actutùm,eueſtigiò, repentè,ſine vlla mora,nulla interpoſita mora, ſine recuſatione, abiecta omni cunctatione, primo quoque tempore.*9.Att.18. Sed tibi omnem illius ſermonem ſtatim mittam. Orat.200. Antè enim circumſcribitur mente ſententia, confeſtímque verba concurrunt:quæ mens eadem ſtatim dimittit,vt,&c.de Ar.2.Haud poteſt grauioribus à me verbis vulnerari,quàm eſt ſtatim in facto ipſo ab illo confectus & trucidatus.Or.35. Itaque hoc ſum aggreſſus ſtatim,Catone abſoluto.2.Attic.7.Literas ſcripſi ſtatim,vt tuas legeram.2.de Or.313. Malè ſe res habet quæ ſtatim,vt dici cœpta eſt,non melior fieri videtur.1.Fa.9. De Vatinio autem reditus interceſſerat in gratiam per Pompeium, ſtatim vt ille prætor factus eſt. 2.13. Méque ab eo diligi ſtatim cœptum eſſe, vt ſimultatem depoſuimus. 12.Attic.19. Philippus vt me ſalutauit,ſtatim Romam profectus eſt.‖2.10.& 12.

☞ Syntaxis. *Statim vt dici cœptũ eſt.Vt me ſalutaſti,ſtatim abiiſti.*

STATIO, *manſio, & locus in quo naues ac milites ad tempus tutò ſtare poſſunt.*12.Fam.15.Vrbs,portus,ſtatio quæ extra vrbem eſt. de Sen.73.Vetátque Pythagoras iniuſſu imperatoris,id eſt,Dei, de præſidio & ſtatione vitæ decedere.

¶ *Manſio.*6.Att.9. Athenis ſtatio mea nunc placet.*Lege,*PRÆSIDIVM,& PORTVS.

STATIVA, *ſtatio.*2.con.Rull.40.Vrbes ſtatiua,portus.

STATIVVS, *firmus.* 7.V.29. Iſte nouus imperator pulcherrimo Syracuſarum loco, ſtatiua ſibi caſtra faciebat. 12.A.24. Hæc mea cuſtodia eſt, hoc præſidium ſtatiuum.

STATOR, *nuncius, tabellarius, apparitor.* 2.Fa.17. Literas à te mihi ſtator tuus reddidit Tarſi ad XXI. Cal. Sext. 10.21. Præſtò mihi fuit ſtator eius cum literis. 2. 19. Vt ad te ſtatores meos & lictores cum literis mitterent.

STATOR, *Iupiter eſt, à ſiſto: qui ſtitit, id eſt, ſtare fecit Romanos in fugam à Sabinis verſos, vt eſt apud T.Liuium lib.* 1. Anteq. 24. Iupiter ſtator, quem verè huius imperij ſtatorem maiores noſtri nominauerunt, cuius templum à Romulo victis Sabinis in palatij radice cum victoria eſt collocatum. 1.C. 11. Iupiter ſtator antiquiſſimus, cuſtos huius vrbis. Ibid. 33. Iupiter, quem ſtatorem huius vrbis atque imperij verè nominamus. 3. de Fin. 66. Cùm Iouem ſalutarem, hoſpitalem, ſtatorem dicimus, hoc intelligi volumus, ſalutem hominum in eius eſſe tutela. 2. C. 12. Senatum in ædem Iouis ſtatoris vocaui.

STATVA, *ſignum, imago, forma, ſpecies, ſimulacrum.* 6. At. 1. Statua Scipionis, quæ ad Opis per te poſita in excelſo eſt. 3. Qu. Fr. 1. Ad Telluris quidem etiam tuam ſtatuam locaui. 1. de Fin. 39. Statua eſt in Ceramico Chryſippi. I. P. 93. Illi ſtatuam iſtius perſimilem, quam ſtare celeberrimo in loco voluerat, ne ſuauiſſimi hominis memoria moreretur, deturbant. 5. A. 41. Eiq; ſtatuam equeſtrem inauratam in roſtris ſtatui placet. Br. 15. Lepido ſtatuam in roſtris ſtatuimus. pro Seſt. 83. Statuere ſtatuam alicui in foro. pro Do. 81. Qui tibi ſtatuam in meis ædibus poſuit. Collocare ſtatuam. )( *euertere ſtatuam.* 9. A. 16. Vtiq; COSS. eam baſim ſtatuámque faciendam, & in roſtris ſtatuendam locent. Ibid. Statua ænea pedeſtris. pro Ar. 30. Statuæ & imagines non animorum ſimulachra ſunt, ſed corporum. 4. ad Heren. 10. Chares à Lyſippo ſtatuas facere non iſto modo didicit, vt Lyſippus caput oſtenderet Myronis, brachia Praxitelis, pectus Polycleti, ſed, &c. 4. V. 144. Qui ſtatuis faciundis præeſſet. 3. Offic. 80. Omnibus vicis ſtatuæ factæ ſunt, ad eas thus & cerei. 9.A.4. Cn. Octauij ſtatuam videmus in foro. ‖ 4. V. 142. 143. 144. ſæpiùs.

† ADIVNC. Aenea, equeſtris, pedeſtris, gratior, 9. Phil. Alienæ, 3. Att. Antiquæ, pro Cœl. Equeſtris & inaurata, 2. Phil. Inaurata, palmaris, 6. Phil. Perſimilis, inaurata, I. P. Publicæ, 2. Ver. Senilis & inaurata, 4. Verr. Teſtis mortis, 4. Phil. Turmales, 2. de Orat.

☞ Syntaxis. *Poſita in excelſo ſtatua. Locare, ſtare, ſtatuere, ponere, collocare, euertere.*

STATVENDVS. 3. de Orat. 107. Quid de captiuo ſtatuendum ac ſentiendum ſit. 1. Qu. Fr. 1. 16. In rebus ſtatuendis & decernendis, &c. 2. de Ora. 70. Mentes eorum, qui cum aliqua ſtatuendi poteſtate audiant, mouere poſſe.

STATVO, *conſtituo, delibero, decerno, ſancio.* 3. V. 2. Iſte certè ſtatuerat & deliberauerat non adeſſe. 7. Att. 25. Diem ex die expectabam, vt ſtatuerem quid eſſet faciendum. 15. 1. Ad ſummam arbitrum me ſtatuebat non modò huius rei, ſed totius conſulatus ſui. 16. 17. Conſulibus permiſſum erat, vt de Cæſaris actis cognoſcerent, ſtatuerent, iudicarent. pro Pomp. 26. Statuere modum diuturnitati imperij. pro Mil. 24. P. Clodius ſtatuit vexare rempublicam. 3. ad Heren. 4. Statuere ius æquabile in omnibus. pro Cec. 34. Vel tenuiſſimarum rerum iura ſtatuere. 5. Fam. 8. Quantum mihi tribuendum putes, ſtatues ipſe, &, vt ſpero, ſtatues ex noſtra dignitate. 4. Acad. 9. Statuere quid ſit ſapiens, maximè videtur eſſe ſapientis. Orat. 34. Statuere contra aliquem. 16. At. 18. Res, quas Cæſar ſtatuiſſet, decreuiſſet, egiſſet. pro Syll. 10. Te enim exiſtimo tibi ſtatuiſſe, quid faciendum putares, & ſatis idoneum officij iudicem poſuiſſe. 16. Att. 10. Statueram enim rectà Appia Romam. pro Do. 106. Ius igitur ſtatuetis eſſe, vniuſcuiuſque veſtrûm deos penates ſubiectos eſſe poteſtati tribunitiæ? 9. At. 20. Ex illius ſermone ſtatuam, quid mihi agendum ſit. 3. de Or. 79. Non poſſum ſtatuere, vtrùm, &c. an, &c. de Pro. 10. Statuit ius nõ dicere, & in eo perſeuerauit. pro Cl. 184. Mulier de amicorum ſententia ſtatuerat, ſatis eſſe quęſitum. pro Mur. 27. Tot homines tam ingenioſos per tot annos etiam nunc ſtatuere non potuiſſe, rem an litem dici oporteret.

¶ *Cenſeo, puto, iudico.* 5. Fa. 13. Quam quidem laudem ſapientiæ ſtatuo eſſe maximam. Ibid. 16. Statui noſtræ neceſſitudinis eſſe, &c. de Clar. 143. Craſſo nihil ſtatuo fieri potuiſſe perfectius. 1. At. 4. Qui in te ſatis conſilij ſtatuebam eſſe. 1. de Ora. 5. Quòd ego eruditiſſimorum hominum artibus eloquentiam contineri ſtatuam. pro Pomp. 1. Cùm ſtatueram nihil huc niſi elaboratum induſtria afferri opportere. 5. V. 133. Niſi hoc ita ſtatuiſſes, in re tam manifeſta quicquid dixiſſes, te deterius eſſe facturum. 7. 100. Cauſam ſibi dicendam eſſe ſtatuerat. Or. 8. Sed ego ſic ſtatuo, nihil eſſe, &c. 2. de Orat. 122. Atque ego ſic ſtatuo & iudico, neminem, &c. pro Seſt. 144. Quem ego deum ac parentem ſtatuo fortunæ ac nominis mei. pro Muræ. 32. Cùm ille eſſet, vt ego mihi ſtatuo, talis, qualem te eſſe video. 3. de L. 5. Plato è Titanum genere ſtatuit eos, qui, &c. Ora. 68. Tamen in ea licentiã ſtatuo maiorem eſſe, &c. pro Q. 92. Si cauſa cum cauſa cõtenderet, nos noſtrã perfacilè cuiuis probaturos ſtatuebamus.

¶ *Pono, colloco. Lege,* STATVA. 5. V. 62. Statuitur Lollius in illo conuiuio. Brut. 15. Statuere documentum, ne quis, &c. 2. de Inu. 69. Thebani in finibus æneum trophæum ſtatuerunt. 4. V. 48. Syracuſani ſtatuam poſteà ſtatuerunt. 3. C. 20. Statuere & collocare aliquam ſtatuam. 2. de Leg. 66. Super terrę tumulum noluit quid ſtatui, niſi columnellam, &c.

† ADVERB. Certè, 3. Ver. Exploratiùs, 4. Att. Faciliùs, 3. Att. Honeſtiùs modum, pro Syll. Omninò, 3. de Ora. Prorſus, 2. Att. Rectè aliquid, pro Cec. Rectè quid. Tyrannicè, 5. Verr. Sapienter, ep. ad Bru. & 5. Ver. Seuerè quid, 4. Cat.

* STATVOR. pro M. Tull. Hoc iudicium ſic expectatur, vt non vni rei ſtatui, ſed omnibus conſtitui putetur. pro C. Corn. 1. Quatuor omninò genera ſunt, in quibus per Senatum more maiorum ſtatuatur aliquid de legibus. ‖ pro Seſt. 66. Quæ regio terrarum erat, in qua non regnum aliquod ſtatueretur. pro Syll. 63. Qui id promulgarit, &c. vt ſtatueretur.

☞ Syntaxis. *Statuere, ac deliberare. Cognoſce, ſtatue, iudica. Statuere ex dignitate ſua, id eſt, pro & ad. Ex tuo ſermone ſtatuam. De tua ſententia ſtatuam. id eſt, vti tu ſentias. Vt ego mihi ſtatuo. Statuere & collocare ſtatuam.*

STATVR. 6. At. 1. Extra quam ſi ita negotium geſtum eſt, vt eo ſtari non oporteat. pro Flac. 49. Prætor actionem ſe daturum negauit, re iudicata ſtari oſtendit placere.

STATVRA, *in humano corpore dicitur, quæ figura in Geometria appellatur, idcirco & ipſa ſtatura, figura dicitur: eaq; vel parua, vel magna, vel breuis, vel procera.* 2. A. 41. Velim dicas, L. Tarſecius qua facie fuerit, qua ſtatura. 4. ad Heren. 46. Parua ſtatura. 5. de Fin. 35. & 1. de In. 41. Corporis figura, forma, & ſtatura. 1. Tuſc. 52. Non enim præcipit vt membra noſtra, aut ſtaturam figuràmue noſcamus. 4. ad Her. 61. Forma, & ſpecies, & ſtatura appoſita ad dignitatem.

† ADIVNCT. Altæ ad naturam, 2. de Nat.

STATVS, *ſtatutus, certus.* de Ar. 18. Statas ſolennéſque cærimonias pontificatu contineri. 1. Offic. 37. Aut ſtatus dies ſit cum hoſte.

STATVS, *conditio, fortunæ conditio, ordo, locus, caſus.* 4. At. 2. Tibi declaraui, aduentus noſter qualis fuiſſet, & quis eſſet ſtatus, atque omnes res noſtræ quemadmodum eſſent. 11. 13. Quo in ſtatu ſim, vides. 1. Fam. 8. Ex eodem de toto ſtatu rerum omnium cognoſces. pro Cluent. 196. De totius municipij ſtatu, dignitate commodíſque omnibus ſententia fertur. pro Syll. 63. Status Reipublicę maximè iudicatis rebus continetur. Ibid. 33. Statum orbis terræ liberaui. pro Muræn. 24. Omnia quæ ſunt in imperio & in ſtatu ciuitatis, ab iis defendi putantur. pro Flac. 3. Totum ſtatum ciuitatis in hoc vno iudico poſitum eſſe & defixũ. de Aruſp. 61. Hunc ſtatum, qui nunc eſt, qualiſcunque eſt, nulla alia re, niſi concordia retinere poſſumus. 3. de Orat. 176. Hic ſtatus eſt huius totius mundi atque naturæ, rotundum vt cœlũ, terráque media ſit. 1. Qu. Fr. 1. 33. Si in medio ſtatu ſermonis ac prædicationis res eſſent tuæ, nihil abs te eximium poſtularetur. 1. de Nat. 29. Nihil ſemper ſuo ſtatu manet. Orator. 10. Cætera labi, fluere, nec diutiùs eſſe vno & eodem ſtatu. 1. Offic. 67. Res acerbas ita ferre, vt nihil à naturæ ſtatu diſcedas. Parad. 1. Voluptas mentem ex ſua ſede & ſtatu dimouet. pro Cluent. 106. Declinare de ſtatu ſuo. de Prou. 41. Quamuis excipere fortunam malui, quàm de meo ſtatu declinare. 8. At. 23. Secutæ ſunt epiſtolæ duæ, quæ me conuellerunt de priſtino ſtatu. 6. Fam. 1. Tamen illa quę requiris, ſuum ſtatum tenent. 4. 1. Retinere priſtinum ſtatum. 4. V. 10. Me de vitæ meæ ſtatu lacrymis ſuis deduxerunt. Ora. 129. Nos aduerſarios de ſtatu omni deiecimus. 4. ad Herenn. 24. Fortuna collocauit eum in ampliſſimo ſtatu. pro Corn. 18. Conditio omnium noſtrûm, locus quo quiſque eſt natus, fortuna in quà quiſque naſcendi initio conſtitutus. Hunc vitæ ſtatum vſque ad ſenectutem obtinere. de Ar. 61. Deteriore ſtatu vt ſimus, vnus eſt inferior gradus. 2. de Diu. 92. Iis qui eodem ſtatu cœli & ſtellarum nati ſunt, eadem accidere. Brut. 15. Tua nobis auctoritate opus eſt ad collocandum aliquem ciuitatis ſtatum. pro Dom. 46. Mihi nihil oberat præter conuerſionem ſtatus & inclinationem communium temporum. 2. V. 12. Reſtitui in antiquum ſtatum. 1. contra Rull. 2. Regum ſtatus decemuiris donabantur. 2. de Fini. 28. Iſte non dolendi ſtatus. de Vniuer. 40. Atque is quidem conſtanter in ſuo manebat ſtatu. 1. At. 17. Nam neque de ſtatu noſtrę dignitatis nobis eſt recedendum. 6. 3. Per fortunas confer te ad eam curam, vt de omni ſtatu meo cogites. 9. 8. Horum artificiis effectum eſt, vt Reſpub. in hunc ſtatum perueniret. 10. 4. Quem vitæ ſtatum amiſerim, cogito. 3. Qu. Fr. 5. Liber de optimo ſtatu ciuitatis. pro Cecin. 42. Vis, quæ formidine animum perterritum loco ſæpe, & certo ſtatu dimouet. 2. Off. 3. Atq; vtinam Reſp. ſtetiſſet, quo ſteterat ſtatu. 7. A. 4. Optimus ciuitatis ſtatus. Par. 2. Vt in eo ſtatu eſſem, quem neque fortunæ temeritas, neque inimicorum labefactaret iniuria. * de proſcrip. lib. Legib. Syllæ continetur ſtatus ciuitatis. de Legib. Mors aut meliorem, quàm qui eſt in vita, aut certè nõ deteriorem, eſt allatura ſtatum. Incer. Cùm ex incertis

& perditis

& perditis rebus ad meliorem ſtatum fortuna reuocatur. 2. de Fin.45. Omnem complectatur *mens* vitæ conſequentis ſtatum. ❡ *Standi actus.* Orat.59. Status erectus & celſus, rarus inceſſus, nec ita longus. 6. At. 1. Quam ſtatuam eſſe eiuſdem, ſtatus, amictus, annulus imago ipſa declarat. 3. Tuſc.53. Eo erant vultu, oratione, omni reliquo motu & ſtatu, vt eos Argiuos diceres. *Rhetoricus ſtatus.* vide Part. 33. 101. 102. & 2. de Or. 109. 110. 111. & deinceps. item Ora. 45. item Top. 93. Refutatio accuſationis, in qua eſt depulſio criminis, Græcè στάσις, Latinè ſtatus vocetur. Part. 102. Status, & quaſi conflictio cum aduerſario. pro Mil. 15. Quid porrò quærendum eſt: factúmne ſit? at conſtat: à quo? at patet: vidit etiam in confeſſione facti iuris tamen defenſionem ſuſcipi poſſe. Ibid. 58. Quid opus eſt tortore? quid quæris? occideritne? occidit: iure, an iniuria? nihil ad tortorem: facti enim in eculeo quæſtio eſt, iuris in iudicio. pro Cec. 32. & 33. Ad diuiſionem ſtatuum ponere rem: id eſt, aperire ſtatum. *Lege*, CONSTITVTIO.

❡ *Gradus.* 1. de Leg. 23. Agnationibus familiarium ſtatus diſtinguuntur.

† ADIVNCT. Amplus, 3. Attic. Antiquus, 2. Verr. Antiquiſſimus dignitatis, Antequ. Bonus Reipub. 1. de Legib. Certus, perturbatus, tranquillus ciuitatis, 9. Famil. Communis Reipub. optimus ciuitatis, 3. ad Qu. Frat. Coniecturalis, Top. Deformis ſui generis, 5. de Finibus. Deterior, de Aruſp. Diligens ciuitatis, 7. Philip. Erectus & celſus, vetus & idem, Orato. Incertus fortunæ, Part. Incolumis fortunarum, pro Cluent. Mediocris, medius, 1. ad Quint. Frat. Melior, 2. cont. Rull. Moderatus, & concors ciuitatis, 3. de Orator. Optimus vitæ, quietus & placatus, 5. Tuſculan. Oratorius, 1. de Orator. Priſtinus, 8. Attic. Reliquus, tolerabilis, 3. Tuſc. Tolerabilis ciuitatis, 13. Phil. Totus ciuitatis, pro Flac.

☞ Syntaxis. *Quis ſtatus ſit, & quomodo res meæ ſe habeant. Statum alicuius liberare. Statum retinere. Suo ſtatu manere. Status medius. Ex ſua ſede ſtatúq; mens dimouetur. De ſtatu ſuo declinare, conuelli. Res tuæ ſuum tenent ſtatum, retinent, deducuntur de ſtatu, deijciuntur. Cœli, ſtellarumq; ſtatus. Ciuitatis collocare ſtatum. Status conuerſio, & inclinatio temporum. Regum ſtatus donantur. Quo ſtatu ſtas, vtinam ſtes. Status erectus ac celſus* (hominis.)

STATVTVS, *ſtatus.* pro Mil. 46. Dictatoris Lanuuij ſtatuta ſacrificia noſſe, negotij nihil erat. 1. Tuſc. 113. Solenne & ſtatutum ſacrificium. de Ar. 32. Qui ſacrificia gentilitia illo ipſo in ſacello ſtatuto loco anniuerſaria factitarunt. 12. Fa. 25. Neque enim ſtatutum quid in tanta perturbatione habere potuiſti. 4. 3. Item ſtatutum habeo, quid mihi agendum ſit: *id eſt, conſtitutum, & deliberatum.* Anteq. 21. Statutum eſt atque decretum, omnia perpeti.

STELLA, *ſidus, aſtrum, formæ igneæ, flammæ, luces, fulgor, lumen.* de Somn. 9. Orbis extimus, in quo infixi ſunt illi, quæ voluuntur, ſtellarum curſus ſempiterni. Ibid. 6. Híſque animus datus eſt ex illis ſempiternis ignibus, quæ vos ſidera ſtelláſque vocatis, quæ globoſæ & rotundæ diuinis animatæ mentibus circulos ſuos orbéſque conficiunt celeritate mirabili. ibid. Stellarum globi terræ magnitudinem facilè vincunt. 2. de Nat. 118. Sunt autem ſtellæ natura flammeæ. Ibid. 104. Stellæ inerrantes. Ibid. 118. Vapores, quibus altæ renouatæque ſtellæ & omnis æther, refundunt eoſdem. 5. de Fin. 71. Vt ſtellæ in radio ſolis, ſic bona corporis in virtutum ſplendore ne cernũtur quidem, &c. 1. Off. 154. Dinumerare ſtellas. 1. Tuſc. 62. Qui errantium ſtellarum curſus, progreſſiones, inſtitionéſque notauit. de Somn. 8. Lunæ ſtella. 1. de Nat. 34. Stellæ vagæ. 1. de Diu. 17. Stellarum motus, curſúſque vagantes. 2. 60. Stellæ traiectio. 2. de Nat. 49. Stellæ immutabilibus ſpatiis ab ortu ad occaſum commeant. 1. 34. Heraclides errantibus ſtellis diuinitatem tribuit. de Vn. 32. Ex quo genere ſunt ſidera, quæ infixa cœlo non mouentur loco, quæ ſunt animantia, eáque diuina: ob eámque cauſam ſuis ſedibus inhærent, & perpetua manent.

† ADIVNCT. Aureæ, errantes, illuſtris, & perlucida, obſcura & caliginoſa, ſalutaris, contraria, 1. de Diuin. Claræ & obſcuræ, denſæ, exiguæ, micans, parua, pauca, præclara, Arat. Clariſſimæ, crinitæ, flammeæ natura, inerrantes, pares, planæ natura, prænunciæ calamitatum, ſuperiores, 2. de Nat. Diſpares, 3. de Orat. Globoſæ & rotundæ, infima, terræque proxima, minima, vltima cœlo, finitima terris, de Som. Scip. Innumerabiles, 3. de Nat. Sancta, de Vniu. Vagæ, 1. de Nat.

STELLANS, *ſtellatus.* 1. de Diu. 18. Luna ſtellanti nocte perempta eſt. ibid.

*Nam pater altitonans ſtellanti nixus Olympo.* Poëtæ.

STELLATIS. 2. contra Rull. 84. Ager Stellatis. ibidem. Campus Stellatis.

STELLATVS. 5. Tuſc. 8. Stellatus Cepheus.

STELLIFER, *ſtelliger.* de Somn. 12. Summus ille cœli ſtelliferi curſus, qui, &c.

STELLIGER orbis. in Ar.

☞ Syntaxis. *Infixi in orbe extimo ſtellarum curſus. (hîc aduertas, nõ curſus infigi, ſed ſidus: qualitas enim & affectus, eſt ipſe curſus: infigi autem, eſt motus loci.) Sidera ſtellæq;. Stellarum globi. Stella inerrans, errans. Luna ſtella. Vagæ ſtellæ. Stellæ curſus, motusq; vagantes.*

STEPHANE, *Parmenidis philoſophi deus, coronæ ſimilitudine.* 1. de Nat. 28.

STERCORO, *oblino, ſtercus per agrum ſpargo & ſterno.* de Sen. 54. Homerus Laërtem colentem agrum & ſtercorantem facit.

STERCVS. 1. de D. 57. Se interfectum in plauſtrum à caupone coniectum eſſe, & ſupra ſtercus iniectum. 3. de Orat. 161. Nolo ſtercus curiæ dici Glauciam.

ΣΤΕΡΕΜΝΙΑ, *firma, ſolida, dura. Lege*, FIRMITAS.

ΣΤΕΡΗΤΙΚΑ, *vide*, CONTRARIVS.

STERILIS, *nihil ferens.* 2. Qu. Fr. 11. Videt enim hoc genere dicendi ſi vtar, in cæteris Februarium ſterilem futurum.

STERILITAS. )( *fertilitas.* 1. de Diu. 131. Quæ ſit vel ſterilitas agrorum, vel fertilitas futura. 2. con. Rull. 69. Ager propter ſterilitatem incultus, propter peſtilentiam vaſtatus atque deſertus. de Ar. 31. Sterilitas agrorum, inopia frugum. 1. de Di. 35. Mula peperit, fœtus extitit in ſterilitate naturæ.

STERNENDVS. 14. At. 16. Dolabella columnam ſuſtulit, locum illum ſternendum locauit.

STERNO, *conſterno. Lege*, STRATVS. pro Clu. 14. Lectum illum genialem, quem filiæ nubenti ſtrauerat, in eadem domo ſibi ornari & ſterni iubet. in Ar.

*Ille graui moriens conſtrauit corpore terram.*

pro Mur. 75. Tubero rogatus eſt à Maximo, vt triclinium ſterneret: atque ille ſtrauit pelliculis hœdinis lectulos Punicanos.

STERNOR. 5. V. 105. Imperauit, vt in foro ſibi medio lecti ſternerentur. 4. ad Her. 64. Vt domi lectuli ſternantur. ‖ 2. de Leg. 60. Sternuntur lecti plures. 5. V. 105. Vt in foro ſibi medio lecti ſternerentur.

☞ Syntaxis. *Sternere terram graui corpore.*

STERNVTAMENTVM. 2. de Diu. 84. Quæ ſi ſuſcipiamus, & pedis offenſio nobis & ſternutamenta erunt obſeruanda.

STERTENS. 2. de Diu. 129. Et cùm ſtertentes viderint, obiicere his quædam viſa tortuoſa, &c.

STERTO, *arctè & grauiter dormio.* 4. Aca. 93. Per me vel ſtertas licet, inquit Carneades, non modò quieſcas. 4. Attic. 3. Marcellus candidatus ita ſtertebat, vt ego vicinus audirem.

STIGMATICVS, *notis compunctus.* 2. Offic. 25. O miſerum qui fideliorem & Barbarum, & ſtigmaticum putaret quàm coniugem. *Alij*, ſtigmatiam, *legunt*.

ΣΤΙΛΒΩΝ. *Lege*, MERCVRIVS.

STILLA, *gutta.* 3. de Fin. 45. Vt interit magnitudine maris Ægæi ſtilla muriæ.

STILLANS. 2. A. 30. Ille qui ſtillantem præ ſe pugionem tulit, is à te honoris cauſa nominatur.

STILLICIDIVM. 1. de Or. 173. Parietum, luminum, & ſtillicidiorum iura. Or. 72. & Top. 27.

STIMVLATOR. pro Dom. 11. Seditionis ſtimulator & concitator tu fuiſti. Ibid. 140. Qui aram in littore deſerto, ſomniis ſtimulatus, aut religione aliqua conſecraſſet.

STIMVLO, *ſtimulum adhibeo vel admoueo, pungo, excito, incito, curam affero.* pro S. R. 16. Hunc mihi ex animo ſcrupulum euelle, qui me dies noctéſque ſtimulat ac pungit. Par. 2. Te conſcientiæ ſtimulant maleficiorum tuorum. pro Dom. 12. Fames ſtimulauit homines. 3. Fa. 12. Nam vt vetus noſtra ſimultas anteà ſtimulabat me, &c. ſic curam mihi affert, &c. 9. At. 18. Me congreſſus Cæſaris ſtimulat, & primas eius actiones horreo.

STIMVLOR. pro Plan. 69. Nec vides iſtorum ipſorum charitate, ad huius ſalutem defendendam maximè ſtimulari me, atque excitari.

STIMVLVS, *aculeus, incitamentum.* pro Arc. 29. Nunc inſidet quędam in optimo quoque virtus, quę noctes & dies animum gloriæ ſtimulis concitat. 2. Tuſc. 66. Stimulus doloris, fortunæ fulmen. pro Cæl. 12. Erant apud illum illecebræ libidinum multæ, erant etiam induſtriæ quidam ſtimuli & laboris. 1. Fa. 9. Defendendi Vatinij fuit etiam ille ſtimulus, de quo, &c. pro Seſt. 12. Admouere ſtimulos alicui. 3. Tuſ. 35. Stimulos admouent, ignes adhibent. 2. A. 86. Num expectas, dum te ſtimulis fodiam? hæc te lacerat, hæc cruentat oratio.

☞ Syntaxis. *Stimulis concitare. Stimulum admouere, ignesq; adhibere. Stimulis fodere.*

STINGVENS, *extinguens.* in Arat.

*Quem neque tempeſtas perimet, nec longa vetuſtas*
*Interimet, ſtinguens præclara inſignia cœli.* Priſcianus.

*STINGVOR, *extinguor.* Prognoſt.

*Vt cùm Luna means, Hyperionis officit orbi,*
*Stinguuntur radij cæca caligine tecti.*

STIPATIO, *comitatus.* pro Syll. 66.

STIPATOR, *apparitor, ſatelles.* pro Dom. 13. Sergius armiger Catilinæ, ſtipator tui corporis. 5. V. 65. Apronius ſtipatores Venereos ſecum habebat. 2. cont. Rull. 32. Ianitores ex equeſtri loco ducentos in annos ſingulos ſtipatores corporis conſtituit, miniſtros & ſatellites poteſtatis.

† ADIVNCT. Miniſtri, & ſatellites poteſtatis, 2. cont. Rull. Venerei, 5. Verr.

STIPATVS, *vallatus, ſeptus.* pro Seſt. 95. Qui ſtipatus ſemper ſicariis, ſeptus armatis, munitus iudicibus fuit. de Sen. 28. Senectus

ſtipata ſtudiis iuuentutis. 5. A. 17. Aliquem multis telis ſtipatum eſſe. pro Muræn. 49. Catilina ſtipatus choro iuuentutis, vallatus iudicibus atque ſicariis. 6. V. 86. Illum ſpoliatum ſtipatúmque lictoribus videres. 1. At. 15. Cùm ad forum ſtipati gregibus amicorum deſcendimus. pro Milon. 1. Non vſitata frequentia ſtipati ſumus.

¶ *Denſus*. I. P. 67. Græci ſtipati, quin in lectulis ſæpe plures.

† ADVERB. Fœdiſſimè, 2. Phil.

STIPENDIARIVS, *vectigalis*. 1. V. 7. Socij ſtipendiariíque populi Rom. 3. 12. Vectigal, quod ſtipendiarium dicitur. de Pro. 10. Vectigales multos ac ſtipendiarios liberauit. pro Corn. 24. & 3. de Leg. 41. Iis præmiis excluſos eſſe ſocios, quæ pateant ſtipendiariis.

STIPENDIVM. 11. Fa. 26. Dare ſtipendium militibus. 1. 7. Stipendium Cæſari decretum eſt. 5. 14. Stipendium militibus vſque ad Idus Quintil. perſolutum. pro Cæl. 11. Mereri ſtipendia. 2. de Orat. 258. Cùm Aſellus omnes prouincias ſtipendia merentem ſe peragraſſe diceret. pro Mur. 12. Merere ſtipendia in bello. pro Corn. 61. Senatus victorem exercitum ſtipendio affecit. pro Pom. 26. Partem militum, qui iam ſtipendiis confectis erant, dimiſit. ad Br. 17. Decernere triumphum ac ſtipendium alicui, & cum omnibus decretis ornare. de Prouin. 28. Relatum eſt ad nos de ſtipendio exercitus. pro Cornel. 41. Hiſpani agris ſtipendióque mulctati. I. P. 88. Quid ſtipendium militibus per omnes annos à ciuitatibus numeratum? de Sen. 49. Animum tanquàm emeritis ſtipendiis libidinis, ambitionis, contentionis, inimicitiarum, cupiditatum omnium ſecum eſſe, &c.* Oeco. 1. Labores pacis ac belli: id eſt, ruſticationis & militarium ſtipendiorum, diſtribuit viro natura.‖ pro Pomp. 28.

† ADIVNCT. Emerita, de Sen.

Syntaxis. *Stipendium dare, decernere, perſoluere, merere in bello. Stipendio afficere. Stipendio eſſe confecto. Stipendio mulctatus.*

STIPES, *truncus*. Poſtquàm in Sen. 13. Cum hoc homine, aut cum ſtipite Æthiope ſi in foro conſtitiſſes, nihil crederes intereſſe. de Aruſp. 5. Stipes ille, qui quorum hominum eſſet, neſciremus, niſi ſe Ligurem ipſe eſſe diceret. I. P. 19. Qui quanquàm truncus aut ſtipes, ſi ſtetiſſet, modò poſſet ſuſtinere titulum conſulatus. in Arat.

*Hæc medium oſtendit radiato ſtipite malum.*

Syntaxis. *Hic non homo, ſed ſtipes. Truncus, aut ſtipes.*

STIPO, *conſtipo, circumuallo*. 3. A. 30. Antonius Senatum ſtipauit armis.

Syntaxis. *Stipatus armis Senatus.*

STIPS, *pecunia, quæ vel in ærarium reponitur, vel dijs offertur, vel mendicis erogatur*. 2. de Legib. 22. Præter Idææ matris famulos, eóſque iuſtis diebus, ne quis ſtipem cogitet. Ibid. Stipem ſuſtulimus, niſi eam quam ad paucos dies propriam Idææ matris excepimus, implet enim ſuperſtitione animos, & exhaurit domos.

STIPVLATIO, *eſt verborum conceptio, quibus is qui interrogatur, daturum, facturúmue ſe id quod interrogatur, reſpondet, ſic eam Pomp. iuriſc. definiuit*. pro Qu. R. 35. Stipulatione aliquem allegare. 2. de Ora. 100. Pacta, conuenta, ſtipulationes. pro Cec. 51. 2. ad Herenn. 14. Aut ſtipulationes, aut pacti & conuenti formula. 16. At. 11. Etſi nondum ſtipulationes legeram, tamen rem pridie Iduum velim conficias. 2. de Leg. 53. Vt ea pecunia ex ſtipulatione debeatur.

† ADIVNCT. Recens, pro S. R.

STIPVLATIVNCVLA. 1. de Ora. 174. *Lege*, MIHI.

STIPVLATOR. pro Qu. 58. Cùm à ſtipulatore tuo comparabuntur, *id eſt*, teſtes.

STIPVLATVS, *vi patiendi*. pro Qu. R. 14. Hæc pecunia neceſſe eſt aut data, aut expenſa lata, aut ſtipulata ſit.

STIPVLO, & STIPVLOR, *eſt, poſtulare ſibi aliquid promitti, ſolenni formula ſtipulandi*. Ibid. 13 Reliquum eſt, vt ſtipulatum ſe eſſe dicat. Ibid. Stipulatus es? vbi? quo præſente? quis ſpopondiſſe me dicit? 2. de Leg. 53. Is cui legatum eſt, ſtipulatus eſt id ipſum quod legatum eſt.

STIRPITVS, *radicitùs*. 4. Tuſ. qu. 83. Stirpitùs extrahere aliquid.

STIRPS, *planta*. 5. de Finib. 10. Perſecutus eſt Ariſtoteles animantium omnium ortus, victus, figuras: Theophraſtus autem ſtirpium naturas, omniúmque ferè rerum, quæ è terra gignerentur, cauſas atque rationes. Ibid. 40. Non enim iam ſtirpis bonum quæreret, ſed animalis, *id eſt*, vitis. Ibid. 33. Cùm arborum & ſtirpium eadem penè natura ſit, quæ animalium. 2. A. 55. In ſeminibus cauſa eſt arborum & ſtirpium. 2. de N. 83. Stirpes terræ inhærent, animantes à reſpiratione aëris ſuſtinentur. Ibid. 127. Baccæ, quæ ex quaque ſtirpe funduntur. Ibid. 130. Multæ & pecudes & ſtirpes ſunt, quæ, &c. Ibid. 99. Terram ſtirpium aſperitate vaſtari. Ibid. 83. Stirpes arte naturæ viuunt & vigent. Ibid. 120. Stirpes ſtabilitatem dant iis quæ ſuſtinent, & ex terra ſuccum trahũt. de Leg. 1. Nullius agricolæ cultu ſtirps tam diuturna, quàm Poëtæ verſu ſeminari poteſt. 2. de N. 161. Quarundam ſtirpium & herbarum vtilitates longo vſu percepimus. in Arat.

*—Quorum ſtirps tellus amplexa prehendit.*

¶ *Truncus, caudex*. 2. de Nat. 81. Arbores tantummodò per ſtirpes aluntur ſuas. Ibid. Quod ita eſſet ortum è terra, vt ſtirpibus ſuis niteretur. 2. de Nat. 26. Quæ ipſa ex ſe generata ſtirpibus continentur. Ora. 147. Omnium magnarum artium ſicut arborum altitudo nos delectat, radices ſtirpéſque non item: ſed eſſe illa ſine his non poteſt.

¶ *Origo, caput, initium*. pro Cel. 79. Hic nunc primùm floreſcens firmata iam ſtirpe virtutis. 2. de Diu. 149. Superſtitionis ſtirpes omnes eiiciendæ ſunt. 1. C. 30. Stirps ac ſemen malorum omnium. 4. de Fin. 5. Differo eam partem, quæ eſt quaſi ſtirps huius quæſtionis. Ibidem 17. Qua ex ſtirpe orirentur omnia. 1. de Leg. 20. Repetam ſtirpem iuris à natura.

¶ *Genus, familia*. de Amic. 72. Qui aliquamdiu propter ignorantiam ſtirpis & generis in famulatu fuerunt. 2. de Leg. 3. Hic enim orti ſtirpe antiquiſſima ſumus. pro Rab. P. 2. Qua in familia laus aliqua fortè floruerit, hanc ferè qui ſunt eius ſtirpis, cupidiſſimè perſequuntur. 2. contra Rul. 94. Non ingenerantur hominibus mores, tam à ſtirpe generis ac ſeminis, quàm, &c. de Clar. 212. Scipionis genus eſt ex ipſius ſapientiæ ſtirpe generatum. 1. de Diu. 2. O generoſam ſtirpem. Ibid. 2c. Ciuili generoſa ſtirpe profectus. 2. de Nat. 87. Regiam contaminati ſtirpem. 1. de Ora. 176. Marcelli ab liberti filio ſtirpe Claudij, eiuſdem hominis hæreditatem gente ad ſe rediſſe dicebant. Ibid. In ea cauſa fuit oratoribus de toto ſtirpis ac gentilitatis iure dicendum. 3. Tuſc. 83. Stirps, origo, progreſſio, radix. de Clar. 130. Naturale quoddam ſtirpis bonum degenerauit vitio deprauatæ voluntatis.

† ADIVNC. Alta, multæ, & amaræ, 3. Tuſc. Antiquiſſimæ, diuturna, 1. de Legib. Ciuilis, 2. de Diu. Generoſa, de Clar. Propria alicuius, 2. de Leg. Regia, 3. de Nat.

Syntaxis. *Stirps ac ſemen malorum. Arbores ac ſtirpes. Stirpium naturæ. Stirpes terræ inhærent. Aliquando igitur ſignificat Stirps plantam; aliquando genera plantarum, præter arborem. Arbores per ſtirpes aluntur. Stirps iuris. Stirps ac genus. Generis ac ſeminis ſtirps. Genus Caſ. ex ſapientiæ ſtirpe generatum. Generoſa profectus ſtirpe. Stirpis & gentilitatis ius.*

STIVA, *manica, ſiue cauda aratri, quæ arantis manu gubernatur*. pro M. Scauro. Ab ipſa ſtiua mecum homines loquebantur.

STO, *conſiſto, ſum*. 4. ad Her. 8. Contra hoc nulla ſtaret eorum ratio. de Clar. 128. Cùm is contra populi ſtudium ſtetiſſet. Ibid. 272. Nemo contra perditos ciues à Senatu & à bonorum cauſa ſtetit conſtantiùs. 1. de Inuent. 4. Stare à mendacio contra verum. Ibid. 81. A ſe potiùs quàm ab aduerſariis ſtare. 4. ad Her. 4. Probare rationem aliquam, quòd ab ea ſteterint viri probatiſſimi. 7. A. 21. Equites Rom. qui frequentiſſimi in gradibus Concordiæ ſteterunt. 9. P. 4. Quorum ſtatuæ in roſtris ſteterunt vſque ad noſtram memoriam. 2. de Inuent. 142. Si quid de æquitate ea, quæ cum aduerſario ſtaret, derogaſſet. in Sall. 6. At quantò meliore loco Reſpub. ſtaret, ſi. Ibid. 14. Salluſtius bis ad iudicis ſubſellia attractus extrema fortuna ſtetit. *Lege*, A, & AB. I. P. 13. Pauliſper ſtetimus in illo ganearum tuarum nidore atque fumo. 1. Fa. 4. Cùm in Senatu pulcherrimè ſtaremus. 2. A. 8. Qui hoc ipſo tempore ſtant cum gladiis in conſpectu Senatus. 1. C. 15. Is in comitio ſtetit cum telo. 1. de Diu. 75. Lyſandri ſtatuæ, quæ Delphis ſtabat, in capite corona ſubitò extitit. 2. de Leg. 28. Ara vetus ſtat in palatio Febris. de Som. 14. Vides eorum partim obliquos, partim auerſos, partim aduerſos ſtare nobis. 4. Acad. 123. Antipodes aduerſis veſtigiis ſtant contra noſtra veſtigia. pro Syl. 31. Eos qui circum iudicium ſtabant, audire nolebat. pro Fl. 14. Qui domi ſtare non poterant. pro Clu. 78. Homines, qui tum conſultò propè in occulto ſtetiſſent. 3. de Or. Stare occultè poſt aliquem. 2. 353. Iuuenes ſtare ad ianuam duos quoſdam, qui aliquem euocent. 2. contra Rull. 13. Tamen ſi qui acutiores in concione ſteterant, ſuſpicabantur, &c. 4. Aca. 137. Cùm ambo ad Senatũ in Capitolio ſtarẽt. 6. V. 143. In curia ſtatua tua ſtabat, & nuda in ea filij. 4. 154. Huius fornix in foro eſt, in quo filius nudus ſtat. 3. 61. Hęc duo ſigna, quæ ad impluuium tuum ſtant, & multos annos ad valuas Iunonis Samiæ ſteterũt. 4. ad Her. 4. Stare intra carcerem. pro Qu. 53. Teſtificantur iſti P. Quintium non ſtetiſſe, & ſe ſtetiſſe. 2. Tuſcul. 54. Qui ſtat, *id eſt, qui in prælio non fugit*. ad Br. 10. Qui ſi ſteterit, idem. *id eſt, ſi non mutabitur,*

¶ *Permaneo, perduro*. 4. D. 138. Is videbat iſtius cenſum ſtare nullo modo poſſe. 1. de Leg. 2. Multò diutiùs cõmemoratione manent, quàm natura ſtare potuerunt. pro Rab. 28. C. Marius dedit fidem, ſed in fide non ſtetit. 4. de Fin. 45. & 2. de Inu. 142. Cum aduerſario ſtare. 2. At. 4. Si in eo quod oſtenderat, non ſtat, mihi placet, ea quæ malè empta ſunt, reddi. 9. 6. Literæ tuæ mihi quiddam quo ſtarem, inſtillarunt. * de proſcript. lib. Vt his *legibus* ſolutis ſtare ipſa *Reſpup.* non poſſit.

¶ *Rectus maneo*. 15. At. 19. Stetiſſe enim te fruſtra ſcribis. 1. de D. 104. Cùm virgo ſtaret, Cæcilia ſederet.

¶ *Conſentio, ſum contentus*. 3. Offic. 110. Non enim Regulus ſuo iudicio ſtetit, ſed ſuſcepit cauſam, vt eſſet iudicium Senatus.

pro

pro Cluent.132. Nec L. Gellij iudicio ſtetit Lentulus, neque Lentuli exiſtimatione contentus fuit Gellius: & vterque cenſor cenſoris opinione ſtandum non putauit.8.Attic.4. Alterius potius ſtare iudicio, quàm ſuo.12.21.Meo iudicio multò ſtare malo, quàm omnium reliquorum. 1.de Finib.47. Stare oportet in eo quod ſit iudicatum.3.Offic.95. Stare conuentis.7.At. 15. Omnes cupiebant Cæſarem ſtare conditionibus iis quas tuliſſet. 5. Tuſcul. 81. Stare ſuis iudiciis, & ſtare iudicio ſapientum.

¶ *Vigeo.*5 Att.18.Stamus animis,& conſiliis,vt videmur, bonis vtimur:ſperamus etiam manu.2.A.24. *Reſp.*ſtaret,tu concidiſſes.8.Fa.8.Per quos ſteterim.7.Att.13.Animaduertis quàm ſine conſilio res ſtet.2.Offic.19. Itaque parietes vrbis modò ſtant & manent,iique ipſi iam extrema ſcelera metuentes.2.Off.3.Vtinam reſpublica ſtetiſſet,quo cœperat ſtatu.

¶ *Datur.* 9.Fa.2. Modò nobis ſtet illud,vnà viuere in ſtudiis.3. At.13.Neque adhuc ſtabat,quò potiſſimùm,&c.

† Adverb. Conſtantiùs à cauſa bonorum,Ora.Conſultò in occulto, pro Clu.Diutiùs,1.Att.Diutiùs imperium,pro Syll.Occultè,3.de Orat. Pauliſper in fumo,planè,I.P.Pulcherrimè,1.Fam.

☞ Syntaxis. *Contra hoc nulla ſtat ratio. Stare à cauſa bonorum cum aduerſario. Bono ſtare loco. Extrema ſtare fortuna. In Senatu hodiè pulchrè ſtamus.Stant hoſtes cum gladijs.Stant in templis aræ. Ad Senatum ſtare.Hac re ſtante.Miles qui ſemper ſtat.Sto tuo iudicio.In eo ſtare quod ſit iudicatum.Modò illud ſtet nobis,vt ſimul viuamus.*

Stoice, *ſeuerè,Stoicorum more.*pro Mur.74.Agit mecum auſterè,& Stoicè,Cato.2.de D.8.Tu quidem,inquam,Stoicè Stoicorum ſententiam defendiſti.Par.1. Stoicè,nullis oratoriis ornamentis adhibitis dicere.

Stoicvs.ad Br.15. Brutus Stoicus.pro Muræn.61.Fuit quidam ſummo ingenio vir Zeno,cuius inuentorum æmuli Stoici nominantur.ibid. Doctrina non moderata, nec mitis, ſed paulò aſperior & durior, quàm aut veritas aut natura patiatur. *ibid. multa de Stoicis,& eorum doctrina.* 4. Aca.131. Zeno, qui inuentor & princeps Stoicorum fuit. 3. de Orat.59. Ab Antiſthene, qui patientiam & duritiam in Socratico ſermone maximè adamauit,Cynici primùm,deinde Stoici.de Clar.118.Omnes ferè Stoici prudentiſſimi in diſſerendo. ibidem. Stoicorum in dialecticis omnis cura conſumitur.1.de Orato.43. Stoici diſputationum ſuarum atq; interrogationum laqueis ſe irretitum tenerent. 4.Acad.112. Stoicorum dumeta. 5.Tuſc.76. Vt iam à laqueis Stoicorum recedamus. 3. 13. Stoicorum more agamus, qui breuiter aſtringere ſolent argumenta. Ibid.22. Hæc dicuntur à Stoicis,concluduntur que contortiùs.1.de Natur.39. Chryſippus interpres vaferrimus ſomniorum Stoicorum.Ibid. 15.Q.Lucillius Balbus,qui magnos progreſſus habebat in Stoicis.9.Fa.22.Habes ſcholam Stoicam Stoici acerbi. *Lege*, Acerbvs. 1.de Fin.6.Stoici,Chryſippus,Diogenes,Antipater,Mneſarchus, Panætius, Poſidonius.3.de Fin.72. Stoici dialecticam & Phyſicam virtutum nomine appellant,& quare. 9. Fam. 16. Balbus mihi confirmauit te diuitem futurum,id vtrùm Romano more locutus ſit, bene nummatum te futurum: an quomodo Stoici dicunt,omnes eſſe diuites,qui cœlo & terra frui poſſunt, poſteà videro. 1. de Natur. 123. Stoici cenſent ſapientes ſapientibus etiam ignotis eſſe amicos.9.Famil.22. Nihil dictu turpe vel obſcœnum credebant.1.de Diu.6.Omnia fere diuinationis genera defenderunt.4.Tuſ.72. Sapientem amaturum eſſe dicunt: & amorem ipſum, conatum amicitiæ faciundæ ex pulchritudinis ſpecie definiunt. 1.de Nat. 55. Fatalem neceſſitatem ἀμαρμένην dicunt.de Fat.33. Omnia fieri fato dicunt. 5. Tuſc.47.Præcipua vel producta dicunt,quæ Peripatetici bona. 4 Acad.q.107.Dicunt ſenſus ipſos aſſenſus eſſe,quos quoniam appetitio conſequatur, actionem ſequi: tolli autem omnia: ſi viſa tollantur. 3.de Orato.62. Soli eloquentiam, virtutem, ac ſapientiam eſſe dixerunt, habere mentem, quæ & ſe & ipſum fabricata ſit,& omnia moderetur,moueat,regat. ibidem 15.Peripatetici & Academici verbis magis, quàm ſententiis diſſenſerunt.1.de Natur.16. Honeſta à commodis, non nomine, ſed genere toto diſiungunt. Top.6. In altera tantùm diſſerēdi parte elaborarunt. 4.Academ.119. Exiſtimarunt fore aliquando,vt omnis hic mundus ardore deflagret.1.Offic.23.Studioſè exquirunt, vnde verba ſint ducta. 1.Tuſc.77. Vſuram nobis largiuntur, tanquam cornicibus; diu manſuros aiunt animos, ſemper negant.5.47.Bonis corporis & fortunæ vitam beatam compleri negant. 4. Acad. 107. Negant fieri poſſe, vt quiſquam nulli rei aſſentiatur. 2. de Diu.129. Negant quenquam, niſi ſapientem, diuitem eſſe poſſe. 2.de Finib.68. Negant quicquam eſſe bonum, niſi quod honeſtum ſit. 4. Academ. 121. Negant ſine Deo poſſe quicquam. 5. de Finib.86. Negant quicquam poſſe percipi, niſi tale verum, quale falſum eſſe non poſſit. ad Br.15. Negabant fugere,ſapientis.3.de Or.60.Omninò iraſci neſciunt: atq; hanc ab iis habeo gratiam,quòd ſoli ex omnibus eloquentiam, virtutem ac ſapientiam eſſe dixerunt. 3.de Finibus 14. Ex omnibus philoſophis plurima nominauerunt.pro Mur.61. Fuit enim quidam ſummo ingenio vir Zeno: cuius inuentorum æmuli Stoici nominantur.1.de Diu.6.Stoici principes diſciplinæ diuinandi. ad Brut.118. In diſſerendo prudentiſſimi, in dicendo inopes.3.Fam.7.Rectiſſimè putant vrbanitatem eſſe virtutem.3.de Fin.41.Quod æſtimatione omninò aliqua dignum ſit,complecti beatam vitam putant.4.Ac.119.Putarunt Solem, Lunam, ſtellas omnes,terram, mare, deos eſſe:quòd quædam animalis intelligentia per omnia ea permeet & tranſeat. 5. de Finibus 22. Cùm à Peripateticis & Academicis omnia tranſtuliſſent,nominibus aliis eaſdem res ſecuti ſunt.2.de Or.159. De inuentione nihil tradiderunt. 1. de Nat.16. Cum Peripateticis re conſentire videntur, verbis diſcrepare, inquit Antiochus.2. Tuſc.42. Contortulis quibuſdam, ac minutis concluſiunculis, nec ad ſenſus permanantibus effici volunt,non eſſe malum dolorem.1.de Nat.18. Stoicorum anus fatidica πρόνοια.3.de Finibus 3.Stoicorum diſſerendi genus ſubtile, vel ſpinoſum potiùs. 5.Tuſc.13. Tanquàm leuia quædam vina nihil valent in aqua, ſic Stoicorum iſta magis guſtata,quàm potata delectant. 4.Ac. 136.Pleraque Stoicorum mirabilia, quæ παράδοξα nominantur, ſunt Socratica. 3.de Nat.95. Stoicorum de natura deorum oratio quàm ſit leuis.4.Acad.107. Stoicorum princeps Panætius.2.de Diuin.100.Stoicorum ſententia de diuinatione nimis ſuperſtitioſa.pro Mur.61.Stoicorum ſententiæ & precepta ſunt eiuſmodi: Sapientem gratia nunquàm moueri, nunquàm cuiuſquam delicto ignoſcere. Neminem miſericordem eſſe, niſi ſtultum & leuem. Viri non eſſe neque exorari, neque placari. Solos ſapientes eſſe:ſi diſtortiſſimi ſint,formoſos:ſi mendiciſſimi, diuites:ſi ſeruitutem ſeruiant, reges:nos autem,qui ſapientes non ſumus,fugitiuos,exules,hoſtes,inſanos denique eſſe dicunt. Omnia peccata eſſe paria:omne delictum ſcelus eſſe nefarium: nec minùs delinquere eum, qui gallum gallinaceum, cùm opus non fuerit, quàm eum, qui patrem ſuffocauerit. Sapientem nihil opinari,nullius rei pœnitere,nulla in re falli,ſententiam immutare nunquàm. 1.de Diu.118. Stoicis non placet, ſingulis iecorum fiſſis, aut auium cantibus intereſſe Deum. 1. Offic.22. Stoicis placet, quæ in terris gignuntur, ad vſum hominum omnia creari: homines autem hominum cauſa eſſe generatos, vt ipſi inter ſe aliis alij prodeſſe poſſint.3.de Orat.63. Alia enim & bona & mala videntur Stoicis, & cæteris ciuibus, vel potiùs gentibus:alia vis honoris,ignominiæ,præmij,ſupplicij.3.de Finibus 10.Ad Stoicos ſe inclinare.3.de Nat.44.Stoicos nihil de diis explicare: *id eſt, incertam relinquere de dijs, quæſtionem.* 1.Tuſc.78. Nunquid igitur eſt cauſæ,quin amicos noſtros Stoicos dimittamus?eos dico, qui aiunt animos manere,è corpore quum exceſſerint,ſed non ſemper. 15.Fam.19. Stoicos ruſticos regeram,vt Catium Athenis natum eſſe dicas.9.16.Stoicos ſolos ex philoſophis vim virtutis tenuiſſe.

† Adivnct. Acutiſſimus,3.Tuſc. Aemuli inuentorum Zenonis, pro Mur.Germaniſſimus,ſapiens,4.Ac. Magnus & grauis,3.Off.Maximus, Hort.Optimi,5.de Finibus. Perfectiſſimus, prudentiſſimi in diſſerendo,de Clar.

Stola, *veſtis muliebris.*6.V.74. Dianæ erat admodùm amplum ſignum cum ſtola.2.A.44.Sumpſiſti vilem togam,quam ſtatim muliebrem ſtolam reddidiſti.

† Adivnct. Muliebris,2.Phil.

Stolidvs, *ſtupidus.*2.de D.116.Quaquàm ſemper fuit,vt apud Ennium eſt,ſtolidum genus Aeacidarum. Top.59. Quia tum nihil agens,& quodammodò ſtolidum.

† Adverb. Quodammodò,Top.

Stomachans.pro Pl.65.Huic ego ſtomachans,faſtidioſè,inquam, &c. de Cl. 326. Sæpe vidi iraſcentem & ſtomachantem Philippum.1.de Or.166.Dum in campum properaret & ridens & ſtomachans Scæuola.

Stomachor, *indignor, indignè patior, moleſtè fero, iraſcor.*1.de Natur.94. Sed ſtomachabatur ſenex, ſi quid aſperiùs dixeram. 16.Att.21. Non dubito quin mirere, atque etiam ſtomachère, quòd tecum de eadem re agam ſæpiùs.15.Fam.16. Si enim ſtomachabere,& moleſtè feres, plura dicemus. 10.26. Itaque iucundiſſimis tuis literis ſtomachatus ſum in extremo. 2.de Ora. 267. Scipio cùm ſtomacharetur cum C. Metello, dixiſſe dicitur, &c. 14.Attic.23.Amariorem me ſenectus facit,ſtomachor omnia.*1.Aca.Quid ſtomachetur Mneſarchus.

† Adverb. Faſtidioſè,pro Planc.

☞ Syntaxis. *Faſtidioſè ſtomachari. Iraſcens & ſtomachans. Ridens & ſtomachans. Stomachari, & molſtè ferre. Cum aliquo ſtomachari. Amarior eſt, ſtomachatur omnia.*

Stomachose, *iracundè.*10.At.5.Reſcripſi ei ſtomachoſè, *aliter,* ſtomachoſius. *Chariſius autem,* ſtomachoſè, *autoritate confirmat.*

Stomachosvs, *iracundus.*2.de Ora.279. Me quidem herclè valdè illa mouent ſtomachoſa & ſubmoroſa ridicula.3.Fam.11. Stomachoſiores quas meas literas dicis eſſe, non intelligo. de Cl.236.Acumen ſæpe ſtomachoſum,nonnunquam frigidum.

Stomachvs, *gula, ſeu guttur, gula extremum, per quod, & in*

*quod labitur cibus, & concoquitur.* 2. de Nat. 135. Linguam autem ad radices eius hærens excipit ſtomachus, quo primùm illabuntur ea, quæ accepta ſunt ore: is vtraque ex parte tonſillas attingens, palato extremo atque intimo terminatur. Ibid. 124. Platealam conchis ſe implere ſolere, eáſque cum ſtomachi calore concoxerit, euomere. 8. Fa. 13. Eſſe ſtomacho languenti. 4. 3. Accipere vulnus in ſtomacho. 9. 2. Conſuetudo diuturna callum iam obduxit ſtomacho meo.

¶ *Bilis, ira.* 4 At. 16. Locus ille animi noſtri ſtomachus vbi habitabat olim concaluit. 2. Fa. 16. Noſti enim non modò ſtomachi mei, cuius tu ſimilem quondam habebas, ſed etiam oculorum in hominum inſolentium indignitate faſtidium. 3. Qu. Fr. 8. Epiſtola plena ſtomachi & querelarum. 16. At. 3. Ne in me ſtomachum erumpat, cùm ſint tibi irati. 5. 1. Hæc mihi maiore ſtomacho quàm ipſi Quinto fuerunt. 4. V. 48. Homo exarſit iracundia & ſtomacho. 15. At. 15. Nec tam animum me quàm ſtomachum habere arbitrantur. pro Mur. 28. Si mihi homini vehementer occupato ſtomachum moueritis. 1. Fam. 9. Non illi quidem vt mihi ſtomachum facerent, quem ego funditùs perdidi, ſed vt facere ſe arbitrarentur. 2. 16. Noſti ſtomachi mei faſtidium, in dignitate hominum inſolentium. Ibid. Ridere in ſtomacho. 5. At. 11. Ita mihi videtur non minùs ſtomachi noſtro Cæſari feciſſe. 6. 3. In quo tamen nihil mihi riſum magis, quàm ſtomachum mouere ſolet. * Frag. ep. Hæc aut animo Catonis ferenda ſunt, aut Ciceronis ſtomacho.

† ADIVNC. Languens, 1. Fam. Maior, 7. Att.

☞ Syntaxis. *Ridicula ſtomachoſa & ſubmoroſa. Stomachus languens. Stomacho callum obducere. Stomachi faſtidium. Epiſtola ſtomachi & querelarum plena. In aliquem ſtomachum erumpere. Iracundia & ſtomacho ardere. Et animum & ſtomachum habere. Facere, mouere ſtomachum. Stomachi multum facere alicui. In ſtomacho ridere.*

STRABO, *qui oculis eſt peruerſis.* 1. de Nat. 81. Ecquos ſi non tam ſtrabones, at petulos eſſe arbitramur.

STRAGES, *clades.* Poſtquam in Sen. 6. Qua ſtrage nonnulli permoti magiſtratus paululùm à mea cauſa receſſerunt. 3. A. 31. Ille autem quas fecit ſtrages? vbicunque poſuit veſtigia. 3. de Legibus 22. Sed ille quas ſtrages edidit? 1. de Diuin. 20. Stragem horribilem cædemque vereri. 1. At. 13. Quas ego pugnas & ſtrages edidi?

† ADIVNCT. Horribilis, nocturna, 1. de Diu.

☞ Syntaxis. *Stragem edere, facere. Strages & cædes.*

STRAGVLA veſtis, *ſtragulum.* 6. V. 59. Per triennium quæ iſti plena domo telarum ſtragulam veſtem confecit, nihil niſi conchylio tinctum. 3 28. 4. 20. & pro S. R. 133.

STRAGVLVM, *periſtroma.* 5. Tuſ. 61. Collocari iuſſit hominem in aureo lecto ſtrato pulcherrimè, textili ſtragulo, magnificis operibus picto.

† ADIVNC. Plurima, 4. Ver. Textile, pictum magnificis operibus, 5. Tuſcul.

STRANGVLO, *faucibus premo, ſuffoco, ango.* 8. Fa. 15. Cæſaris hoſpitem acceptis nummis comprehendit ac ſtrangulauit. 9. 22. Ille patrem ſtrangulauit.

STRANGVRIA. *Lege*, DYSVRIA. 2. Tuſc. 45. Quamuis idem forticulum ſe in torminibus & in ſtranguria ſua præbeat.

STRATAGEMA. 3. de Nat. 15. Conſilium illud imperatorum fuit, quod Græci στρατήγημα appellant. 5. At. 2. Ruſio noſter ſtratagemate alto percuſſit Veſtorium.

† ADIVNC. Altum, 6. Attic.

STRATONICEVS Metrodorus. 4. Acad. 16.

STRATONIENSIS Menippus, *orator.*

STRATVM, *periſtroma.* 5. Tuſc. 61. Collocari iuſſit hominem in aureo lecto ſtrato pulcherrimè textili ſtragulo, magnificis operibus picto. *aliter*, ſtrato pulcherrimo.

† ADIVNCT. Pulcherrimum, 5. Tuſ.

STRATVS, *rectus.* 2. A. 67. Lectus ſtratus conchyliato periſtromate. 4. ad Her. 65. Triclinium ſtratum

¶ *Iacens, proiectus.* 3. Tuſc. 72. Afflictus & ſtratus. Antequàm 26. Quem ſinguli ſtratum atque abiectum ſubleuaſtis. 3. de Or. 22. Hoc eſt altius, quàm vt id nos humi ſtrati ſuſpicere poſſimus. 10. At. 4. Qui nos ſibi quondam ad pedes ſtratos non ſubleuabat. *Lege*, PES.

† ADVERB. Optimè lecti, 6. Ver.

STRATVS, vel STRATOS, *oppidum in Macedonia.* 1. Offi. 61.

STRENVE, *nauiter, fortiter.* 2. Q. Fr. 4. Domus vtriuſque noſtrûm ædificatur ſtrenuè. 3. ad Her. 24. Is tamen egit ſanè ſtrenuè, & agit. 14. Fa. 5. Sanè ſtrenuè accepi tuas literas. pro Rab. 30. Pro illis ſtrenuè arma caperem. 16. At. 6. Magis commodè quàm ſtrenuè nauigaui. 4. ad Her. 65. Puer ſatis ſtrenuè & concinnè omnia comparat.

STRENVVS, *nauus, induſtrius.* )( *ignauus.* 15. At. 6. Noli me tam ſtrenuum putare, vt ante Nonas recurram. 2. A. 78. Vt cognoſceret te, ſi minùs fortem, attamen ſtrenuum.

☞ Syntaxis. *Strenuè ædificatur domus. Strenuè literas accipere. Commodè, non ſtrenuè nauigare. Si minùs fortis, attamen ſtrenuus.*

STREPITVS, *ſonitus, ſtridor.* Top. 52. Pedum crepitus, & ſtrepitus hominum. de Clar. 317. Strepitus fori. 3. contra Rull. 2. & 1. de Leg. 21. Strepitus fulminum. de Aruſ. 20. In agro Latinienſi auditus eſt ſtrepitus cum fremitu. 8. Fam. 2. Hic tibi ſtrepitus, fremitus, clamor tonitruum. 13. At. 46. Heri neſcio quid in ſtrepitu videor exaudiſſe. 2. de Nat. 89. Ingenti ſtrepitu.

† ADIVNC. Forenſis, pro Arch. Ingens, 2. de Nat. Reconditus, pro Arch.

STREPO, *rixor, iurgo.* 1. de Diu. 29. Cùm Achiui cœpiſſent inter ſe ſtrepere, &c.

☞ Synt. *Strepitus hominum, fori, fulminis. Strepitus cum fremitu.*

STRICTE, *reſtrictè, arctè.* de Amic. 58. Strictè obſeruare, ne plùs reddas quàm acceperis.

STRICTIM, *compreſſiùs.* 3. de Nat. 19. Quibus de quæſtionibus tu ſtrictim, noſtri multa ſolent dicere. pro Clu. 29. Quæ copioſiſſimè dici poſſunt, breuiter à me ſtrictímque dicuntur. pro S. R. 95. Videamus nunc ſtrictim, quæ, &c. 2. At. 1. Strictim attingere aliquem librum.

STRICTVS, *diſtrictus.* 2. A. 21. Cùm tu illum gladio ſtricto inſecutus es.

☞ Syntaxis. *Noſtri non ſtrictim, ſed multa de his. Non copioſè, ſed breuiter ac ſtrictim.*

STRIDOR, *ſtrepitus.* 5. Tuſc. q. 116. Ne ſtridorem quidem ſerræ audiunt, cùm acuitur. 1. 68. Horrifer Aquilonis ſtridor, &c. 1. de Diu. 13. Aut denſus ſtridor, &c. 2. contra Rull. 69. Veri ac fortis Tribuni plebis ſtridorem vnum perferre non poſſit.

† ADIVNCT. Denſus, 1. de Diu. Horrifer Aquilonis, 3. Tuſ.

☞ Syntaxis. *Serræ ſtridor, Aquilonis, plebis. Stridor denſus.*

STRIGILIS, *inſtrumentum, quo vtebantur in balneis, ad corpora ſtringenda, abſtergenda, & polienda: quanquàm & ad equos expoliendos huiuſce nominis inſtrumentum adhibeatur, ſed dentatum & ferreum, cùm illud eburneum eſſet, ac ſine dentibus.* 4. de Fin. 30. Si ad illam ampulla aut ſtrigilis accedat.

STRIGOSVS, *gracilis, tenuis.* de Clar. 64. Verum eſt certè, genere toto ſtrigoſior. *id eſt, habitu orationis minùs optimo.*

STRINGENDVM, *comprimendum.* 3. Offi. 111. Nullum vinculum ad ſtringendum fidem iureiurando maiores arctius eſſe voluerunt.

STROPHIVM, *faſcia breuis, quæ virginalem tumorem cohibet papillarum.* de Ar. 44. P. Clodius à ſtrophio, à pſaltrio, &c. factus eſt repentè popularis. in Clodium. Cum ſtrophio accuratè præcingerere.

STRVCTOR, *miniſter ad cibos ſtruendos, menſamq́; inſtruendam comparatus.* 2. Qu. Fr. 10. In aream tuam veni: res agebatur multis ſtructoribus. 14. At. 3. Ecce autem ſtructores noſtri ad frumentum profecti, inanes redierunt.

STRVCTVRA, *conſtructio, compoſitio, repræſentatio.* de Opt. 5. Verborum eſt ſtructura quædam. de Cla. Verborum quaſi ſtructura. Or. 149. Vt fiat quaſi ſtructura quædam.

STRVCTVS, *conſtructus.* de Sen. 51. Frugem ſpicæ ordine ſtructam. Or. 39. Res collocatæ, & quaſi ſtructæ ac nexæ. 1. Tuſ. 36. Speluncæ ſaxis ſtructæ aſperis. Or. 232. Compoſiti oratoris bene ſtructam collocationem diſſoluere permutatione verborum.

† ADVERB. Benè, Orat.

☞ Syntaxis. *Collocata, ſtructura, & nexa.*

STRVES, *cuiuſcunque rei conſtructus cumulus, ſeu moles, vt lignorum.* 5. At. 12. Strues ſalinarum.

STRVMA, *eſt tumor (inquit Celſus) in quo ſubter concretæ quædam ex pute & ſanguine, quaſi glandulæ oriuntur.* 2. 9. Denique Vatinij ſtrumam ſacerdotij διβάφῳ veſtiant. pro Seſt. 135. Hi medentur reipublicæ, qui execant peſtem aliquam, tanquàm ſtrumam ciuitatis. *Lege*, DEMIGRO.

STRVO, *molior.* ad Octa. Aduersùs quos aciem ſtruis. 3. de Orat. 169. Collocationis eſt, componere & ſtruere verba. 2. ad Her. 45. Struere controuerſiam de nomine. 6. Fa. 7. Struere periculum ruina. 5. At. 21. Sed dices, me ipſum mihi ſollicitudinem ſtruere. 2. de Orat. 208. Ex his locis & odium in alios ſtruere diſcemus: & à nobis, & à noſtris dimouere. pro Cluent. 178. Struere & moliri aliquid calamitatis cuipiam.

STRVOR. 3. Qu. Fr. 8. Reliqua ad iacturam ſtruentur. *aliter*, reſeruentur. 9. At. 12. In poſterum bellum ἄσπονδον ſtrui exiſtimo.

☞ Syntaxis. *Collocationis eſt, componere, ſtruereq́; verba. Struere periculum, controuerſiam, inſidias, ſollicitudinem. Struere calamitatem, & moliri.*

STVDENS. pro Planc. 87. Hiſce ego auxiliis ſtudentibus atque incitatis vti poteram.

STVDEO, *operando, ſtudium in aliqua re pono.* 1. de Orat. 10. Nemo ferè ſtuduiſſe ei ſcientiæ vehementiùs videtur, quin quod voluerit, conſecutus ſit. 1. V. 39. & 1. Fa. 7. Si optimis à pueritia diſciplinis atque artibus ſtuduiſſes. Orat. 41. In hoc orationum genere cui nunc ſtudes. 1. de Ora. 260. Demoſthenes eius ipſius artis cui ſtudebat, primam literam non poterat dicere. Ibidem 250. & 1. de Legibus 13. Si ab adoleſcentia iuri ciuili minùs ſtudue

ſtuduerimus.de Clar.322. Studere literis,quibus fons eloquentiæ continetur. Poſtquàm in Sen. 13. Cùm verò literas ſtudere incipit,& helluo immanis cum Græculis philoſophari,tum eſt Epicureus. 5.de Fin.6. Vt id ipſum,quod ſtudet,facere poſſit ornatius.7.Fa.31. Facilè cognoui ex tuis literis, quod ſemper ſtudui,in,&c.6.A.18. Vnum ſentitis omnes,vnum ſtudetis, M. Antonij furorem extinguere.Orat. 99. At hic noſter ad hoc vnum eſt natus,huic generi ſtudet vni. 4.de Fin. 65. Studere laudi & dignitati.1.de Diu.63. Tumque vel maximè laudi ſtudent.2.de Orat. 225. Cui rei,cui gloriæ,cui virtuti ſtudes?patrimonióne augendo?at,&c.de Clar.orat. 206. Sed idem Aelius Stoicus eſſe voluit orator autem nec ſtuduit vnquàm, nec fuit.1.de Fin.60. Cùm ſerò ſentiũt,fruſtrà ſe aut pecuniæ ſtuduiſſe, aut imperiis, aut opibus,aut gloriæ.in Sall.11. Quantùm quiſque reipublicæ ſtuduit,tantùm mihi fuit aut amicus,aut inimicus.pro Cæl.26. Cælius ſtuduit præturæ.1.C.3. Studere rebus nouis.

¶ *Faueo*.2.ad Her.43. Si partes,quibus illi ſtudent,lædantur.pro Mur.76. Cur quenquam,vt ſtudeat tibi,vt te adiuuet, rogas.pro Cæl. 10. Multi boni adoleſcentes illi homini nequam atque improbo ſtuduerunt. Ibid. 12. Cælius ſtuduit Catilinæ iterum petẽti.4.At.14. Pompeius Scauro ſtudet, vtrùm fronte,an mente, dubitatur.

¶ *Opto*.13.20. Scire igitur ſtudeo, quid egeris. Partit. 1. Studeo ex te audire,quæ,&c.pro S. R.145. Studeo facere aliquid. 2. de Or.150. Ars demonſtrat, vbi ſit illud quod ſtudeas inuenire. 1. 107. Ego verò inquit,iſtis obſequi ſtudeo. ad Brut.15. Nos Lepidum honore ſtuduimus à furore reuocare.2.C.17. Quos ego nõ tam vlciſci ſtudeo,quàm ſanare.11.Fa.27. Diſſenſionem naſcẽtem extingui ſummè ſtudui.de Clar.232. Gradus tuos, & quaſi proceſſus dicendi,ſtudeo cognoſcere.2.Offic. 27. Noſtri imperatores ex hac vna re maximam laudem capere ſtudebant. in Arat.

*Hoc caue te ponto ſtudeas committere menſe.*

¶ *Curam habeo*.3.de Nat. 72. Parens difficilis, qui te nec amet, nec ſtudeat tui.

† Adverb. Exquiſitiùs literis, de Clar. Iampridem,1.Catil. Planè,10. Famil. Summè, 11. Famil. Vehementer quid fieri, 13. Famil. Vehementiùs,1.de Inuent. Vehementiùs ſcientiæ,1.de Orat.

☞ Syntaxis. *Medicinæ ſtudere,nouis rebus,reip. præturæ,viris bonis. Tibi obſequi ſtudeo. Ego te nec amo,nec tui ſtudeo.*

Stvdiose, *cupidè, ſtudio*.de Clar.96. Studioſè audire aliquem. 16.At.16. Studioſè diligentérque curare aliquid. 3. de Fin. 40. Quare ſtudioſè attendite.1.V.39. Libenter ſtudioſeque audire. 2.de Or.253. Studioſè ludere. 1. ad Her. Eò ſtudioſiùs hoc negotium ſuſcepimus , quòd,&c.1.Tuſ.6. Multò ſtudioſiùs philoſophiæ fontes aperiemus.de Clar. 155. Hic cauſas ſtudioſè recipiebat.

Stvdiosvs, *cupidus,amans, obſeruans, qui literis delectatur, cui aliqua res in ſtudio,qui ſtudio eſt alicuius, alicuius rei ſtudio præditus*.4.V.117. Quem in prouincia exiſtimationis meæ ſtudioſiſſimum cupidiſſimumque cognoui. 8.At.3. Iſte reſtituendi mei, quàm retinendi ſtudioſior.3.22. Ego mei ſtudioſos habeo Dyrrhachinos.de Clar.64.& 1.Fa.7. Habet enim certos ſui ſtudioſos,qui.4.Acad.125. Democritus ſtudioſus nobilitatis.1. At.13. Studioſus ac fautor. Ibid. Attici noſtri te valdè ſtudioſum eſſe cognoui.

¶ *Operam nauans*. 1. de Or. 251. Vir dicendi ſtudioſus. 4. Fa.3. Studioſus doctrinarũ.4.Acad.98. Homo & acutus,vt Pœnus, & valdè ſtudioſus.de Opt.13. Suſcepi laborem vtilem ſtudioſis.

† Adverb. Mirè, 13. Famil. Summè doctrinarum, 4. Famil. Valdè,& diligentiùs,4.Acad. Valdè alicuius,16.Famil.

Stvdivm, *opera,labor*.1.de Inuent.36. Studium eſt aſſidua ac vehemens,ad aliquam rem applicata , magna cum voluntate occupatio:vt philoſophiæ,poëtices,geometriæ,literarum.5.Tuſc. 8. Qui in rerum contemplatione ſtudia ponebant.4.Fa.3. Dare ſtudium ſuum alicui arti.1. de Or. 204. Cohortatione alicuius concitari ad ſtudium cognoſcendæ virtutis.1.Q. Fr.23. Cui in doctrina,cui in virtute atque humanitate percipienda, plurimũ à pueritia ſtudij fuiſſet,& temporis.de Clar.306. Ego autem iuris ciuilis ſtudio multùm operæ dabã Quin.Scæuolæ.1.Q.Fr.1. 23. Qui omne ſuum ſtudiũ in doctrina ac ſapiẽtia collocaſſent. de Clar.161. Adhibere multùm ſtudij ad dicendum,& ad omnes bonarum rerum diſciplinas.1.de Fin.1. Ponere multum ſtudiũ in aliqua re.1.de Or.59. Qui in his artibus cognoſcendis atque tractandis ſtudium ſuum omne poſuerunt. de Sene. 50. Studia doctrinæ pariter cum ætate creſcunt.ibid. Si verò habet aliquid tanquàm pabulum ſtudij atque doctrinæ, nihil eſt otioſa ſenectute iucundius.pro Cæl.54. An ille vir,illa humanitate præditus,illis ſtudiis,artibus,atque doctrina potuiſſet?&c.pro Cor.3. Viri literati,ac ſtudiis doctriniſque dediti.2.de Diu.7. Tũ priſtinis orbati muneribus,hæc ſtudia renouare cœpimus. de Fat. 2. Hircius hic ſtudiis,in quibus nos à pueritia viximus,deditus.



1.de Ora.34. Quare pergite,adoleſcentes,& in ſtudium, in quo eſtis, incumbite.Ibid.179. Homo à iuris ſtudio non abhorrẽs. 8.At. 11. In ſtudiis ac literis noſtris conſumo omne tempus. 1. de Orat.261. Hiſce ego cohortationibus, Craſſe, ad ſtudium & ad laborem incitandos iuuenes , vehementer aſſentior:cætera quæ collegiſti ex variis & diuerſis ſtudiis & artibus,ab oratoris proprio officio atque munere ſeiuncta eſſe arbitror. Ibid. 256. In omni recto ſtudio atque humanitate verſari.Ibid.96. Totius huius vel ſtudij,vel artificij,vel facultatis diſputatio.3.de L.14. Demetri⁹ & doctrinæ ſtudiis, & regẽda ciuitate princeps eſt.2. 39. Ciuitates totas malis ſtudiis,maliſq; doctrinis repẽtè euerti. 1.Q.Fr.1.22. Nos ea quæ conſecuti ſumus, his ſtudiis & artibus eſſe adeptos, quæ ſunt nobis à Græcia tradita.ibid.1.8. Vir optimarum artium ſtudiis eruditus. Or.34. In maximis occupationibus nunquàm intermittis ſtudia doctrinæ. pro Arch. 4. Vir eruditiſſimis hominibus & liberaliſſimis ſtudiis affluens. ibid. In ſtudiis humanitatis ac literarum verſari.1. de Or.11. Qui in artium ſtudiis liberaliſſimis ſunt doctriniſque verſati.4.At.16. Retuli me ad literas & ſtudia noſtra. pro Cæl.24. Studium doctrinæ atque humanitatis. ibid. Adoleſcens rectiſſimis ſtudiis atque optimis artibus præditus. pro Arch.4. Archias ſe ad ſcribendi ſtudium contulit.Ibid.1. Ratio aliqua ab optimarum artium ſtudiis & diſciplina profecta. pro Mur. 65. Cato recentibus præceptorum ſtudiis flagrans. Ibid. 29. Qui oratores euadere non poſſunt,ad iuris ſtudium deuenire.de Aruſp. 18. Si cui forte videor plus quàm cæteri, qui,&c.verſari in ſtudio literarum. 9. Fa. 8. Exercere ſtudia literarum. 5. de Fin. 6. Vt aliquid ſuorum ſtudiorum philoſophiæ quoque impertiat.2. de Diu.1. Cohortari aliquem ad ſtudium philoſophiæ.de Clar.51. Extra Græciam magna dicendi ſtudia fuerunt.1.Off.2. Quoniã in eo ſtudio ætatem conſumpſi.1.de Orat.12. Cæterarũ artium ſtudia ferè recõditis è fontibus hauriũtur.Ibid.8. Studia,quæ recõditis in artibus, & in quadam varietate literarum verſantur.1.Fa.8. Referre ſe ad ſtudia literarum.1.de Orat.1. Referre animum ad ſtudia,&c.ad Bru.15. Euigilare in ſtudio.3.de Orat. 40. Vacare ſtudiis. Top.1. Vterque noſtrûm ad ſuum ſtudium libros euoluebat.1.de Or.21. Græci otio ſtudioq; abundantes.6.Fa.6. Plurimo doctrinæ ſtudio.2.Tuſc.36. Quibus palæſtra, labor, militia in ſtudio eſt.pro Cæl.46. Studia delectationis, vt ludus, iocus,conuiuium.)(.*Studia laudis*.1.Offi.103. Neque enim ad ludum & iocum facti eſſe videmur,ſed ad ſeueritatem potiùs , & ad quædam ſtudia grauiora atque maiora. 2. de Leg. 14. Plato ſtudij & delectationis,non Reip.cauſa ſcripſit leges.pro S.R.48. Studium colendi agri à patribus familias maximè laudatur. ibid. Studium,quod ad agrum colendum attinet.de Sene.76. Sũt pueritiæ,certa ſtudia.Ibid.76. Sunt extrema quædam ſtudia ſenectutis.5.de Fin.5. Suo quiſque ſtudio maximè ducitur.2.Tuſ. 36. Lacænæ virgines,quibus magis palæſtra,Eurotas,Sol,puluis labor , militia in ſtudio eſt , quàm fertilitas barbara. pro S. R. 137. Me in eo ſtudio eſſe confiteor. de Amic.104. In ſtudiis cognoſcendi ſemper aliquid, atque dicendi,remoti ab oculis populi omne otium tempuſque contriuimus. * pro C. Cornel. 2. Studia, conſilia, cogitationeſque eorum aperiam?pro M. Scau. Me flagrantem ſtudio laudis in ſpem impulit. Hortenſ. In his ſtudiis nobis omnis opera & cura ponenda eſt.de Conſolat. Bonis ſtudiis atque artibus expolitus. 1. de Fin.2. Veritus ne mouere hominum ſtudia viderer,retinere non poſſem.

¶ *Voluntas,animus,amor,ardor,cupiditas,beneuolentia*. pro Corn. 39. Gaditani ab omni ſtudio ſenſuque Pœnorum mentes ſuas ad noſtrum imperium nomenque flexerunt.de Amic.44. Studiũ ſemper adſit,cunctatio abſit.2.de Orat. 1. Patris ſtudium in filiis erudiendis. 2. de Inuent.104. Pro meo ſtudio quod in vos habui ſemper.7.At.17. Tua erga me officia,plena tui ſuauiſſimi ſtudij.ad Br.15. Studium tuum, curaque de ſalute mea.1. A. 36. In illo apparatiſſimo ſpectaculo ſtudium populus Romanus tribuit abſenti.5.Fa.8. Tibi polliceor eximium & ſingulare meũ ſtudium.4.C.22. Pro meis in vos ſingularibus ſtudiis. pro Mur. 43. Hæc amicorum ſtudia debilitant.ibid. Amici ſtudia deponunt.pro Rab. 8. Cùm tanto ſtudio C. Rabirius totius Apuliæ, ſingulari voluntate Campaniæ vicinitatis ornetur.8.At.14. Te hortor pro tuo ſingulari perpetuoque ſtudio in remp vt,&c.ad Brut.8. Tibi omnes nauare operam & ſtudium volunt. 15.At 4. Vellem Bruto tuum ſtudium nauare potuiſſes.Ibid.15. Ex omnibus,mi,Dolabella, ſtudiis in me & officiis, quæ ſumma ſunt, hoc ſcite,mihi,&c.3. Q. Fr.3. Cicero noſter ſummo ſtudio eſt Pœonij ſui rhetoris, &c.1. Fa. 9. Omnia in te ipſum ſumma & ſingularia ſtudia debeo. 2. Q.Fr.14. Te rogo,vt omnia tua ſtudia in eum conferas.Att. Pompeius ſignificat ſtudium erga me non mediocre.pro Quin.9. Alicuius ſtudio ac cupiditati morẽ gerere.1.At.14. Me ambitio quædam ad honorum ſtudium duxit.2.de Orat.1. Incenſus ſtudio dicendi.16.At.13.& Top.2. Cũ cernerem te ardere ſtudio.2.de Diu. 5. Quorum ſtudio legendi,meum ſcribendi ſtudium vehementer indies incitatur.1.Off. 61. Declaratur autem ſtudium bellicæ gloriæ,quòd,&c.5.Tuſc. 68. Deinde ad inueſtigandum veritatem ſtudio incitato. pro

Pom.21.Cùm claſſis ſtudio inflammato ad Italiam raperetur.de Cl. 306. Admirabili quodam ad philoſophandum ſtudio concitatus.1. At.9. Summum me eorum ſtudium tenet.1. Acad. 4. Teneri ſtudio alicuius rei.1.de Or.97. Ego qui ab ineunte ætate incenſus ſum ſtudio vtriuſque veſtrûm, &c. ibidem. Quod ego non ſuperbia feci, neque quò tuo ſtudio rectiſſimo atque optimo non obſequi vellem.2.Off.45.Iuuenes magna ſpectare, & ad ea rectis ſtudiis debent contendere. 16. At. 13. Ardeo ſtudio hiſtoriæ.3. de Or. 228. Studium flagrans. 4. Acad. 65. Ardere, ſtudio facere aliquid.2.de Fin. 61. Ardenti ſtudio facere aliquid. 1. de Or. 79. Nobis ſtudium illud dicendi accerrimum defuit.1. At. 6. Efferri ſtudio in aliqua re. 1.de Nat.56. Sed elatus ſtudio, longior fui. pro Fon. 16. Aliqui ex ciuilibus ſtudiis atque obtrectatione domeſtica inimici. ibid. Cùm ſtudiorum ſuorum obtrectationem ſuſtuliſſent.pro Cluent.72.Is vitia quæ à natura habet, etiam ſtudio atque artificio quodam malitiæ condiuit.2.C.9.Diuerſa Catilinæ ſtudia in diſſimili ratione.pro Plan.20.Hic habuit ſtudia ſuorum ardentia.Ibid. 10. Comitiis ædilitiis ſtudium eſt populi, non iudicium.4.V.132. Vt ſtudia cupiditateſque honorum ambitioneſque ex omnibus ciuitatibus tollerentur. 1. de Nat. 6. Vnde hoc philoſophandi ſubitò ſtudium extitit.3.V. 35. Cupiditas & ſtudium defendendæ veritatis.12.At.25. Voluntas, ſtudium, cupiditas. Poſtquàm ad Quir.6. Et tum in ſtudiis veſtris tanta amicorum declarata eſt voluntas, vt &c. 2. de Inuent. 97. Voluntas & ſtudium, ferè idem.2.Offi.54.Studium & beneuolentia, idem. 6.Att. 21. Cognoui ſtudia tua, amicos. *Hortenſ.Quātùm inter ſe homines ſtudiis, omni vitæ ratione differant.

† ADIVNCT. Acre, acrius, ardens, aliena, ampla atque præclara, leuiora artium, liberaliſſima, rectum, ſtultum, 1.de Orat. Acerrima, moderata, varia, & diuerſa, præclara, 2. de Orat. Acerrimum, admirabile, non commune, ſed flagrans, magnum, perenne, priſtina, ſummum dicendi, de Clar. Ampliſſima erga aliquem, deditum alicui, priſtina erga aliquem, 5. Famil. Ardentia, maiora in aliquem, pro Planc. Ardentius, inſigne, 2. de Finibus. Bona, nimia, propenſiora, recta, Part. Certa, extrema, leuiora, ſed tamen arguta, de Senec. Ciuile, domeſtica, pro Font. Commune, 2. cont. Rull. Communia cum aliquo, 3. de Finibus. Contractiora, honeſta, rectiſſima, pro Cæl. Deſidioſum, quietum, recta atque honeſta, rectiſſima atque honeſtiſſima, 1. de Inuent. Diſparia, de Amic. Diuerſa, 2. Catil. Diuina, Som. Scip. & Poſtquam ad Quir. Eximium & ſingulare, paria, grata alicui, erga aliquem, 2. Famil. Gratiora, maiora, ſingulare, ſummum, 13. Famil. Grauiora, 10. Famil. Grauiora, atque maiora, 1. Offic. Honeſtiſſima, 7. Philip. Hortatoria, de Fato. Humana, vetus ſapientiæ, 4. Tuſc. Incredibilia, optima, Orat. & 5. Philip. Ingenua, 5. de Finibus. Innumerabilia, obſcurum, optima, tanta, 3. Famil. Languidius, pro Cornel. Magnum, optimarum artium, priuata, 4. Acad. Maius, 11. Famil. Mala, 2. de Legibus. Maxima, recentia, pro Mur. Non mediocre erga aliquem, 2. Attic. Militaria apud iuuentutem, apud ſenectutem obſoleta, obſcura in aliquem, ſumma in aliquem & ſingularia, 1. Famil. Minora, 2. Tuſc. & 7. Famil. Mirificum, 14. Famil. Multùm pugnantia, & contraria, 1. de Finibus. Notiora, ep. ad Brut. Oratoria, 2. de Diuin. Par, pro Cluent. Perpetuum in aliquem, 4. Famil. Plura, 6. Attic. Plurimum, priſtinum, tantum, vniuerſum, 6. Famil. Populare, pro Seſt. Præſtantiſſimum, voluntaria, 11. Phil. Prompta & parata ad amplificationem alicuius, 2. Offic. Similia, 3. de Orat. Singulare perpetuúmque, ſuauiſſimum, 1. Attic. Singularia, 4. Catil. Summum bonorum, 3. cont. Rull. Tacitum, pro Quint. Totum Philoſophiæ, 1. Acad.

☞ Syntaxis. *Studium in literis ponere. Dare ſtudium alicui arti. Studio medicinæ dare operam. In ſapientia ſtudium collocare, ponere, adhibere. Studio teneri, ardere, incendi, duci. Studio eſſe incitato, inflāmato ad. Cupiditas & ſtudium legendi: & contrà. Exercere literarū ſtudia. Studium omne alicui polliceri, in aliquem conferre, &c.*

STVLTE, *dementer, inſipienter, incautè.* 7. At. 10. Stultè & incautè omnia agi video.13.6.Etſi ſcripſeram ad te nunc ſtultè. de Leg. Stulte arrogans.2.de Orat. 274. Vt vel non ſtultus quaſi ſtultè cum ſale dicat aliquid.pro Rab.Poſt.22.

STVLTITIA, *fatuitas.* 3. Tuſc.11. Stultitiam enim cenſuerunt inſaniam, id eſt, inconſtantiam ſanitate vacantem. Ibid.13. Ita ſtirpes ſunt altæ ſtultitiæ. Ibid.73. Eſt proprium ſtultitiæ, aliorum vitia cernere, obliuiſci ſuorum. 1.de Nat.23. Miſerius ſtultitia nihil dici poteſt. 1.de Or.125. Oratoris peccatum, ſtultitię peccatum videtur: ſtultitia autem excuſationem non habet. 2. de Diu.86. O delirationem incredibilem: non enim omnis error ſtultitia eſt dicēda 3.de Nat.84. Stultitia eſt à quibus bona precamur, ab iis dantibus nolle ſumere.pro R.P.24. Sed huius facti ſtultitiam maior iam ſuperior ſtultitia defendit. in Ver. Stultitia ſingularis.

† ADIVNCT. Abiecta, 1.de Legibus. Alta, 3.Tuſc. Incredibilis, 2.Phil. Loquax, 3. de Orat. Magnæ, 2. de Diu. Maior, 12.Attic. Media, 5.Tuſc. Miſera, 1.de Nat. Par, ſuperior, 1.de Orat. Senilis, de Senec. Similis, pro Cæl. Singularis, 5. Ver. Summa, 10. Attic. Tanta, pro Cec.

STVLTVS, *fatuus, delirus, mente captus, malè ſanus, demens, amens, nullius conſilij.* 9. Fa.22. Stultorum plena ſunt omnia. 3. A.22. Vt hominem ſtultum etiam magis infatuet, mercede publica. I. P. 58. O ſtultos Camillos, ô amentem Paulum. Ora.74. Stulto ſapientis orationem affingere. 2. de Or. 264. Vt vel non ſtultus quaſi ſtultè cum ſale dicat aliquid. pro Font.13. Stultus auditor & credulus.)(.*Sapiens iudex.* de Sen. 36. Senex, ſtultus, credulus, obliuioſus. de Amic. 99. Hæc eſt in fabulis ſtultiſſima perſona credulorum atque improuidorum ſenum. 3. de Orat.140. Malo indiſertam prudentiam, quàm ſtultam loquacitatem.

† ADVERB. Admodùm, planè, 2. de Orat.

☞ Syntaxis. *Stultè & incautè. Stultè arrogans. Altæ ſtirpes ſtultitiæ. Stultum aliquem infatuare. Stultus & credulus. Stultiſſima credulorum perſona. Stulta loquacitas.*

STVPEFACTVS, 3. de Ora. 50. In quo igitur homines exhoreſcunt? quem ſtupefacti dicentem intuentur?

STVPENS, de Somn. 11. Quæ cùm intuerer ſtupens, quis inquam, &c.

STVPEO, 7. V. 94. Confirmant ipſi ſe, cùm is etiam tum ſemiſomnis ſtuperet. 7. At.10. Sed ſtupent omnes. 2. de Fin.77. Hæc cùm loqueris, nos Varrones ſtupemus.

STVPESCO, 3. de Or.100. Aſpicere, admirari, ſtupeſcere.

STVPIDITAS, *ſtupor, tarditas.* 2. A.80. In quo primùm incredibilem ſtupiditatem hominis cognoſcite.

† ADIVNCT. Incredibilis, 2. Phil.

STVPIDVS, *ſtupens, bardus.* de Fat. 10. Zopyrus phyſiognomon ſtupidum eſſe Socratem dixit, & bardum. Parad.5. Actionis tabula te ſtupidum detinet. *aliter,* Aetionis. 4. ad Her. 66. Omnes ſtupidi timore obmutuerunt.

STVPOR, *ſtupiditas.* 3. Tuſc.12. Immanitas in animo, ſtupor in corpore. 2. A. 30. Sed ſtuporem hominis, vel dicam pecudis videte. Ibid. 115. Qui morbo aliquo vel ſenſus ſtupore ſuauitatem cibi non ſentiunt. pro Dom. 97. Eamque animi duritiam ſicut corporis, quod cùm vtitur, non ſentit, ſtuporem potiùs quàm virtutem putarem. de Aruſp.5. Si autem id non ſentit, periculum eſt, ne ſe ſtuporis excuſatione defendat. 3. A.16. Qui propter hæſitantiam linguæ ſtuporemque cordis cognomen ex ignominia traxit. I. P. 1. Stupor debilitaſque linguæ, tarditas ingenij. 2. A. 65. Quis te tantus ſtupor oppreſſit, vt non ſcias, &c. Ibid. 30. Eſto, ſit in verbis tuis hic ſtupor: quanto in rebus ſententiiſque maior?

† ADIVNC. Maior, tantus, 2. Phil.

☞ Syntaxis. *Cordis ſtupor, linguæ, verborum. Stupore oppreſſus.*

STVPRANDO. pro Dom.125. Qui religiones omnes pollueris, aut ementiendo, aut ſtuprando.

STVPRATVS. 2. de Fin.66. Stuprata per vim Lucretia à regis filio, &c.

STVPRO, *conſtupro, ſtuprum infero, ſtuprum offero, vim affero, pudicitiam eripio, ſtuprum cum aliqua facio.* 5. Fa. 10. Qui tot ingenuas matres familias ſtuprauit.

STVPROR. 5. de Fin.64. Virginius interfecit filiam, ne ſtupraretur. de Aruſp.33. Puluinar quod ſtupràras.

☞ Syntax. *Per vim ſtuprata mulier, materfamilias, virgo puluinar.*

STVPRVM, *inceſtum, omniſq; lege vetita libido.* 3. Off.38. Gyges reginæ ſtuprum intulit. Par. 3. In aliquam domū ſtuprum inferre. I. P.95. Clodius ſtuprum Bonæ deæ puluinaribus intulit. de Aruſp. 8. & 2. de Leg.10. Sext. Tarquinius vim Lucretiæ attulit. 5. de Finib. 54. Lucretia per vim oblatum ſtuprum voluntaria morte luit 3. de Nat. 68. Qui non ſat habuit coniugem illexiſſe in ſtuprum. 2. C.7. Quod nefarium ſtuprum non per illum. Antequàm 19. A me luxuries ac ſtupra Cailij pœnas repetunt. Poſtquàm in Sen. 12. Conſul proceſſit ſomni, vini, ſtupri plenus. 4. Tuſc.75. Stupra dico, & corruptelas, & adulteria, inceſta denique. pro Dom. 105. Iſte qui non ſolùm aſpectu, ſed etiam inceſto flagitio & ſtupro polluit cærimonias. ad Octa. Pop. Rom. pro turpi ſtupro datus in ſeruitutem. pro Mil. 74. Clodius cùm ſorore germana nefarium ſtuprum fecit.* con. C. Anton. Cùm ex eodem ſtupro tibi & vxorem & filiam inueniſti. Ibid. Stupris ſe omnibus ac flagitiis contaminauit.

† ADIVNC. Domeſtica, 6. Phil. Inaudita, nefaria, I. P. Infeſtum, pro Mil. Nefarium, 2. Cat. Sororia, pro Seſt. Turpe, 1. de Fin.

☞ Syntaxis. *Stuprum alicui inferre, afferre, offerre. In ſtuprum illicere. Vir ſtupri plenus. Stupra, corruptelæ, adulteria, inceſta. Inceſtum flagitium ac ſtuprum. Stuprum facere cum.*

STYLVS, *inſtrumentum, quo in tabulis ſcribebant veteres: hinc factum eſt, vt ſtylus pro ſcriptione, vel dictione caperetur.* de Clar.93. Dein cùm otioſus ſtylum prehenderat, flacceſcebat oratio. 4. V. 101. Vertere ſtylum in tabulis ſuis. de Aruſp. 1. Cùm cætera ſcelera ſtylo illo impuro Sextus Clodius conſcripſiſſet. Mucro ſtyli Cenſorij. *Lege,* MVCRO.

¶ *Scriptio, dictio.* 6. Fa.7. Cùm præſertim adhuc ſtyli pœnas dem. de Clar. 100. Vnus enim ſonus eſt totius orationis, & idem ſtylus. 1. de Ora. 150. Stylus optimus dicendi effector & magiſter. Ibidem. Omnia ſub acumen ſtyli ſubeant neceſſe eſt. Ibid. 257. Stylus perfector dicendi, ac magiſter. de Clar.96. Etiam artifex, vt ita dicam, ſtylus. 7. Fa. 25. Stylus dicendi opifex. 3. de Ora. & 188. Hanc legem cùm exercitatione, tum ſtylo, qui & alia & hoc maximè ornat & limat, formanda nobis oratio eſt. 2. 96. In ſumma vbertate ineſt luxuries quædam, quæ ſtylo depaſcenda eſt. Ora.

UNED

eſt. Ora. 150. Sed tamen ſtylus exercitatus efficiet facilè hanc viá componendi. de Clar. 167. Orationes Attico ſtylo ſcriptæ.

† ADIVNCT. Artifex, de Clar. Cenſorius, pro Clu. Effector, & magiſter optimus & præſtantiſſimus dicendi, 1. de Orat. Exercitatus, Or. Impurus, de Aruſ. Opiſex dicendi, 7. Famil.

☞ Syntaxis. *Stylum prehendere. Cenſorij ſtyli mucro. Styli dare pœnas. Luxuriem ſtylo depaſcere.*

STYX, *fluuius.* 3. de Nat. 43. & illi qui fluere apud inferos dicuntur, Acheron, Cocytus, Styx, Phlegeton.

SVADA. *Latinè, Græcè* Πειθὼ. de Clar. 59. Suadæq; medulla, πειθὼ, quam Græci vocant, cuius effector eſt orator, hanc Suadam appellauit Ennius: eius autem Cethegum medullam eſſe vult: vt quam deam in Periclis labris Eupolis ſeſſitauiſſe ſcripſit, huius hic medullam noſtrum oratorem fuiſſe dixerit. de Sen. 50. M. Cethegus, quem rectè Suadæ medullam dixit Ennius.

SVADENDO. 2. de Ora. 334. In ſuadendo nihil eſt optabilius quã dignitas. 8. At. 9. Quo in ſuadendo plus autoritatis haberem.

SVADENS. de Clar. 89. M. Cato legem ſuadens, in Galbam multa dixit.

† ADVERB. Benè, de Amic.

SVADEO, *ſum autor, hortor, moneo, ſuaſor & autor ſum alicuius rei.* 13. Fa. 4. Hæc eò ſpectant, vt te horter & ſuadeam: reliqua ſunt, quæ pertinent ad rogandum. de Pro. 42. Nam poſteà me vt ſibi eſſem legatus, non ſolùm ſuaſit, ſed etiam rogauit. pro Arch. 14. Niſi mihi ab adoleſcentia ſuaſiſſem, nihil eſſe in vita, &c. 13. At. 37. Tu quod ipſe tibi ſuaſeris, idem mihi perſuaſum puto. 2. Fa. 7. Nemo eſt qui ſapiẽtiùs tibi ſuadere poſſit te ipſo. 7. 3. Primùm cœpi ſuadere pacẽ. 2. A. 24. Duo tempora inciderunt, quibus aliquid contra Cæſarem Pompeio ſuaſerim. de Sen. 14. Cùm legẽ Voconiam magna voce & bonis lateribus ſuaſiſſem. 9. At. 6. Quod ſuades, vt petam, &c. id iam pridem ago. 11. 16. De obuiã itione ita faciam, vt ſuades. 8. 16. Memini quid mihi ſuaſeris per Theophanem Culeonem. 15. 16. Gaudeo te mihi ſuadere, quod ego mea ſponte pridie feceram. 2. A. 26. An ego C. Trebonio perſuaſi? cui ne ſuadere quidem auſus eſſem. pro Mil. 48. Suadere rogationem. ‖ 3. Off. 109.

† ADVERB. Amicè, 6. Attic. Fideliter, ſapientiùs, 2. Famil. Infideliter, inutiliter, Senatui, ep. ad Bru. Prudenter, 16. Attic.

☞ Syntaxis. *Te hortor & ſuadeo & rogo. Suadere pacem.*

SVAPTE & SVOPTE, *Lege,* PIE.

SVASIO, *hortatio.* )(. *diſſuaſio.* Orat. 37. Tales ſuaſiones qualem Iſocrates fecit Panægyricun. 2. de Orat. 333. Præcepta quæ de ſuaſionibus tradenda ſunt. pro Cluen. 140. Suaſio legis Seruiliæ.

† ADIVNCT. Magiſtra, de Clar.

SVASOR, *conſuaſor, autor, hortator.* )(. *diſſuaſor.* 3. Offi. 109. Atque huius deditionis ipſe ſuaſor & autor fuit. 16. At. 7. Quamuis nõ fueris ſuaſor & impulſor profectionis meæ, approbator certè fuiſti. Ibid. 17. Quanquàm hæc epiſtola non ſuaſoris eſt, ſed rogatoris. 2. A. 29. Nihil intereſt inter ſuaſorem facti, & probatorem. ‖ 2. de Orat. 334. Non quid maximè velit ſuaſor. 1. A. 8. Repudiatis malis ſuaſoribus.

† ADIVNCT. Mali, 1. Philip.

☞ Syntaxis. *Suaſor & autor. Suaſor & impulſor. Non ſuaſor, ſed rogator. Suaſor & probator facti.*

SVAVILOQVENS, de Clar. 58. Additur orator Cornelius, ſuauiloquenti ore Cethegus. Ennij. item de Republ. teſte Gellio.

SVAVILOQVENTIA, de Clar. 58. Tribuere ſuauiloquentiam alicui.

SVAVIOR, *oſculor, ſuauium do.* de Clar. 53. L. Brutus, qui de matre ſuauianda ex oraculo Apollinis tam acutè coniecit. 16. At. 3. Atticam noſtram cupio ſuauiari: ita mihi dulcis ſalus viſa eſt per te miſſa ab illa.

SVAVIS, *dulcis, conditus, iucundus.* pro Cor. 36. Comes, benigni, faciles, ſuaues, &c. 5. V. 23. Odor ſuauis & iucundus. )(. *teter.* de Clar. 38. Hic ſuauis videri maluit, quàm grauis: & ſuauitate eà, qua perfunderet animos, non qua perfringeret.

SVAVITAS, *ſuauitudo, dulcitudo, iucunditas.* de Sen. 59. Suauitates odorum, qui afflantur è floribus. 3. Off. 117. Conquirere ſuauitates vndique. 1. de Fin. 37. Voluptas quæ ſuauitate aliqua naturam ipſam mouet. 1. de Or. 193. Mira quædam in cognoſcendo ſuauitas & delectatio. Ibid. 234. Quem omnes amare pro eius eximia ſuauitate debemus. de Opt. 8. Quædam ſuauitas coloris. 3. Q. Fr. 1. Mirifica ſuauitate villam habeo. 1. de Diu. 78. Reſponſum eſt, ſingulari illum ſuauitate orationis fore. pro Cæl. 25. Suauitas humanitatis. 2. A. 115. Quidam morbo aliquo & ſenſus ſtupore ſuauitatem cibi non ſentiunt. de Am. 68. Accedat huc ſuauitas quædam oportet ſermonum atque morum, &c. 3. de Orat. 39. Suauitas ſermonis Atticorum & Romanorum propria. * Ac. Voluptatis nomen, ſuauitatem, quietem, teſte populo exaggerans. ‖ 2. de Nat. 160. Quid multitudinem ſuauitatémque piſcium dicam.

† ADIVNCT. Auſtera & ſolida, non dulcis atque decocta, excellens, 3. de Orat. Eximia, propria dicendi, 1. de Orat. Incredibilis, Top. Mira, 6. Attic. Mirificæ, 3. ad Qui. Frat. Multæ ingenij, Officij, humanitatis, 3. Famil. Propria dicendi, 1. de Orat. Singularis, 1. de Diuin. Summa & acerrima, 3. Tuſc.

SVAVITER, *dulciter, iucundè.* 3. de Orat. 40. Suauiter loqui. de Clar. 110. Solutè & ſuauiter dicere. 15. Fa. 21. Epiſtola copiosè & ſuauiter ſcripta. 1. de Fin. 54. Et ſecunda iucundè ac ſuauiter meminerimus. 4. Acad. 139. Video quàm ſuauiter voluptas ſenſibus blandiatur.

SVAVITVDO, *ſuauitas.* 3. ad Herc. 22. Suauitudo pronunciationis.

SVAVIVM, *oſculum.* 16. At. 11. Atticæ, quoniam hilarula eſt, meis verbis ſuauium des.

☞ Syntaxis. *Voluptas naturã ſuauitate mouet. In cognoſcendo ſuauitas & delectatio. Coloris ſuauitas. Villam mirifica ſuauitate habere. Cibi ſentire ſuauitatem. Solutè & ſuauiter loqui. Iucundè & ſuauiter. Pronunciationis ſuauitudo.*

SVB, *ratione loci, ſitus, ſubter, ſubtus.* 3. Q. FR. 1. Vaporarium ex quo ignis erumpit, eſt ſub tectum cubiculi. ibid. Sub grãde cubiculũ 2. A. 21. Negotiúmque tranſegiſſes, niſi ſe ſub ſcalas tabernæ librariæ conieciſſet. 2. de Nat. 110.

*Et natos geminos inuiſes ſub caput arcti.*

Ibid. 95. Homines ſub terra habitantes, qui nunquàm exiſſent ſupra terram. 2. de Orat. 266. Gallus captiuus ſub nodis diſtortus, eiecta lingua, buccis fluentibus.

¶ *Natura.* Top. 58. Quod ſub ea cauſa ſubiectum eſt.

¶ *Violentia.* pro Dom. 52. Vt Cyprius rex ſub præcone ſubiiceretur.

¶ *Conditionis.* 8. Fa. 4. Sed non ſtatim ſub mentionem & conuicium obtrectatorum. 4. Acad. 74. Res ſubiectæ ſub ſenſus.

¶ *Ante.* de Vniu. 33. Nullo poſito ſub oculis ſimulacro. 4. ad Her. 61. Subiicere aliquam rem ſub aſpectu omnium. de Vni. 13. Cœlum ſub aſpectum & tactum cadit. Ibid. 24. Sub intelligentiã cadens.

¶ *Circiter.* 2. Q. Fr. 1. Senatus fuit frequentior, quàm putabamus eſſe poſſe menſe Decembri, ſub dies feſtos.

¶ *Poſt.* 10. Fa. 16. Sub eas ſtatim recitatæ ſunt tuæ. 9. At. 9. Sub poſteaquàm literas ad te dedi, *alias,* ſubitò, *meliùs.*

¶ *In.* 3. de Fin. 60. Prima illa, &c. ſub iudicium ſapientis & delectum cadunt. 12. A. 17. Sub nomine pacis bellum latet. de Am. 94. Sed ille ſub Gnathonis perſona, &c. 3. contra Rull. 12. Non paruum ſub hoc verbo furtum latet. 2. de Finibus 74. Quod non ſub dubia vtilitatis ratione effici ſolet. Poſtquàm in Sen. 3. Qui cùm per ſe rempub. lacerare non poſſet, ſub alieno ſcelere deleuit.

SVB manu, *id eſt, preſtò, in promptu, ad manum, vt dicitur.* 10. Fa. 23. Adiunxi hæc, &c. Vocontij ſub manu vt eſſent, per quorum loca fideliter mihi pateret iter. Planci.

¶ *Sub, tandem particula, participationem leuem ſonat.* de C. 259. Cotta ſonabat ſub agreſte quiddam, planéque ſubruſticum.

SVBABSVRDVS. 16. At. 3. Subabſurdum tempus. 2. de Orat. 274. Sunt etiam illa ſubabſurda.

SVBABSVRDE. Ibid. 275. Quæ à prudentibus quaſi per diſſimulationem non intelligendi, ſubabſurdè falſéque dicuntur.

SVBACCVSO. pro Fl. 86. Nunc meum diſceſſum quaſi reprehẽdere & ſubaccuſare voluiſti. 16. At. 7. Ad debebat etiam me deſiderari, ſubaccuſari. 13. Subaccuſa quæſo Veſtorium.

SVBACTIO, *cultura, exercitatio.* 2. de Orat. 131. Subactio autem eſt vſus, auditio, lectio literæ. ‖ *Lambinus legit,* ſubiectio.

SVBACTVS, *domitus, ſuperatus.* pro S. R. 137. In iſto bello non recreatus, neque reſtitutus, ſed ſubactus oppreſſúſque popul⁹ Romanus eſt. pro Font. 2. Galli à noſtris imperatoribus ſubacti, & bello domiti. Ibid. 26. Victi & ſubacti populi.

¶ *Cultus.* 2. Or. 131. Subacto mihi ingenio opus eſt vt agro nõ ſemel arato, ſed nouato & iterato. de Senect. 51. Terra gremio mollito & ſubacto ſemen ſparſum excipit Ibid. 59. Humus ſubacta atque pura. ‖ de Pro. 31. Gens ſubacta.

☞ Syntaxis. *Subacti populi, ac domiti. Victus & ſubactus. Ingenium ſubactum. Terra gremium ſubactũ & mollitũ. Terra ſubacta & pura.*

SVBAGRESTIS, de Cl. 259. Sonare ſubagreſte quiddam, planéque ſubruſticum.

SVBAMARVS, de Fat. 8. & 1. de In. 25.

SVBARROGANTER. 4. Acad. 114. Vereor ne ſubarroganter facias, ſi dixeris, &c.

* SVBAVSCVLTANDO. 2. de Orat. 153. Si palàm audire eos non auderes: ſubauſcultando tamen excipere voces eorum, & procùl quid narrarent attendere.

* SVBAVSCVLTANS. Top. 75. Qui ea locutus eſt, bonis viris ſubauſcultantibus pariete interpoſito.

* SVBAVSCVLTO, *clàm ſeu procul auſculto.* 10. At. 20. Omnes κωρυκαῖοι videntur ſubauſcultare quæ loquor.

SVBCISIVVS, *dicitur vel tempus, vel opera, quæ à quotidianis & aſſiduis quaſi ſubducuntur, ſubtrahunturq́; & raptim quaſi furtim ad alia accommodantur.* 2. de Or. 364. Quæ ego ſerò, quæ curſim arripui, quæ ſubciſiuis operis, vt aiũt. 1. de Leg. 9. Subciſiua quædam tempora incurrunt, quæ ego perire non patior. 2. A. 20.

Nec

Nec amicis vnquàm defui : & tamen perfeci operis ſubciſiuis, vt meæ literæ nomini Rom. laudis aliquid afferrent.

☞ Syntaxis. *Subciſiuæ operæ, tempora.*

Svbcontvmeliose aliquem tractare. 3. At. 7.

Svbcrispvs. 4. V. 108. Videtis illũ ſubcriſpo capillo nigrum? *Lege*, Rvber.

✠ Svbdebilitatvs. 11. Att. 5. ‖ *Lambinus legit*, ſubitare, *&c.*

Svbdifficilis. de Am. 69. Exiſtit autem hoc loco quæſtio ſubdifficilis.

Svbdiffido, *dubito, ſubdubito.* 15. At. 20. Quo die audiui illum tyrannum in concione clariſſimum virum appellari, ſubdiffidere cœpi.

Svbdititivs, *fictus, ſubornatus.* 7. V. 68. Subdititius archipirata.

Svbditvs. 2. de Nat. 27. Aquæ quæ efferueſcunt ſubditis ignibus. 3. V. 12. Subditus in locum alterius.

Svbdo, *ſubſtituo.* 10. Fa. 21. Te rogo in Hircij locum ſubdas. pro Dom. 85. Quis in meum locum iudicem ſubdidit?

Svbdoceor. 8. At. 4. Ciceronéſque noſtros meo potiùs labore ſubdoceri, quàm me alium magiſtrum quærere.

Svbdole, *verſutè.* de Clar. 25.

Svbdvbitare. 14. Att. 16. & 2. Fa. 17.

*Svbdvcendvs. Hort. Ineundis ſubducendíſque rationibus.

Svbdvco, *ſubtraho, remoueo.* 3. Qu. Fr. 4. Cato diruptis tabellis de circulo ſe ſubduxit. pro Dom. 21. Cato, quem tu non pro illius dignitate produxeras, ſed pro tuo ſcelere ſubduxeras. 4. de Fin. 42. Neque intelligunt ſe rerum illarum fundaméta ſubducere. 2. de Inu. 143. Subducere id quo nititur aduerſariorum cauſa. 2. Tuſc. 40. Subduc cibum athletæ, ferre non poterit.

¶ *Ad ratiocinatores relata.* 5. Att. 21. Subducamus ſummam. ibid. Aſſident, ſubducunt ad nummum: conuenit.

Svbdvctvs, *ad calculos relatum.* 3. de Nat. 71. Inita ſubductáq; ratione nefaria ſcelera meditari. 5. Att. 21. Hoc quid interſit, ſi tuos digitos noui, certè habes ſubductum. 1. Fa. 9. Rationibúſq; ſubductis ſummam feci cogitationum mearum. 2. de Fin. 60. Voluptatúmne calculis ſubductis prælium ineunt.

¶ *Retractus, adductus.* 3. Off. 49. Claſſem Lacedæmoniorum, quæ ſubducta eſſet ad Gytheum, clàm incendi poſſe.

Svbdvctio, *ſubtractio.* 2. de Or. 132.

Svbdvrvm eſt, &c. Qu. de Pet. 36.

Svbevndvs, *adeundus, ferendus.* 2. Tuſ. 14. Quæ vt effugias, quis eſt non modò non recuſandus, ſed vltrò appetendus, ſubeundus, excipiendus dolor? 4. C. 12. Sin remiſſiores eſſe voluerimus, ſummæ nobis crudelitatis in patriæ ciuiúmque pernicie fama ſubeunda eſt. 14. Fa. 5. Quando ſubeunda fortuna eſt? pro Fl. 2. Exiſtimabam L. Flacco multitudinis potiùs imperitæ, nullo tamen cum periculo, quàm ſapientiſſimorum & lectiſſimorum virorum iudicium eſſe ſubeundum.

¶ *Tenendus.* Or. 157. Subeundus vſus omnium, periclitandæ vires ingenij.

† Adverb. Neceſſariò, 7. Ver.

Svbeo, *patior, fero, adeo.* pro Dom. 72. Non peccato meo nomen exulis ſubeo, ſed re iudicata. pro Mur. 4. Ingredi pericula, ſubire tempeſtates reipublicæ. de Aruſp. 39. Subire iram deorum. pro Dom. 101. Eandem pœnam ego ſubibo & ſuſtinebo. de Pro. 23. Vnum pro vniuerſis ſubire atque excipere tela. Ibid. 41. Quamuis excipere fortunam, ſubire vim, &c. I. P. 41. Subire ſempiternas fœdiſſimæ turpitudinis notas. Ibid. 86. Ciuitates etiã nefarias libidinum contumelias turpitudinéſque ſubierunt. 3. V. 144. Si pupilli calamitas, propinquorum lacrymæ, D. Bruti, cuius prædia ſubierunt periculum, &c. 3. de Nat. 2. Ne quid inuidiæ ſubeatur, aut criminis. pro Dom. 86. Subire vim & iracundiam populi incitati. 3. Q. Fr. 4. Subire periculoſas inimicitias. 8. At. 1. Eundem vt quemcunque fors tulerit caſum, ſubeam potiùs cum iis qui dicuntur eſſe boni, quàm videar à bonis diſſentire. 11. 7. Quanquàm quid mea interſit, vt eorum odium ſubeam, non intelligo. 1. V. 46. Poteríſne eius orationis ſubire inuidiam? *& rectè: etiamſi quidam*, inuidiã, *legant, nam & Aſconius* inuidiæ, *legit.* ad Br. 12. Eandem calamitatem ſubirent liberi bonis publicatis, &c. pro Cluent. 128. Ne autem nimiùm multi pœnam capitis ſubirent, idcirco illa ſortitio comparata eſt. 11. At. 6. Minùs ſermonis ſubiſſem, minùs accepiſſem doloris, ipſum hoc me non angeret. 3. 15. Iſtos labores, quos nunc in naufragiis ſuſcipis, non ſubiſſes. 15. Fam. 4. Subieris inuidiam pericula, omnes meas tempeſtates. 3. Off. 105. Qui retinendi officij cauſa cruciatum ſubierit voluntarium? 5. Tuſc. 78. Subire quamuis carnificinam priùs, quàm, &c. 1. Q. Fr. 3. Subire dimicationem. 2. Tuſc. 14. Subire dolorem. 11. P. 9. Subire facinus alterius. 14. Fam. 5. Subire fortunam. 3. Off. 28. Omnia incommoda ſubire, vel externa, vel corporis, vel etiam ipſius animi, quæ vacent iuſtitia. 3. Q. Fr. 1. Infamiam ſempiternam ſubire. 1. V. 46. Inuidiam orationis ſubire. Part. 100. Subire iudicium. 7. At. 8. Subire malum. pro Do. 72. Exulis nomen ſubire. 3. Off. 57. Nonne inutile eſt, vitiorum ſubire nomina? 8. Fa. 11. Curio omnia potiùs ſubire conſtituit, quàm id pati. de Diu. Poteríſne orationem eius ſubire? 3. Offi. 65. Dupli pœnam ſubire. 6. Fam. 1. Subire potentiam aut victoriam. 11. At. 6. Subire ſermonem. ad Br. 12. Supplicia ſubire. 2. C. 15. Tempeſtatem inuidiæ ſubire. de Pro. 41. Vim ſubire atque iniuriam malui, quàm aut à veſtris ſanctiſſimis mentibus diſſidere, aut de meo ſtatu declinare. pro Cec. 100. Qui ſi in ciuitate legis vim ſubire vellent, nõ priùs ciuitatem, &c. amitterent. 14. At. 21. Poſtremò ſe libenter vituperationem ſubire, quòd amaret etiam mortuum Cæſarẽ. pro Quint. 97. Subire vultum ſuperbiſſimum inimici. ad Brut. 18. Subire famam temeritatis. 14. At. 21. Subire vituperationem. 8. 16. Subire triſtitiam temporum. pro S. R. 31. Licèt omnia in me pericula impendeant, ſuccurram atque ſubibo. * pro M. Scau. Subiit populi iudicium.

¶ *Venio.* 1. de Or. 151. Omnia ſub acumen ſtyli ſubeant & ſuccedant neceſſe eſt.

Svbeor, *feror.* 7. V. 181. Inimicitiæ ſunt? ſubeantur: labores? ſuſcipiantur.

† Adver. Obſcurè, 1. de In.

☞ Syntaxis. *Subire periculum, fortunam, vſum, exulis nomen, tela, iram Dei, tempeſtates amici, inuidiam, alterius facinus, pœnam, potentiam, vultum inimici. Hoc non ſubit ſub acumen iudicij humani. Inimicitiæ malorum à probis ſubeuntur.*

Svbgrandis, 3. Q. Fr. 1. Subgrande cubiculum.

Svbhorridvs, *horridulus.* pro Seſt. 21.

Svbiectio. 3. de orat. 200. Rerúmque quaſi gerantur ſub aſpectum penè ſubiectio. 4. ad Her. 25. Subiectio rationis. 2. 28. 4. 34. Subiectio, quæ eſt exornatio quædam verborum.

Svbiector teſtamentorum, *qui falſa pro veris teſtamenta ſubijcit & ſupponit, vt in alienas hæreditates inuadat.* 2. C. 7.

Svbiectvs, *ſubditus, loci ratione.* 3. 2. Tectis omnibus ſubiectos propè iam ignes, circundatóſque reſtinximus. de Som. 9. Orbis extimus, cui ſubiecti ſunt ſeptem, qui, &c. 3. de Nat. 139. Oſſa, quæ ſubiecta corpori ſunt.

¶ *Contentus.* 1. de Ora. 51. Verborum ſonitus inanis, nulla ſubiecta ſententia, nec ſcientia.

¶ *Inductus.* 3. 205. Et ad propoſitum ſubiecta ratio.

¶ *Obnoxius.* 5. de Fin. 36. In his rebus quæ ſubiectæ ſunt ſenſibus. 3. 60. Eſtq; illa ſubiecta quaſi materia ſapientiæ. pro Quin. 49. Subiectus ſub præcone. 4. Acad. 74. Res ſubiecta ſub ſenſus. 4. Tuſc. 16. Sub metum ſubiecta ſunt, &c. Ibid. 21. Quæ ſubiecta ſunt ſub metu. 2. de Finibus 11. Sed fortè dicitis, inuidioſum nomen eſt, & infamiæ ſubiectum. de Som. 15. Hic autem alter ſubiectus Aquiloni, &c. 1. Off. 96. Quæ autem pars ſubiecta generi eſt, eam ſic definiunt, vt, &c. 1. de Or. 201. Hęc tanquàm aliqua materies oratoribus ſubiecta eſſe debent. Ibi. 140. His omnibus partibus ſubiecta ſunt quædam argumenta propria. 2. de Fin. 6. Quæ vis ſubiecta ſit vocibus. 4. Tuſc. 57. Mare eſt ſubiectum ventis.

¶ *Obediens, qui in dominatu alicuius eſt, qui in alterius ditione & poteſtate eſt. Lege*, Dominatvs. 2. de Diu. 6. Qui in alterius poteſtate eſt. 4. ad Her. 24. Subiectus. )( *. in ſua poteſtate.* 2. de Nat. 77. Nulli naturæ eſt obediens aut ſubiectus Deus. Ibid. Omnes res ſubiectas eſſe naturæ ſentienti. Parad. 5. Omnes legibus ſubiecti eſſe debemus. 4. ad Her. 16. Et ingenuis ſub hoſtilem libidinem ſubiectis. 5. Tuſc. 2. Si virtus eſt ſubiecta ſub varios caſus. * 1. de Leg. Nec ſe intelligunt eſſe conſanguineos, & ſubiectos omnes, ſub vnam eandémque tutelam.

☞ Syntaxis. *Subiecta carnibus oſſa. In verbis ſententia ſubiecta. Sub metu ſubiectum, Aquiloni locus. Infamiæ ſubiectum nomen. Subiecta quaſi materia medicinæ. Subiectus ſub hoſtium libidinem. Sub varios caſus ſubiecta virtus. Subiectum corpus morbis.*

Svbigendvs, *colendus.* 2. contra Rull. 83. Coloni glebis ſubigendis exercitati.

Svbigo, *in poteſtatem vel ditionem meam redigo, ſubijcio, ſubiungo. Lege*, Svbactvs. pro S. R. 103. Africanus, qui ſuo cognomine declarat tertiam partem orbis terrarum ſe ſubegiſſe. pro Corn. 25. Populi quos armis ſubegimus, atque in ditionem noſtram redegimus. 3. C. 27. Mihi viuendum eſt cum illis, quos vici ac ſubegi. pro Font. 3. M. Fonteius hoſtes ſubegit.

Svbigor, *mollior, excolor.* 2. de Nat. 159. Cùm terræ ſubigerentur foſſione glebarum.

☞ Syntaxis. *Vincere atque ſubigere. Subigere & in ſuam ditionem redigere. Subigere maſſam, ceram.*

Svbiiciendvs. 2. de Fin. 48. Neque vident ſub hac voce honeſtatis, quæ ſit ſubijcienda ſententia.

Svbiiciens. pro Flac. 53. Hic mihi quaſi miniſtrator aderat, ſubijciens quid in ſuos ciues dicerem.

Svbiicio, *addo, adiungo, induco, ſubiungo.* 4. ad Her. 3. Subiicere exẽpla ſub ſingulos artis locos. 2. de Inu. 70. Subiicere & ſupponere rationem. 2. de Diu. 104. Et quidem, cur ſic opinetur, rationem ſubiicit. pro Syl. 59. Iam verò quod ſubiicit, illos, &c.

¶ *Subdo, repono, comprehenſum indico.* 1. de Inuen. 7. Subiicere aliquam materiem arti. 4. ad Heren. 53. Subiicere rationes omnibus

bus partibus.2.de Fin. 13.Omnes huic verbo duas res ſubiiciũt. 2.Off.83.Bona ciuium voci ſubiicere præconis.

¶ *Obnoxium reddo, obyicio.* 1.de Or.202. Orator, qui ſcelus fraudémque nocentis poſſit dicendo ſubiicere odio ciuium.pro Pl. 56. Subiicere fortunas innocentium ficto ſermoni. 2. Off. 22. Subiicere ſe imperio ac poteſtati alicuius. 2. ad Her. 50. Subiicere ſe ſub poteſtatem alicuius.

¶ *Propono.* 4. 61. Subiicere aliquam rem ſuba ſpectu omnium. Orat.139. Sæpe rem dicendo ſubiiciet oculis.pro Cluent.6. Ne ipſi quæ contraria ſunt, taciti cogitationi veſtræ ſubiiciatis.

¶ *Subiugo,* 2.de Legibus 45.Subiicere terram ferro.*id eſt, ſubigere, colere.*

¶ *Adultero.* 14.A.7. Subiicere teſtamenta. *Lege,* SVBIECTOR.

SVBIICIOR. pro Mil. 99. Cùm omnes à ſuis inimicis faces inuidiæ meæ ſubiiciantur. pro R. P. 13. Tamen huic ordini ignem nouum ſubiici non ſiuiſti.

¶ *Suggeror, rememoror.* 7.V. 24 Cupio mihi ab illo ſubiici, ſi quid prætereo.

¶ *Subſtituor.* Or.92.Mutata, in quib9 pro verbo proprio ſubiicitur aliud quod idem ſignificet.3.ad Heren.7.Quæ ſubiiciuntur ſub vocabulo recti.

¶ *Comprehendor in.* 2.de Fin.6. Id eſt, quæ res huic voci ſubiiciatur.Top.33.Formæ cuique generi ſubiiciuntur.

¶ *Exponor.* pro Dom.52.Vt Cyprius rex cum bonis omnibus ſub præcone ſubiiceretur.

SVBIMPVDENS.7.Fam.17.

SVBINANIS, *vanus.* 2.Atti.17. Quod eſt ſubinane in nobis, & non ἀκελόδοξον, id afficit me quadam delectatione.

SVBINSVLSVS. de Opt. 7. Eſt enim vitioſum in ſententia, ſi quid ſubinſulſum eſt.

SVBINVIDEO.7.Fam.10.Subinuideo tibi.

SVBINVISVS.pro R. P. 40.Tum ſubinuiſum apud maleuolos Poſthumi nomen.

*SVBINVITO.7.Fam.1.Quòd me quadam epiſtola ſubinuitaras, vt aliquid ad te huiuſmodi ſcriberem.

SVBIRASCOR.10. 28. Interdum tibi ſubiraſcor.2. de Finib.12. Etſi ſatis clemens ſum in diſputando, tamen interdum ſoleo ſubiraſci. 1.At.11. In Epeirum quòd me non inuitas comitem non moleſtum, ſubiraſcor.

SVBIRATVS. 1.de Orat.72. 3. Fam 9.

SVBITO, *repentè, repentinò, continuò, ecce tibi.*)( *.ſumpto ſpatio.* 6.At. 6. Ego dum in prouincia omnibus rebus Appium orno, ſubitò factus ſum accuſatoris eius ſocer.pro Dom.40.Tu auſpiciorum patronus ſubitò extitiſti. pro Planc 49. Conſul comitia habere cœpit, ſubitò præter opinionem omnium.8.Fa.7.Properanti tabellario literas ſubitò dedi. 1.de Diui. 72. Alia autem ſubitò ex tempore coniectura explicantur. 1. de Ora. 252. Vox & geſtus ſubitò ſumi, & alicunde arripi non poteſt.de Orat. 150. Vtile eſt etiam ſubitò ſæpe dicere: tamen illud vtilius, ſumpto ſpatio ad cogitandum, paratiùs atque accuratiùs dicere. 1.de Nat. 6.Vnde hoc philoſophandi mihi ſubitò ſtudium extitiſſet. ibid. Nos autem nec ſubitò cœpimus philoſophari, nec, &c. 7. At. 10. Subitò cepi conſilium, vt exirem. pro Cecin. 30. Cùm ſubitò ecce idem, &c. pro Font. 32. Bella ſubitò atque improuiſò naſci.ad Oct.Subitò iam proſtratam Rempub. extuliſti. pro Syll. 32. Vita ſubitò fingi non poteſt. 2. At. 9. Subitò cùm mihi dixiſſet Cæcilius quęſtor, puerum ſe Romam mittere, hæc ſcripſi raptim.

☞ Syntaxis. *Subitò, præter opinionem omnium. Subitò, ex tempore. Cùm ſubitò ecce ille. Bellum ſubitò, atque improuiſò natum, abſoluta ſynonymia.*

SVBITVS, *repentinus, improuiſus.* de Prou. 43. Subita atque improuiſa formido.2.Qu.Fr. 4. Subita defectio Pompeij. 3. Tuſc. 52. Omnia ſubita videri maiora.9. At. 12. Subitus diſceſſus, & præceps profectio. 1. ad Here. 13. Inſperatum incommodum, ſubita lætitia.13.Fa.2. Subitum eſt ei remigrare, &c. 1. de Ora. 150. Subitam & fortuitam orationem commendatio & cogitatio facilè vincit. ibidem.Etiamſi vehementiſſimè ſe in his ſubitis dictionibus exercuerit.

☞ Syntaxis. *Subitum atque improuiſum. Subita & fortuita oratio. Exercere ſe in ſubitis dictionibus.*

SVBIVNCTVS, de Aruſp.37.Video in aruſpicum reſponſis hæc eſſe ſubiuncta, ſacrificia vetuſta, &c.

SVBIVNGO, *ſubyicio, ſubiugo.* 1.de Orat.218. Omnes artes oratori ſubiungere.Orat.94. Ariſtoteles tranſlationi hæc ipſa ſubiungit, & abuſionem.3.V.55.L.Mummius vrbes multas ſub imperium populi Romani ſubiunxit.2.con.Rull. 67. Sub veſtram iuriſdictionem orbem terrarum ſubiungeretis. 2. de Nat. 114.

*Cedit, equi partes properans ſubiungere chelis.*

† ADVERB. Abſolutè, Top.

SVBLATE, *elatè.* de Cl.201.Sublatè ampléque dicere.pro Do.95. Nihil vnquàm de me dixi ſublatiùs aſciſcendæ laudis cauſa.

SVBLATIO, *elatio.* 2.de Fin. 13. Voluptas eſt ſublatio animi ſine ratione, &c.

SVBLATVS, *abrogatus, ademptus, remotus, eiectus. Lege,* SVSTVLI. 1.de Orat.247.Veteres leges nouis legibus eſſe ſublatas.pro Pomp. 30. Bellum aduentu Pompeij ſublatum atque ſepultum eſt.1.de D.50.Amilcarem ab his viuum eſſe ſublatum.3.de Nat. 82. Deorum iudicio diſcrimen eſſe ſublatum.9. Att. 11.Diſperſione enim COS. actio de pace ſublata eſt. ad Brut.6.Iampridẽ hoc ex noſtra cõſuetudine ſublatum eſſe debet.1.Q.Fr.1.20. Sublata Myſiæ latrocinia, cædes multis locis repreſſæ, oppidorum furta & latrocinia eſſe depulſa, remota illa calumnia. pro S.R.3. Non modò ignoſcendi ratio, verùm etiam cognoſcendi conſuetudo de ciuitate ſublata. * pro C. Corn. 1. Multarum ♣ rerum iudicia ſublata ſunt.‖ 4. Tuſcul. 45. Omnem vitæ diligentiam ſublatam fore.

¶ *Elatus, ſuſpenſus.* 7. V. 92. Ignis à ſpecula ſublatus. 6.5. Sublatis manibus. 2. cont. Rull. 95. Roma cœnaculis ſublata ac ſuſpenſa.3.V.13.Sublatus in crucem.

† ADVERB. In-perpetuum, de Clar. Omninò de ciuitate, pro Seſt.

☞ Syntaxis. *Sublata ſuſpicio, conſuetudo, bellum, viuus homo, leges, actio de pace. Roma cœnaculis ſublata & ſuſpenſa.*

SVBLECTVS. cont.C. Anton.Te conceſſione competitorum, & collatione centuriarum, & meo maximè beneficio, è poſtremo in tertium locum eſſe ſublectum.

SVBLEVANDVS, *minuendus.* pro Mur. 8. Suum laborem hominum periculis ſubleuandis impartire.

¶ *Abyciendus.* de Amic.90. Vna illa ſubleuanda offenſio eſt.

SVBLEVO, *ſuſtento.* 4. ad Her. 64. Subleuare mentum ſiniſtra, *id eſt ſuſtinere.* 7. A. 24. Qui vicinos ſuos facultatibus ſuis ſubleuauit. 1. V. 5. Defendere & ſubleuare homines. 5.215. Sub- ♣ leuare miſeros.)( *.euertere.* ‖ 1.10.

¶ *Minuo, repello,* 4. Tuſc.45.Subleuare calamitates alicuius.8.Fa. 3. Subleuare odia.

¶ *Infirmo.* 1.V.12.Subleuare cauſam inimici.

¶ *Solor, iuuo, adiuuo.* pro Cecin.23.Non minùs nos ſtultitia illius ſubleuat, quàm lædit improbitas. 5. Fam.1. Quem familiæ noſtræ dignitas debebat ſubleuare.pro Syll. 39.Cùm negat ſe ſcire Caſſius, vtrùm ſubleuat Syllam, an ſatis probat ſe neſcire. Subleuat apud Gallos.

¶ *Erigo.* Antequàm. 26.Quem ſinguli ſtratum & abiectum ſubleuaſtis.10.At. 4. Alter qui nos ſibi ad pedes ſtratos non ſubleuabat quidem.

¶ *Compenſo.* Quint.de Pet.2.Nominis nouitatem dicendi gloria ſubleuabis.

† ADVERB. Leuiſſimè, pro Clu. Multùm, 8.Fam.

SVBLEVOR. 2. Atti.18. Hic ſtatus vna omnium voce gemitur, neque verbo cuiuſquam ſubleuatur.2. de Orat. 173. Foris aſſu- ♣ muntur ea, quæ non ſua vi, ſed extranea ſubleuantur. ‖ pro Syl.75.Subleuantur res aduerſæ.

SVBLIGACVLVM, *tegumentum, quo vtimur in balneo, præſertim ad obſcœna tegenda.* 1.Offic.129.Scenicorum mos tantam habuit à vetere diſciplina verecundiam, vt in ſcena ſine ſubligaculo prodeat nemo.

SVBLIME, *altè.* 2.de Diuin.67.Eaque ſcuta, quæ fuerant ſublimè fixa, ſunt humi inuenta.1.Tuſc.101.Theodori quidem nihil intereſt, humine an ſublimè putreſcat.

¶ *Surſum.* 2. de N. 101. Extenuatus aër ſublimè fertur. 1. Tuſ. 40.Perſpicuum eſſe debet, animos, quum è corpore exceſſerint, ſiue illi animales, id eſt, ſpirabiles, ſiue ignei, ſublimè ferri.

SVBLIMIS, *altus.* )( *. humilis.* 2. de Nat. 101. Aër extenuatus in ſublime fertur.1.Tuſ.40.& 2. de Natu.141. Sonus natura in ſublime fertur.

☞ Syntaxis. *Sublimè eſſe, ferri, in loco, & ad locum. In ſublime fertur ſonus.*

SVBLVCEO. in Arat.

*Hunc retinens aries ſublucet corpore toto.*

*SVBMERGO, 2. de Na. 114.

*Cedit, equi partes properans ſubmergere chelis.*

*Alij, ſubiungere, alij, coniungere, legunt.*

SVBMERSVS, 1.de Diu. 73. Submerſus equus. 2. de N. 100. Quot genera ſubmerſarum belluarum?

SVBMINISTRO, *ſuggero.* 1.de Inu. 7. Ariſtoteles, qui huic arti plurima adiumenta atque ornamenta ſubminiſtrauit. 2. Q. Fr. 12. Quoniam tabellarios ſubminiſtras hodierni diei, res geſtas Lupercalibus habebis. pro Deiot. 25. Deiotarus ſeſe expoliare maluit, quàm tibi pecuniam non ſubminiſtrare.

SVBMINISTROR, pro Cæl.20. Palàm in eum tela iaciuntur clàm ſubminiſtrantur.

† ADVERB. Clàm tela, pro Cæl.

SVBMISSVS. *lege,* SVMMISSVS.

SVBMITTO, *demitto.*)( *.extollo.* de Amic. 74. Vt hi qui ſuperiores ſunt, ſubmittere ſe debent: ſic quodammodò inferiores extollere. *lege,* SVMMOTVS.

SVBMOLESTE ferre.5.At.21.

SVBMOTVS. *lege,* SVMMOTVS.

SVBMOROSVS. 2.de Orat.279. Ridicula, ſtomachoſa,& quaſi ſubmoroſa.

*SVBMOVEOR, *pellor*.de Proſcrip. lib. Homines à Repub.ſubmoueri.

† ADVERB. Acerrimè,pro Quint.

SVBNEGO.7.Fam.19.Quod tibi propè ſubnegaram.

† ADVERB. Propè,7.Fam.

SVBNIXVS, *fultus, nixus*.de Som.15. Duo quaſi cinguli terræ, cœli verticibus ex vtraque parte ſubnixi. 1.de Or.246.Qui eius artis arrogantia ſubnixi ambulant.*id eſt*,elati,ſublimes.

SVBOBSCOENVS. Ora.88.Subobſcœno ridiculo non vtendum oratori.

SVBMOLESTVM. 16.At.4.

SVBOBCVRVS. de Cl.29.& Orat.11.

SVBODIOSVS. 1.Att.4.

SVBOFFENDO.2.Qu.Fr.5.

SVBORNATVS,*inſtructus ad malum*. pro Cl.163.in Vat.3.Confeſſus es à te accuſatores eſſe inſtructos & ſubornatos.

¶ *Ornatus ad bonum*. 1.de Leg.58. Homo à natura ſubornatus in vitam venit,plura inſtrumenta habet ad obtinendam ſapientiam.*Lege* EXORNARE.

SVBORNO,*ſollicito,inſtruo*.pro Qu.R.51. Falſum ſubornauit teſtem Roſcius Cluuium. 13.A.32. Apuleiana pecunia Brutum ſubornaſtis.pro Deiot.17.Medicum indicem ſubornabit, finget videlicet aliquod crimen veneni. 3.ad Her.34. In altero loco Æſopum & Cimbrum ſubornare oportet.

¶ *Orno,verè*.10.Fa.23. Tu mi Cicero quod adhuc feciſti,idem præſta,vt nos ſubornes.

SVBORNOR.pro Cec.71.Fictus teſtis ſubornari ſolet.

† ADVERB. Neruosè,10.Fam.

SVBPVDET.9.Fam.2.

SVBRANCIDVS, *vetuſtate corruptus, putridus*. I.P.67. Caro ſubrancida.

SVBRAVCVS. de Clar.141.Subrauca vox.

SVBREPO. pro Seſt.126. Subrepere ſub tabulas.

SVBRIDEO. pro Qu.R.22.Subridet Saturius veterator.

SVBRIDICVLE.2.de Orat.149.

SVBRINGOR, *ſubiraſcor,canes enim ringuntur:id eſt, diducto ore, dentibus retectis,iram declarant*.4.Att.5. Nec ij ſubringantur,qui villam me moleſtè ferunt habere.

SVBROGO. *Lege*, SVRROGO.

SVBROSTRANI, *qui ſub roſtris in concionibus ſedebant infra Senatores*.8.Fam.1.*al*.SVBROSTARII.

SVBRVSTICVS.Or.161.Quod ſubruſticum videtur.5.Fa.12.& de Cl.259.*Lege*, SVBAGRESTIS.

SVBSCRIBO, *adſcribo,accuſationem alicuius comprobo,ſubſigno*.9.At.16. Cæſar mihi literas miſit, quarum exemplum ſubſcripſi. pro Cl.119. Video errores,animaduertiſſe in iudices quoſdam illius conſilij Iuniani, cùm iſtam ipſam cauſam ſubſcriberent. Ibid.131.L.Gellius in P.Popilium ſubſcripſit,quòd is pecuniam accepiſſet. Ibid. 100. Statuæ,quibus ſubſcripſit, reges ab ſe in gratiam eſſe reductos.3.Q.Fr.3.Gabinium de ambitu reum fe-
♣ cit P.Sylla ſubſcribente priuigno Memmio.‖pro Cl.127. Quæ de iudicio corrupto ſubſcripſerint.

SVSBCRIBOR, *deſcribor*.5.V.120. Numerus aratorũ quotannis apud magiſtratus ſubſcribitur.

† ADVERB.Infrà,12.Famil.Publicè,5.Ver.

SVBSCRIPTIO, *præſcriptio* , *adſcriptio*. Ibidem 113. Iugerûm ſubſcriptio ac profeſſio. pro Cl. 118.Subſcriptiones cenſorum. 1.V.49.Qui ſubſcriptionem ſibi poſtularunt,cuicunque vos delationem dediſſetis.6.At.1. In Serapionis ſubſcriptione Africani imago.

† ADIVNCT. Cenſoria,pro Cluent.Infantes,3.ad Q.Frat.Venalis,pro Dom.ſua ad Pontif.

SVBSCRIPTOR, *adſcriptor,cauſidicus,qui dabatur accuſatori cuſtos ne ei liceret fortè corrupto præuaricari*.1.V.47.At venit paratus ſubſcriptoribus exercitatis.Ibid.51.*quid ſit ſubſcriptor & ſubſcriptio*. 8. Fam. 8. Itaque ſine vllo ſubſcriptore deſcendit, & Lucium reum fecit. pro Dom. 49. Ille nouitius Ligur venalis, aſcriptor & ſubſcriptor tuus.

† ADIVNC.Exercitati,& diſerti,1.Ver.Proximus, Ibidem.

SVBSCRIPTVS. 2. de Inu.58. Quia parrricidij cauſa ſubſcripta eſſet.

☞ Syntaxis. *Suſcribere in aliquem. Statuæ ſubſcribere. Subſcribitur apud prætorem populus.Subſcriptio & profeſſio iugerûm.*

SVBSECIVVS, *Lege*, SVBCISIVVS.

SVBSELLIVM, *ſedes,iudicium* , *& Senatus*. de Clar. 289. Locus in ſubſellis occupetur, compleatur tribunal.pro Fla. 27. Teſtes ex accuſatorum ſubſelliis ſurgunt.4. V. 72. Petilius à ſubſelliis abire cœpit. ibidem.pro Rab.P. 36.Dicere ad ſubſellia.de Clar. 288. Subſellia grãdiorem & pleniorem vocem deſiderant. 1.C. 16. Subſellia erant etiam ſedes in Senatu.2.Ant.19. Cùm inter ſubſellia noſtra verſarentur armati. 5. P. 18. Cùm inter ſubſellia Senatus verſarentur latrones. in Sall.14.Salluſtius bis ad iudicis ſubſellia attractus, extrema fortuna ſtetit. * pro C.Corn. 1. Quòd paſſus eſſet à populari conſeſſu Senatoria ſubſellia ſeparari.

¶ *Iudicium, forenſis exercitatio*. 2. de Orat.143. Cùm ſe à ſubſelliis in otium contulerit.13.Fa. 10. Verſatus in vtriſque ſubſelliis optima & fide & fama.3.9. Longi ſubſellij iudicatio & mora 4.ad Her.69.& 1.de Orat. 264. Is qui habitaret in ſubſelliis. 1.V.48.Alienus à ſubſellis.

† ADIVNCT. Aliena,1.Verr.Longum,1.Fam.Senatoria,pro C.Corn.1. Vacua,1.Catil.

SVBSEQVENS.de Natur.54.Stella tum anteuertens ſolem , tum ſubſequens.1.32.Speuſippus Platonem auunculum ſubſequens. 1.de Diu. 6. Quem ſubſequens vnum librum Babylonius Diogenes edidit.

SVBSEQVOR,*inſequor*.3.de Orat. 218. Omnes hos motus ſubſequi debet geſtus. Ibidem. Manus minùs arguta digitis , ſubſequens verba , non exprimens. 2. de Diuin.2.Totidem ſubſecuti libri Tuſculanarum quæſtionum. pro Deiot. 11. Talibus nunciis patebat ab Oriente via , nec vlli veri ſubſequebantur. 2. de Natur.111. Minorem ſeptentrionem Cepheus ſubſequitur. 13. Ant.23.Vt Senatum funditùs deleas,reliqui boni & locupletes omnes ſuum ordinem ſubſequantur.Adeſſe , inſtare , ſubſequi. *Lege*, INSTO.3. Fa.10. Mirificè ipſe ſuo ſermone ſubſecutus eſt humanitatem tuarum literarum. 10.15. Ipſe cum legionibus ſubſequor.Part.25.Quę omnia plurimùm valebunt,ſi cum orationis genere conſentient, eiuſque vim ac varietatem ſubſequentur.3.de Orator.171.Hanc ſententiam ſubſequitur modus & forma verborum.

† ADVERB. Mirificè,3.Famil.

☞ Syntaxis. *Verbis ille tuam humanitatem ſubſequitur.*

SVBSIDEO, *conſiſto*.5.At.16. Itaque ſubſedi in ipſa via,dum hæc ſummatim tibi perſcriberem. in Salluſt.18. Quicquid impudicorum cilonum,&c. fuit in vrbe, ſicut in fretis ſubſederant.pro Mil.52.Cur non antè occurrit , ne in villa reſideret ? nec in eo loco ſubſedit , quò ille venturus eſſet ?

SVBSIDIVM , *auxilium* , *profugium*. 1. de Orat. 255. Subſidium belliſſimum eſſe exiſtimo ſenectuti otium.Ibid.199. Hoc mihi ſubſidium iam inde ab adoleſcentia comparaui.pro Qu.4.Nam quo minùs ingenio poſſum , ſubſidio mihi diligentiam comparaui.5.A.46. C. Cæſar Galliæ prouinciæ cum exercitu ſubſidio profectus eſt.8.At.7.Subſidio currere, & ſubſidio venire alicui. pro Font.35. 8.At. 17. Domitium liberare cupio, neq; ſubſidio ire poſſum. pro Pomp. 34. Atque hæc tria frumentaria ſubſidia Reipub. firmiſſimis præſidiis claſſibúſque muniuit. 2. C. 9. Cùm ſubſidia induſtriæ atque inſtrumenta virtutis in libidine audaciáque conſumerentur. 6. At. 5. Bibulus ad me ſcripſit, vt ſubſidio venirem.2.Qu.Fr.3.Seſtius multis vulneribus acceptis,
♣ ſubſidio Beſtiæ ſeruatus eſt. ‖ pro Clu.

† ADIVNCT. Belliſſimum, 1.de Ora. Certum,2.con.Rul.Certiſſimum, 5.Attic.Frumentaria, pro Pomp. Magnum , 10.Phil. & 11.Famil. Magnum, & firmum, pro Seſt.Miſerum,pro Font.Neceſſarium,2.Off.Opportunum belli atque pacis, 5. Ver. Paruum , pro Muræn. Tranſmarinum , 3. Philip.

☞ Syntaxis. *Subſidium belliſſimum. Subſidio tibi pares diligentiam. Subſidio venire,currere.Sicilia frumentarium ſubſidium Romæ.Subſidio aduenientis militis ſeruatus.*

SVBSIDO, *ſubſideo*.6.Fa.8.A me conſilium petis, qui ſim tibi autor, in Siciliane ſubſidas, an proficiſcare, &c.

SVBSIGNOR. pro Fl.80.Illud quæro , ſint ne iſta prædia cenſui cenſendo, habeant ius ciuile: ſint nécne ſint mancipi: ſubſignari apud ærarium , apud cenſorem poſſint?

SVBSISTENDVM. pro Mil.50.Sic Miloni, cùm inſidiator eſſet,ſi illum noctu ad vrbem acceſſurum ſciebat , ſubſiſtendum atque expectandum fuit.

SVBSORTIOR. *Lege* , SORTIOR. 2. V. 30. Subſortiemur in M. Metelli locum ? Ibidem. In ſuum conſilium ſine cauſa ſubſortiebatur. pro Cluent. 92. Si ex lege ſubſortitus non erat , &c.

SVBSORTITIO. Ibid.91. Quòd C. Verres ſubſortitionem eius in eo codice non haberet. 3. V. 157. Nam de ſubſortitione illa Iuniana iudicum nihil dico.

SVBSTERNO, *conſterno*. 2.de Nat. 129. Aues nidos conſtruunt, eóſque quàm poſſunt molliſſimè ſubſternunt.

¶ *Subijcio*. de Vniuer. 23. Deus omne quod erat concretum atque corporeum, ſubſternebat animo.

† ADVERB. Molliſſimè, 2.de Nat.

SVBSTITVO, *ſufficio,conſtituo*.5.V.161.Nunc pro te Verrem ſubſtituiſti alterum ciuitati. 7. 71. Tum iſte in eorum locum alios ſubſtituere & ſupponere cœpit. Quint. de Pet.29. Qui ſi ſectari non poterunt , neceſſarios ſuos in hoc munere ſubſtituant.

*SVBSTITVOR. Oecon. 2. Qui me abſente in meum locum ſubſtituitur.

SVBSTITVTVS. 2.de Di.7.Philoſophiam bis pro Reip.procuratione ſubſtitutam putamus.

SVBSTRVCTIO.pro Milon.54.Quo in fundo propter inſanas illas ſubſtructiones facilè mille hominum verſaretur. Ibid.86. Aræ, quas ille cæſis lucis ſubſtructionum inſanis millibus oppreſſerat.

†ADIVNCT. Inſanæ,pro Mil.

SVBSTVLI. *Lege*, SVSTVLI.

SVBSVM, *lateo,inſum,adſum*.10.Fa.18.Si quid intra cutem ſubeſt vulneris.pro Mar.33. Quoniam ſubeſſe aliquid putas,quod cauendum ſit. 5.de Finib.29. Nullam video grauem ſubeſſe cauſam.1.ad Her.27. Nec firmamentum exquiritur,quoniam non ſubeſt ratio. 2.12. Non temerè fama naſci ſolet, quin aliquid ſubſit. 3.de Nat.71. Si his vitiis non ratio ſubeſſet. pro Quint. 66.pro S.R.28. In qua re nulla ſubeſt ſuſpicio. 2.de Or.20.Oratio quæ niſi ſubeſt res ab oratore percepta & cognita, inanis eſt. 1.Offic.38. Cauſas omninò ſubeſſe tamen oportet eaſdem, quas dixi paulò antè, iuſtas cauſas eſſe bellorum.* con.C.Ant. Etiam cùm culpa nulla ſubeſſet.

¶ *Inſto,non abſum*.pro Mil.43.Præſertim cùm dies comitiorum ſubeſſet.10.Fam.21.Subeſſe propinquis locis.

¶ *Superſum*.3 Att.25. Nulla ſpes ſaluti noſtræ ſubeſt.

†ADVERB. Omninò,1.Offic.

SVBTER. 1.Tuſc.20.Plato iram in pectore, cupiditatem ſubter præcordia locauit.5.4. Virtus omnia, quæ cadere in hominem poſſunt,ſubter ſe habet.3.de Or.20.Omnia quę ſuprà ſubterque ſunt,vnum eſſe.2.de Nat.106.

*Toruu' draco ſerpit ſubter ſupraq; reuoluens Seſe*—

de Somn.10.Deinde ſubter mediam ferè regionem ſol obtinet. in Arat.

*Spiniferam ſubter caudam piſtricis adhæſit.*

SVBTERFVGIO, *deuito*. 3.Fa.4. Syllani temporis acerbitatem deorum immortalium benignitate ſubterfugi.2.V.8.Quoniam criminum vim ſubterfugere non poterat, procellam temporis deuitauit.Ibid.13.Quod aut impudentiam eius ſubterfugit,aut ſatietati ſuperfuit.3.Offi.97.Vlyſſes ſimulatione inſaniæ militiam ſubterfugere voluit.

†ADVERB. Honeſtè negotium,1.cont.Rull.

SVBTERRANEVS. 15.At.25. *Lege*, SPECVS.

SVBTERSECO. in Arat.

SVBTILIS, *acutus, tenuis*. 2.de Nat.121. Solers ſubtiliſque deſcriptio partium.1.de Or.109.Si minùs illa ſubtili definitione, at hac vulgari opinione eſſe ars videtur.Orato.78.Subtilis oratio.2.de Orat.98.Acutiſſimum & ſubtiliſſimum dicendi genus. 3.de Finib.3.Subtile ac ſpinoſum dicendi genus.pro Plan.12.C. Serenus ſubtiliſſimus homo: fuit enim animi ſatis magni, & conſilij.1.de Or.180.Vir oratione maximè limatus & ſubtilis.de Cl.65.In docendo ediſſerendoq; ſubtilis.Ibid.35.Lyſias ſubtilis ‡ ſcriptor & elegans.‖Orat.21. Subtili & preſſa oratione limata.

†ADVERB. Egregiè & elegans,de Clar.

SVBTILITAS, *tenuitas,gracilitas*. Orat.76.Orationis ſubtilitas imitabilis quidem illa videtur eſſe exiſtimanti,ſed nihil eſt experienti minus.4.Fa.4. Scriptorum tuorum ſubtilitas.2.Off.35. Alia eſt illa, cùm veritas limatur, in diſputatione ſubtilitas.de Clar.290.Eſt etiam in tanta arte huic minutæ ſubtilitati locus. Ibid.67.Ea ſubtilitas,quam Atticam appellant.ibid.64.Subtilitas,tenuitas,gracilitas.

†ADIVNCT. Digniſſima Philoſophia, ſed à diſſerentium cauſa remotiſſima, 4. Acad.Imitabilis,2.de Orat.Non immutabilis orationis, Orat.Incerta,minuta,de Clar.Phyſica diſputandi,1.de Diu.

SVBTILITER, *acutè,acriter,tenuiter*.pro Fl.42.Subtiliter ac copioſè diſputare de aliqua re.Ora.22.Verſutè ac ſubtiliter dice‡re.‖1.de Ora.98.Subtiliter perſequi.

☞ Syntaxis. *Subtilis & ſpinoſa diſputatio. Acuta & ſubtilis dictio. Oratione limatus & ſubtilis. Minuta ſubtilitas. Verſutè ac ſubtiliter dicere.*

SVBTIMEO, *ſubuereor*.2.A.36.Nunquid ſubtimes,ne,&c.

SVBTRAHO, *ſubduco*.3.de Orat.19.Neque verba ſedem habere ‡ poſſunt, ſi rem ſubtraxeris.‖ *Alij legunt*, ſemoueris. pro Do.11. Nonne id agendum nobis fuit, vt materiem ſubtraheremus furori tuo?2.de Diu.139.Cùm autem hęc ſubtracta ſunt,tum,&c. ‡ 3.Offi.30. Subſtrahere de commodis alterius.‖ *Aliàs*, detrahere.2.Qu.Fr.5. Quo ego me libentiùs à curia, & ab omni parte Reipub. ſubtraho. pro Muræ.80. Nolite mihi ſubtrahere vicarium meæ diligentiæ. * Hortenſ. Domitores equorum non verbera ſolùm adhibent ad domandum, ſed cibum etiam ſæpe ſubtrahunt.

☞ Syntaxis. *Materiem furori ſubtrahere, de commodis alicuius, à curia & foro.*

SVBTVRPIS. 2.de Ora.264.

SVBTVRPICVLVS. 4.At.5. Subturpicula παλινῳδία.

SVBVENIENDVM.pro Clu.67.Acrioribus ſalutis ſuæ remediis ſubueniendum putauit.

SVBVENIO, *ſuccurro, ſubſidio venio*.1.de Diu.57. Alter viſus eſt illum alterum orare,vt ſubueniret, quòd ſibi à caupone interitus pararetur.16.Att.13.Grauedini quæſo omni ratione ſubueni.10.Fam.10. Subuenire patriæ.pro Clu.4. Subuenire alicui in aliqua re. 7.V.37. Subueniſti homini iam collum in laqueum inſerenti.de Cl.260. Circumuenior, inquit, iudices,niſi ſubuenitis.Brut.14. Subueni igitur per deos,&c.2.Fa.6. A te peto, vt ſubuenias huic meæ ſollicitudini.2.Offic.13. Tecta verò vnde aut initia generi humano dari potuiſſent?aut poſteà ſubuenire, ſi cecidiſſent?8.At.7.Vnum etiam reſtat amico noſtro ad omne dedecus,vt Domitio non ſubueniat.Ibid.16.Non dubitaui,quin Pompeius Domitio ſubuenturus eſſet.1.Offi.154.Subuenire & opitulari patriæ.

SVBVENITVR, *occurritur*. 1.Att.14. Huic quoque rei ſubuentum eſt,maximè à nobis.5.A.36. D. Bruti opera Reip.difficillimo tempore ſubuentum eſt.

† ADVERB. Studioſè,3.de Legib.

☞ Syntaxis. *Acriori remedio ſubuenire. Subueni quæſo. Subuenire febri, alicui in re aliqua ſubuenire: & alicuius mœrori. Huic morbo ſubuentum eſt, & à nobis.*

SVBVEREOR, *ſubtimeo*.4.Fa.10. Venit mihi in mentem,ſubuereri interdum,ne,&c.

SVBVOLO, *auolo,euolo*. 1.Tuſc.40. Sic hæ ſurſum rectis lineis in cœleſtem locum ſubuolant.

SVBVRBANITAS.4.V.117.Populo Romano iucunda ſuburbanitas eſt huiuſce prouinciæ,id eſt Sicilię,quam ſuburbanitatem vocat:id eſt, quaſi prædium, agrumue ſuburbanum populi Romani.

† ADIVNCT. Iucunda prouinciæ,4.Verr.

SVBVRBANVS. pro S.R.133. Habet animi cauſa rus amœnum & ſuburbanum.3.Qu.Fr.1.Fundus ſuburbanus.2.de D.69.Ager ſuburbanus.1.de Orato.98.Suburbanum gymnaſium.

SVBVRBANVM, *prædium, vel fundus prope vrbem, fundus ſuburbanus, ſuburbium, locus etiam quiuis*. 16. Attic. 13. Malo enim eſſe in Tuſculano,aut vſpiam in ſuburbano.3.Qu.Fr.1. Suburbanum ſi quod inueniſſet, non dubitaturum eſſe emere. 12.Att. 33.Cras igitur in Siciliæ ſuburbano.3.V.54.In ſuburbana amicorum deportaſſes. 3.Q.Fr.2. De ſuburbano cura vt ſciam. pro R.P.26. Deliciarum cauſa & voluptatis, quoſdam in hortis aut ſuburbanis ſuis cum mitrella ſæpe videmus.

SVBVRBIVM.12.A.24. Qui terminalibus nuper in ſuburbium ire non ſum auſus.

SVCCEDITVR. 3. Fa. 6. Quin niſi ego ſucceſſor eſſem, quem tu cuperes videre, te anteà quàm tibi ſucceſſum eſſet, deceſſurum fuiſſe.

SVCCEDO, *alterius locum occupo, in alterius locum reponor, ſummittor*.11.A.39.Nihil ſemper floret,ætas ſuccedit ætati. de Cla. 87. Succedere alicui. 2. A. 62. Antonius in Cn. Pompeij locum hæres ſucceſſit. pro Flac. 33. Frater meus, qui L.Flacco ſucceſſit.Ibid.49. Brutum 12. Succedere alicui in patris locum. 5. V. 120.Quinquaginta aratores ita video deiectos, vt his ne vicarij quidem ſucceſſerint.6.81.Succedã ego vicarius tuo muneri, ſuſcipiam partes tuas. Orato. 105. Demoſthenes ſucceſſit magnis,& maximos oratores habuit æquales. Ibid.40. Horũ ætati ſucceſſit Iſocrates. pro Corn. 4. Etenim ei ſuccedo orationi, quæ, &c. * Oecon. 2. Qui vicarius meæ diligentiæ ſuccedit.

‡‖ 3. Fam.3. Nec me beneuolentiori cuiquam ſuccedere, nec te amiciori potuiſſe prouinciam tradere.

¶ *Accido,procedo,cado,euenio*.ad Brut.9.Omnia ex ſententia ſuccedunt.15.Fam.4.Si perinde,vt mereor,mihi ſucceſſerit.Or.98. Etiamſi minùs ſuccedet, magnum tamen periculum non adibis. 2. Qu. Fr. 13. Si ex ſententia ſucceſſerit, bene erit opera poſita.

¶ *Subeo,venio*.1.de Or.151.Omnia ſub acumen ſtyli ſubeant & ſuccedant neceſſe eſt.pro Dom.116. Is tectum,quod imbris vitandi cauſa ſuccederet,nullum habebat.

† ADVERB. Quamprimùm,15.Fam.

☞ Syntaxis. *Succedere alicui, ætatem ætati, in patris locum alicui. Vicarius tibi ſuccedam. Succedere ætati, orationi. Ex ſententia ſuccedũt omnia. Si perinde, vt vis, tibi ſuccedat gaudebo. Succedere ſtylum, & tectum. Omnia tibi ſucceſſa cupio.*

SVCCENSVS, *accenſus*. I. P.42. Sapientem etiam in Phalaridis tauro incluſus ſuccenſis ignibus torreatur.

SVCCENSEO, *iraſcor*.3.de Or.72. Vbi ego diutius eſſem moratus,niſi Athenienſibus ſuccenſuiſſem. 13.Fa.73.Ei te vehementer ſuccẽſuiſſe audiui.1.Tuſ.99.Nec verò iis,à quibus accuſatus ſum,habeo quid ſuccenſeam.pro Qu.R.46. Dij hominibus iraſci & ſuccenſere ſolent.6.Fa.6. Marcellum cui maximè ſuccenſebat,reſtituit. pro Arch.13. Quis mihi iure ſuccenſeat?ſi, &c. 9.At.4. De Pompeio quid agam, cui (quid enim negem) ſuccenſui.pro Dei.35. Non enim iam metuo, ne tu illi ſuccenſeas, ſed ne tibi illum ſuccenſere aliquid ſuſpicère.

† ADVERB. Iuſtiùs, in Sall. Leuiter, 2.Att.Planè, 9.Atti. Vehementer alicui, 13. Famil.

SVCCESSIO, *hæreditas*. Bru.17. Merces Antonij oppreſſi,poſcitur in Antonij locum ſucceſſio Bruti. * Horten. Eius omne inſtitutum voluntatémque omnem ſucceſſio proſpera conſecuta eſt.

SVCCESSIVVS. *Lege*, SVBCISIVVS.

SVCCESSOR, *vicarius, qui ſummittitur*. pro Flac. 33. Cùm ſucceſſor aliquid immutat de inſtitutis priorum. de Pro.37. 3. Fa. 6. Niſi ego ſucceſſor eſſem, quem tu cuperes videre.Ibi.3.Quæ ſucceſſori coniunctiſſimo & amiciſſimo commodare poteſt is, qui prouinciam tradit.

† ADIVNC. Coniunctiſſimus & amiciſſimus, 3.Famil. Perblandus,1.ad Quint. Frat.

SVCCESSVS. 16. Fa. 21. Cùm omnia velles mihi ſucceſſa.3.6. Te anteà quàm tibi ſucceſſum eſſet, deceſſurum fuiſſe.

SVCCIDIA, *porcus ſale conditus, ſucceſſio neceſſaria*, *Nonio Marcello*.de Senect.57.Iam hortum ipſi agricolæ ſuccidiam alteram appellant.

SVCCINCTVS, *munitus*.2.cont.Rull. 86. Carthago ipſa natura ac loco ſuccincta portubus, armata muris.13.A.33.Ser.Galbam eodem pugione ſuccinctum videtis. 4. ad Her. 66. Gladio ſuccinctus.

SVCCINGO, *munio, circumdo*. 7.V.145.Quòd multò ſe pluribus & maioribus canibus ſuccinxerit.

☞ Syntaxis. *Vrbs natura, loco, & portubus ſuccincta. Pugione ſuccinctus.*

SVCCISIVVS. *Lege*, SVBCISIVVS.

SVCCLAMATVR. 11.Fa.13. Succlamatum eſt, & frequenter à militibus.

† ADVERB. Frequenter, 11. Fam.

SVCCRESCO, *ſuccedo*.3.de Ora. 228. Non enim ille mediocris orator veſtræ quaſi ſuccreſcit ætati.

SVCCRONENSIS, *à Succrone flumine, & oppido Hiſpaniæ*. pro Corn.5.Succronenſe prælium.

SVCCVMBENS. 2. con. Rul.68. Huic ſuccumbenti & iam oppreſſæ Syllanis oneribus, ſubuenire vult.

SVCCVMBO, *inferior ſum, vincor, cado, cedo*.3.de Ora.127.Gorgia patrono Philoſopho ſuccubuit orator. pro Planc.82.Quæ cùm ita ſint, ita ſuccumbam Laterenſis orationi tuæ in eo ipſo, in quo nihil poteſt eſſe nimium.3.Tuſ.36.& 9.Fa.11.Cur ſuccumbis cediſque fortunæ. 1. Offic. 66. Nulli neque homini, neque perturbationi animi, neque fortunæ ſuccumbere. pro Syll. 71. Non fortunæ ipſi ſuccumbere.pro Dom.16.Succubuiſſem enim potiùs ipſe. Br. 16.Sed certè non ſuccumbam ſuccumbentibus, nec vincar ab iis, qui,&c. de Sen.37. Nec langueſcens ſuccumbebat ſenectuti.1.de Fin.49.Succumbere doloribus.2.Tuſc. 56. Succumbere animo.2.de Fin. 95.Turpe eſt viro debilitari, dolore frangi, ſuccumbere. pro Deiot. 36. Deiotarus nunquàm ſuccumbat inimicis, ne fortunæ quidem.

☞ Syntaxis. *Succumbere. Succumbere, cedereq́; fortunæ, inimicis. Langueſcens ille ſenectuti ſuccumbit.*

SVCCVRRITVR. 2.de Ora.313.Res hoc poſtulat,vt eorum expectationi, qui audiunt, quàm celerrimè ſuccurratur. *aliter*, occurratur.

SVCCVRRO, *ſubuenio, ſubſidio venio, ſubſidio curro, opem fero, ſuccedo*. pro Ra.3.Ferre opem patriæ, ſuccurrere ſaluti, fortuniſq; communibus. 1.de Or.169.Laborantibus ſuccurrere,ægris mederi. pro Milo.29.Serui domino ſuccurrere prohibebantur. pro Pomp.5.Lucullus ab eo bello diſcedit: huic qui ſuccurrat, non ſatis eſt paratus.

¶ *Subeo*. pro S. R. 31. Licèt omnia in me pericula impendeant, ſuccurram atque ſubibo.

¶ *Occurro, in mentem venio*. 14.At.1.Vt quicque ſuccurrit, libet ſcribere.

† ADVERB. Confeſtim incendiis, 11. Phil.

SVCCVS, *humor purus*.2.de Na. 120 Stirpes ex terra ſuccum trahunt. *Lege*, MATVRITAS. Ibid. 137. Succus is quo alitur ex inteſtinis & aluo, ſecretus à reliquo cibo, permanat ad iecur per quaſdam vias, &c.1.de Diu.15.

*Naribus humiferum duxêre ex aëre ſuccum.*

4.At.16.Amiſimus Pomponi omnem non modò ſuccum ac ſanguinem, ſed etiam colorem & ſpeciem priſtinam ciuitatis. de Sen.53.Vua & ſucco terræ, & calore ſolis augeſcit.

¶ *Vis quædam, nerui, pondus*.2.de Ora.93.Omnes tum retinebant illum Periclis ſuccum, ſed erant paulò vberiore filo.Or.76.Etſi non plurimi ſanguinis eſt,habeat tamen ſuccum aliquem oportet. de Cl. 36. Succus ille & ſanguis incorruptus.3.de Orat. 94. Calore quodam & ſucco ſuo.

† ADIVNC. Diuturnus,2.de Orat.Humifer, Arat.Incorruptus oratorum, de Clar. Priſtinus, 4. Attic.

SVCCVSSVS, *agitatio*. 2. Tuſc. 48.

*Pedetentim,ite,ne ſucceſſu arripiat maior dolor.* Poëtæ.

SVCCVLA. *Lege*, HYADES.

SVDANDVM. pro Seſt. 139. Sudandum eſt his pro communibus commodis.

SVDO, *ſudore mano*.2.de Or.223.Cùm ille diceret ſe ſine cauſa ſudare, minimè mirum, inquit:modò enim exiſti de balneis. Ibi. Vides me ſudare iamdudum laborantem, quomodo ea tuear, quæ mihi tuenda ſunt.1.de Diu. 98. Quid cum Cumis Appollo ſudauit? 2.58. Deorum ſimulachra ſudauiſſe.

SVDOR. pro Font.2.Galli multo eius ſudore ac labore ſub populi Romani imperium ceciderunt.3.de Ora.6.Cùm latus ei dicenti condoluiſſe, & multum ſudorem conſecutum eſſe audiebam. 1. 257. Stylus ille tuus multi ſudoris eſt. 1. de D. 74. Herculis ſimulachrum multo ſudore manauit. 2. 58. Nec enim ſanguis, nec ſudor, niſi in corpore eſt.

† ADIVNCT. Multus, pro Font. Plurimus, 2. cont. Rull.

SVDVM, *ſerenum cœlum*. 16.Fa.18.Horologium mittam,& libros, ſi erit ſudum.

SVESCO, *conſueſco, aſſueſco*.2.de Nat. 111.

*Has Græci ſtellas hyadas vocitare ſuêrunt.*

15.Fa.8.A te id quod ſueui, peto,me defendas,&c. 6.8. Qui mihi cum ſueſcent libenter polliceri, reſponderunt, &c.

♣ SVESSA, *oppidum*.3.A.10.‖ 4.P.4. & 14.18.

SVESSANVS. ad Bru. 8. C. Naſennium municipem Sueſſanum tibi ita commendo, vt neminem diligentiùs.

SVETVS, *aſſuetus*. 6. Att. 2. Omnes ſuis legibus & iudicis ſuetæ, ♣ καὶ αὐτονομίαν adeptæ reuixerunt.‖ *Lamb.* vſæ, *legit*.

SVEVI. 14. 10. Sueui, Francones, &c. *aliter*, Scenæ.

SVFFARRANEVS, *à farre factum nomen videtur, ſignificat autem eum, qui far non magna quidem copia, ſed exiguis & vilibus vecturis conuehit: id quod innuit*, Sub, *præpoſitio præpoſita, quæ minuit*.* Incert.P.Ventidium mulionem caſtrenſem ſuffarraneum fuiſſe. *Alij legunt*, Caſtrenſis furnariæ.

* SVFFECTVRVS. Ince.Si mihi vitæ ſpatium duplicetur,vel iis tantummodò Poëtis percurrendis non eſſet ſuffecturum.

SVFFECTVS, *ſubſtitutus*.5.Fa.10.Si Appij os haberem, in cuius locum ſuffectus ſum, tamen, &c.

SVFFERO, *fero, perpetior, haurio*. 4. 5. Niſi hoc peius ſit hæc ſufferre & perpeti. pro Font. 39. Victoriæ atque imperij pœnas ſufferre.3.de Nat. 82. Quàm multas Piſiſtratus pœnas ſuſtulit. *aliter*, ſubſtulit. pro Ce. 98. Legis mulcta, quam ciues ſufferre non poterant.2.C.28.Vt improbus pœnam ſui ſceleris ſufferat. Antequàm.26.Malui inimicorum cupiditati, quàm reipublicæ & legitimæ autoritati pœnas ſufferre.

† ADVERB. Viciſſim pœnas, pro Flac.

SVFFICIENDVS, *ſubſtituendus*. pro Muræn. 85.Vnus erit conſul in ſufficiendo collega occupatus.

SVFFICIO, *ſatis ſum, ſatis habeo*. 7. V.126. Paucorum cupiditati tum cùm obſiſtere non poterant, tamen ſufficere aliquo modo poterant: nunc verò iam adepta eſt non modò reſiſtendi, ſed etiam ſuppeditandi poteſtas. in Sal. 13. Poſteà quàm immenſæ gulæ impudiciſſimi corporis quæſtus ſufficere non potuit 2. A. 16. Quanquàm nec ſcribæ ſufficere, nec tabulæ nomina illorum capere non potuerunt.

¶ *Inficio, tingo*. Hortenſ. Sufficiunt priùs lanam medicamentis quibuſdam.

SVFFICIOR, *ſubſtituor*. Suffici in locum alterius. *Lege*, SVFFECTVS. pro Mur.82.Nam ne ſufficiatur conſul, non timet.

SVFFIMENTVM, *odores incenſi*.1.de Leg.40.Nam etiam ſine illius ſuffimentis expiati ſumus.

SVFFIXVS, *affixus*. I. P. 42. Si te & Gabinium cruci ſuffixos viderem.

SVFFLATVS, *inflatus*.4.ad Her. 16. Nam graui figuræ quæ laudanda eſt, propinqua eſt ea quæ fugienda eſt:quæ rectè videbitur appellari, ſi ſufflata nominabitur. *Loquitur de graui figura dicendi, quam paulo pòſt inflatam vocat.*

SVFFOCO, *faucibus premo, animam intercludo, comprimo, vocem includo*. pro Mur.61.Qui gallum gallinaceum ſuffocauerit.9. At. 6.Conſilium primum eſt,ſuffocare vrbem & Italiam fame, deinde, &c.

☞ Syntaxis. *Suffocare vrbem fame.*

SVFFODIO. de Ar.32.A Sext. Serano ſanctiſſima ſacella ſuffoſa, inædificata, &c. ſcimus.

SVFFRAGANS. Qu.de Pet. conſ.22. Nemo ab ignotis hominibus,nullis ſuffragantibus meritis,honore afficitur.10.Fa.5.Fortuna ſuffragante videris res maximas conſecutus.

SVFFRAGATIO, *eſt ipſa voluntatum & animorum declaratio, quæ fit ſuffragijs*. pro Dom.45.Facilis ſuffragatio pro ſalute.pro Mil. 35.Hic ſuffragationem conſulatus perdidit. pro Muræ.39. Vrbana ſuffragatio. Ibid. Suffragatio militaris. pro Planc. 15. & 44. & 10.Fam.9.

† ADIVNCT. Facilis pro ſalute, pro Dom.Gratior & par, ſi minùs potens ac probata, tamen & iuſta & debita,2. Famil. Militaris, vrbana, pro Mur.

SVFFRAGATOR. pro Mur. 16.Tua nobilitas populo & ſuffragatoribus eſt obſcurior.Ibid. 44. & de Pet. 27. *ſæpe*.

† ADIVNCT. Communes.)(.proprij, fucoſi, firmi,de Pet. Conſ.

SVFFRAGATORIVS, *ſuffragijs declaratus, aut in ſuffragijs verſatus.* Qu.de Pet.21.Breuis & ſuffragatoria amicitia.

SVFFRAGIVM, *punctum, tabella, vox, ſententia.* 3.de Leg.33.Suffragia in magiſtratu mandando aut de reo iudicando, &c. palàm ferre melius eſſet.Ibid.44. Nihil eſt in ſuffragiis voce melius.2.Offic. Quis eſt, qui cùm contra me ferebatur, iniiſſe ſe ſuffragium confiteatur. ibid. Ferre ſuffragium de ſalute alicuius.Ibid. Occulta de honore ſuffragia.2.contra Rull.4. Itaque me non extrema tribus ſuffragiorum,ſed primi illi veſtri concurſus: non ſingulæ voces præconum, ſed vna voce vniuerſus populus conſulem declarauit. 4. V.127. Cùm ſuffragiis tres ex tribus generibus creati ſunt, res reuocatur ad ſortem. 1.Att.1. Videtur in ſuffragiis multùm poſſe Galba.2. cont. Rull. 17. Vt vnuſquiſq; ſtudio & ſuffragio ſuo viam ſibi ad beneficium impetrandum munire poſſit. ibid. Priuare populum ſuffragiis.2. ad Her. 17. Quæ capiunt ſuffragia populi. pro Mur.47. Confuſionem ſuffragiorum flagitaſti. 2. A. 42. Tum verò adhibes magiſtrum ſuffragio tuò, & compotorum tuorum rhetorem. Poſtq.in Sen.17.Iiſdem operis ſuffragium ferentibus.11.Famil. 28. Ego te ſuffragium tuliſſe audiui. pro Domo. 46. Perditos homines de capite alicuius ſuffragium ferre. 15. Fam.12. Fieri conſulem cunctis ſuffragiis. pro Planc.16. Suffragia per tabulam fieri ſolita.Ibid.Itaque refert,vt vniuerſus populus in campo Martio ſuffragium de re Clodij ferat.*pro C.Cor.1.Legem de libertinorum ſuffragio Cornelius cum Manilio dedit. ibid. Qui ſuffragij ferundi cauſa conueniunt.

†ADIVNCT. Cuncta, gratuita, Poſtq.ad Quir. Corruptum,libera,vitioſum,3.de Leg.Occulta,Offic.

☞ Syntaxis. *Suffragia palàm ferre. Inire ſuffragium. Facta per tabulam ſuffragia.*

SVFFRAGOR, *ſuffragium fero,faueo.)( aduerſor, refragor.* 7.V.77. Cui legi veſtra dignitas vehemẽter aduerſatur,ei inſignis iſtius impudentia maximè ſuffragatur. 1.de Leg.1. Mihi videris fratrem laudando,ſuffragari tibi.1.V.23.Hortenſius tibi ſuffragatur. *id eſt,* auxilio eſt.Brut.10.Nec deſtiti accuſare eius neceſſarios, qui eius cupiditati ſuffragari videbantur. pro Mur. 72. Quorum ſuffragium tenue eſt, ſi vt ſuffragantur, nihil valent gratia. pro Planc.1. Ei meorum temporum memoriam ſuffragari videbam. Ibid.18. Sed vide, ne hæc ipſa,quæ diſpicis,huic ſuffragata ſint. 12.Fa.14. Suffragari laudibus cuiuſpiam.10.7. Suffragari pro aliquo. *Lege,* SVFFRAGATIO. 1.Offic.138. Domus ſuffragata domino, nouo homini, ad conſulatum putabatur.

†ADVERB. Maximè,12. Fam.

☞ Syntaxis. *Suffragari alicui,& pro aliquo.*

SVFFRINGOR, *frangor, perfringor.* pro S.R.56. Si canes luce latrent,opinor iis crura ſuffringantur.

SVFFVSVS, *reſperſus,perfuſus.* 2.de Na.55.Æquabili calore ſuffuſus æther.1.Tuſc.19.Sanguis ſuffuſus cordi.1.Fam.9.Noui animum tuum tum mihi amiciſſimum, tum nulla in cæteros maleuolentia ſuffuſum.

SVGGERO, *ſubijcio,ſuppedito.* 2.de Orat.117. Singulis generibus cauſarum argumentorum copiam ſuggerunt. Ibid.331.& 3.de Nat.73. Atque huic ſententiæ rationes ſuggerit. 1. de Inu.27. Cur tu his rebus ſumptus ſuggeris?

¶ *Rememoro.* 2. de Fin. 44. Si memoria defecerit, tuum eſt vt ſuggeras.

SVGGEROR, *commemoror.* 2. A.67. Suggerebantur etiam ſæpe damna aleatoria.

SVGGESTVS, *adiunctus.* 2.de Orat.110. Ambiguum explicatur, cùm ea verba quæ deſunt,ſuggeſta ſunt.

SVGGESTVM, *roſtra, locus concionum, qui rectè concio etiam dicitur:alij authores pleriq; pulpitum vocant.* 1.de Diu.124. Neque illud ſuggeſtum, in quo cauſam dixerit, aſcendenti ſignum vllum datum,&c. 5.Tuſc.59. Idemque cùm in communibus ſuggeſtis conſiſtere non auderet, concionari ex turri alta ſolebat.

†ADIVNCT. Communia,5.Tuſc.

SVGO, *haurio, idque labris & ore, vt qui lac è mammis hauriunt.* 2. de Nat.122. Animalia alia ſugunt, alia vorant,alia mandunt.3. Tuſc.2.Errorem cum lacte nutricis ſuximus.

SVI. 13. Att.1. Nicias vehementer ſua ſui memoria delectatur.2. de Fi.101. Item omnibus menſis dent ad eorum epulas,qui vnà ſecum philoſophati ſint, vt & ſui & Metrodori memoria colatur.4.C.7. Vterque pro ſui dignitate, & pro rerum magnitudine, in ſumma ſeueritate verſatur. de Vniuerſ.41. Imitantes genitorem & effectorem ſui.pro Syll.75. Hoſne tales viros, tam cupidos ſui perire voluit? de Vniuerſ.16.Ita ſe ipſe conſumptione & ſenio alebat ſui. 9.Att.19. Nihil malo quàm & me mei ſimilem eſſe, & illos ſui. Orat.124. Commendatio ſui.1.de Nat. 78.Natura quaſi ſui lena.5.Tuſc.6. Dionyſius alterum interfici iuſſit, quia viam demonſtrauiſſet interimendi ſui. *id eſt, ſui Dionyſij.* de Cl.101. Præſertim cùm ille Qui.Scæuolam ſibi prætuliſſet. *id eſt,* Fannio. Orat. 100. Ne ipſe quidem mihi perſuaſiſſet,vt ſe dimitterem.pro Qu.25.Teſtificantur iſti P. Quintium non ſtetiſſe,& ſe ſtetiſſe. pro Milone. Tamen quotieſcunque vellet quis hoc in genere ſe rem iudicatam refere,poſſe voluerunt. 3.Qu.Fr.1. Cùm ad illum ſcribas nihil te recordari de ſe, de epiſtolis illis, quas, &c.15.Att.21.Cùm ſibi negotium daret Antonius, vt eum dictatorem efficeret. *id eſt, ſe.* Brut.15. Quod ad te ſcripſeram,vt cum Camillo communicares,de eo Camillus mihi ſcripſit,te cum eo locutum.15.At.4.L.Cæſar vt veniam ad ſe rogat in nemus, aut ſcribam quò ſe venire velim.pro Lig. 8. Atque hæc propterea de me dixi, vt mihi Tubero,cùm de ſe eadem dicerem, ignoſceret. Ibid.37. Non ſolùm ſibi ipſos, ſed etiam Reipub.condonaueris.5.Tuſc.58. Dionyſius inſtituit, vt filiæ barbam ſibi & capillum adurerent. Antequàm 1.Qui chariſſimam veſtram procreationem ſibi eſſe duxit.2.Tuſc.57.Sin erit ille gemitus flebilis ei qui ſe dederit, vix eum virum dixerint.5.de Finib.26. Bonus pater intelligit omnes æquè filios ſe attingere,ad ſeque pertinere.4.Att.2.Sui, *pro ei.* de Aruſp.26. Id monſtrum ſibi ipſum eſt.

☞ Syntaxis. *Ille ſua ſui memoria delectatur. Faciet pro ſui dignitate. Senio ſe ſui alere. Nihil ille de ſe recordatur,id eſt,de illo.*

SVLCVS. 2.de Diu.59. Cùm terra araretur,& ſulcus altiùs eſſet impreſſus.

SVLMO, *Ouidij patria.* 8.At.17.

SVM, *conſto, valeo: ad pretium relata.* Parad.6. Vt quiſque quod plurimi eſt,poſſidet,ita ditiſſimus habendus eſt.8.At.3. Scio quanti reipublicæ ſit.2.Offic.82. Vt commodiùs putarent numerari ſibi quod tanti eſſet,quàm ſuum recuperare.5.V.194. In nullo loco frumentum tanti fuit, quanti iſta æſtimauit.Ibidem 191. Quanti Epheſi ſit frumentum,tantum dare in Phrygia. Ibidem 189.Cùm in Sicilia H-S.II.tritici modius eſſet.ibidem.Quanti frumentum eſſet. Ibid. 173. Quanti erat in Sicilia triticum. pro S.R.6.Bona huius quę ſunt ſexagies,duobus millibus nummûm ſeſe emiſſe dicit Chryſogonus.pro Qu.R.33. Ager nunc multò pluris eſt,quàm tunc fuit.pro R.28. Is ex qua parte erat Fannij,non erat H-S.LIII.ex qua parte erat Roſcij,ampliùs erat H-S. CCCLIII. ibidem. Alter CCCLIII. Quod ſit,in ſocietatem affert.3.Offic.92.Emere denario,quod ſit mille denariûm. 7.Fa.13. Audio Treuiros capitales eſſe:mallem auro, argento, ære eſſent.*con.C.Anton.Eo tempore in me tibi parum auxilij eſſe vidiſſe.

¶ *Dego, viuo, moror, habito, verſor.* 8. Attic.10. Eſſe cum aliquo. Ibidem. Dixit etiam alia quædam de ſeruulis ſuis, quare nobiſcum eſſe non poſſet, morem geſſi, dimiſi à me. de Cl. 309. Eram cum Stoico Diodoro: qui cùm habitauiſſet apud me, cumque vixiſſet, nuper eſt mortuus domi meæ. 4.Famil. 13. Amplector eius familiariſſimos, qui me admodùm diligunt, multumque mecum ſunt. 5.21. Tamen erat nemo, quicum eſſem libentiùs, quàm tecum, & pauci, quibuſcum eſſem æquè libenter. 4. 7. Nonne mauis ſine periculo domi tuæ eſſe, quàm cum periculo alienæ?2.8. Cùm Athenis decem ipſos fuiſſem dies.6.8.Vt eſſes in Sicilia,quoad velles.1.Qu.Fr.2.Plato quidam Sardianus, Epicureus, qui Athenis ſolet eſſe multùm.de Ar.25.Si eſſetis,verſareminique nobiſcum.2.de Or.27. Vos oro,vt hîc ſitis hodiè.7.V.91. In publico eſſe non audet.4. 100.Non licet mihi eſſe Romæ.

¶ *Euenio, intercedo.* pro Qu.26. Alicui cum aliquo familiaritatem vel ſocietatem eſſe. 2. A. 77. Mihi cum illa poſthac nihil erit.1.de Di.110. Cùm ita ſolutus eſt animus, vt ei planè nihil ſit cum corpore.pro Cl.172. Quid huic cum Habito?nihil.10. A.11.Cum Vatinij legionibus quid erat Antonio?12.At.18.Mihi ante ædilitatem nihil erat cum Cornificio.pro Flac.55.Quæ pecunia fuerit apud ſe Flacci patris nomine à ciuitatibus. de Conſolat. Mares & fœminas complures ex hominibus in deorum numero eſſe videmus.de Fat.Cùm eſſet apud ſe ad Lauernium Scipio,vnaque Pontius.

¶ *Significatione, Attinet, Spectat, Oportet: cum genitiuo & recto.* 4. Tuſc.54.Libidinem laudare,cuius eſt libidinis?ibid. Ægritudinem laudare,&c.quorum eſt tandem philoſophorum?pro Clu. 4. Non eſt noſtri ingenij, veſtri auxilij eſt iudices, huic ſubuenire.15.Att.20. Meus diſceſſus deſperatitionis eſt,non legationis.1.Qu.Fr.1.19.Eſt eius qui aliis præſit,eorum quibus præſit, commodis vtilitatique ſeruire.pro Pom.18. Erit igitur humanitatis ac ſapientiæ veſtræ,prohibere,&c.videre,&c.de Cl.258. Cuius penes quos laus adhuc fuit, non fuit rationis aut ſcientiæ,ſed quaſi bonæ conſuetudinis. ad Brut.4.Nihil mihi minùs hominis videtur eſſe,quàm,&c.2.de Orat.86. Clamare contrà quàm deceat, hominis eſt impudentis. ibid. Quorum alterum diuinitatis mihi cuiuſdam videtur, alterum humanitatis. 6.V. 34. Eſt boni iudicis,facere coniecturam,&c.3.de Fi.57. Eſt hominis ingenui, velle, &c.1.de Orat.217. Muſicam Philoſophi non eſſe. 12. Attic.22. Fortis ægroti eſt, accipere medicinam. pro Rab.Poſth.11.Hic iam iudices veſtri conſilij res eſt:noſtræ ſapientiæ,quod deceat,&c.Or.70.Magni igitur iudicij, & ſummæ facultatis eſſe debebit moderator ille huius tripartitæ varietatis.1.Fa.7. Eſt & tuæ & noſtri imperij dignitatis,&c.Or.1. Suſcipere tantã rẽ vix arbitrabar eſſe eius,qui,&c.2.de Fin.102.

Hęc non eius erat,&c.5.Fa.16.Statui noſtrę neceſſitudinis eſſe, &c.Ibid. Non eſt iam grauitatis ac ſapientiæ tuæ. 4. 6. Magnæ eſt deliberationis, quæ ratio ſit ineunda nobis quieſcendi. pro Muræ. 8. Tuum eſt Cato videre, &c. 12. At. 27. Fuit meum quondam, Rempublicam regere. 9. 18. Sed tu id quanti æſtimes, tuum iudicium eſt. 16. 20. Tota poteſtas eius rei tua eſt. Ibid.18. Conſules quorum & lege & S. C. cognitio & iudicium fuit. 3. de Fin. 10. Erat enim ſi cuiuſquam, certè tuum. Tuum conſilium eſt, vel tui conſilij. *Lege*, CONSILIVM.

¶ *Cum datiuo, ratione varia.* de Cl. 97. Hæc res P. Africano vituperationi fuit. 7.V.19. Hæc res erit tibi crimini, vel inuidiæ. 6. At. 1. Poſtrema tua pagina mihi magnæ moleſtiæ fuit. 5.V. 91. Hæ pecuniæ tibi fraudi & damnationi eſſe debent. Ibid.85. Sicilia tibi prædæ & quæſtui fuit. 1. Off. 139. Aliter ampla domus dedecori domino ſæpe fit. 2. ad Heren.6. Hoc aliis quoq; bono fuit. pro S.R. 13. Quibus occidi Roſcium bono fuit. 1.de Inu. 59. Quæ ſigno ſunt omnia, ratione mundum adminiſtrari. de Cl. 40. Iam tum erat honos eloquentiæ. 5. A. 39. Filio pietas erga patrem fraudi eſſe non debet. 5. V. 144. Quæ detrimento, maculæ, inuidiæ, infamiæ nobis omnibus eſſe poſſint. pro P. Opp. Multùm poſſe ad ſalutem alterius, honori multis: parum potuiſſe ad exitium, probro nemini fuit.

¶ *Fio, æſtimor, ducor, conſto, viuo: cum ſeptimo.* 1.de Diu.38.Oraculum illud num minore gloria eſt. Ibid. Sic cùm in tanta gloria non fuiſſet.2. de Orato.75. Annibalis nomen magna erat apud omnes gloria. 1. Qu. Fr. 2. Cùm ſpe ſum maxima, tum etiam maiore animo. pro Qu.R. 20. Hic capite & ſuperciliis ſemper eſt raſis. 6. Fa. 7. Qua in re ſingulari ſum fato. 2. At. 7. Mira ſum alacritate ad litigandum.16. Fam. 15. Incredibili ſum ſollicitudine. 6. 4. Sum magno dolore. 2.de Orator 168.Qua nos indulgentia in liberos noſtros eſſe debemus? 14.Fa.3. Eſſe mirifico ſtudio in aliquem. 3. 6. Eſſe bono animo inter ſe.15. 19. Spero homines intellecturos, quanto ſit omnibus odio crudelitas, & quanto amori probitas & clementia. 6.21.Tu qui coniunctiſſima fuiſti mecum & ſententia & voluntate. Orat. 193. Trochæus eodem ſpatio eſt, quo Choræus.Ibid. 192. Iambum nimis è vulgari eſſe ſermone.

¶ *Cum ablatiuo, & in: viuo, habeor, dicor, verſor, maneo, perduro.* de Am.104. Diutiùs in hoc deſiderio eſſe non poſſum.2. A. 37. Magna in mœſtitia fuiſſe. 11. At. 13. In eadem ſum voluntate. 6.V.137.Cùm diutiùs in eo negotio curaque fueram, ad Carpinatium reuertebar. pro Syl. 38. Si hic eſſet in eodem ſcelere.6. V.11.Non modò ipſum in ære alieno nullo, ſed in ſuis nummis multos eſſe, ſemperque fuiſſe. Ibid. 2. Eſſe in amore atque deliciis alicui. 2. At.22.Eſſe in ſumma infamia ſceleris. 8. 15. In eadem opinione fui, qua cæteri omnes, te, &c.1. de D. 31.Cùm vicini omnes ad vnum de rebus ſuis referrent, erat in magno nomine & gloria.3.de Fin. 32.Timere, mœrere, in libidine eſſe, peccatum eſt etiam ſine affectu.Ibid.8.Eſſe in principibus.6.Fa. 18. Eſſe in decurionibus. Ibid.10. Quod eſt in vno te, quæ ſunt in fortuna.Eſſe in vitio aut virtute. *Lege*, IN: *& ſuis locis.*

¶ *Varia poteſtas: conſto, exiſto, cado, conſiſto, numeror, &c.*2.de Or. 158.Omne quod eloquimur, fit, vt id aut eſſe dicamus, aut non eſſe. Top.26.Definitionum autem duo ſunt genera prima: vnum earum rerum quæ ſunt, alterum earum quæ intelliguntur. Ibid. 27. Eſſe ea dico, quæ cerni tangique poſſunt, &c. non eſſe rurſus ea dico, quæ tangi demonſtrariue non poſſunt, cerni tamen animo, atque intelligi poſſunt, &c 2. de Orato 6. Talem verò exiſtere eloquentiam, qualis fuerit in Craſſo, non potuiſſe confirmo. Poſtquàm ad Quir. 16. Cn. Pompeius, vir omnium qui ſunt, fuerunt, erunt, virtute princeps. 2. de Or. 257.Sæpe etiam verſus interponitur, vel vt eſt, vel paululùm immutatus.1.A.2. Quæ credo eis fuiſſe futura communia.2. Qu. Fr. 14.Plus vnus fuerit Cato, quàm omnes leges. 2.Fa. 13. Iam me Pompeij totum eſſe ſcis. pro Qu. R. 53. Quod vniuerſæ ſocietatis eſſet. Ibid. Quod ſuæ partis eſſet. 9.Fa. 9.Eſſe magni apud aliquem. 15. 15. Magni mihi erunt literæ tuæ. 7. V.44. Fuit iſta reprehenſio quondam. 5. At. 21. Si erit vt volumus. 5. Tuſc. 23. Eſt, vbi id iſto modo valet.4.ad Heren. 37. Eſt, cùm non eſt ſatius. 13. Fa. 4. Tutò eſſe: &, Eſſe cum telo.2.At.24. & 2. de Or. 274. Quid tibi eſt iſta mulier? vxor. 6. At.7. Sed nunciant melius eſſe ei.8.16. Ecquæ pacifica perſona deſideretur, an in bellatore ſint omnia. 12. 3. Ne viuam, mi Attice, ſi mihi non modò Tuſculanum, vbi certè ſum libenter, ſed μακάρων νῆσοι, tanti ſunt, vt ſine te ſim totos dies. 1. Qu.Fr. 127.Eſſe quocunq; veneris, & publicè & priuatè maximam lætitiam.1.Off.76.Quanquàm hæc quidem res non ſolùm ex domeſtica eſt ratione, attingit enim & bellicam, &c. 2.de Orato.160. Critolaus erat ab Ariſtotele, *id eſt, ſentiebat cum eo, ſtabat ab eo.* de Fat. Accipenſer iſte paucorum hominum eſt.

† ADVERB. Aequaliter omnes, eiuſmodi, maximè cordi, publicè ſumptui, 3. Ver. Aequè in poteſtate, aliter apud aliquem, aſſiduiſſimè cum aliquo, multùm, planè oratorem, poſteriùs, propriè laudem, de Clar. Aequè libenter, libentiùs cum aliquo, 5.Fa. Aliquandiu in famulatu, diu iam in hoc deſiderio, omninò amantis ſui, omninò leuitatis, præſtò amicitiam, ſatis ſuperque, de Amic. Aliquando, impunè in otio, planè rectiùs, publicè non honorem, 2.cont.Rull. Aliquando liberos, 5. Philip. Aliquando ſaluti, pro Arch. Anteà iam amicitiam, tandiu dominum, pro S. R. Aperte inimicos, non longè à finibus Ciliciæ, 15. Famil. Aſſiduè cum aliquo, rectè apud aliquem, valdè multùm vnà, 3. ad Qui.Frat. Apertè, & perſpicuè nulla iudicia, 2.Verr. Belliſſimè, commode in prædiis, honeſtè, multùm cùm aliquo, rectè domi, tutò Romæ, 14.Fam.Benè, 5.Tuſc. Benè bonis. )(. malè malis, 3. de Nat. Benè manè ad aliquem, rectè in Hiſpaniis, 10.Att. Benè nemini, Parad. Clàm facinora, perpetuò amicum reip. in Sal. Comiter in conuiuio, præſtò ad aciem, pro Dei. Commodiùs alicubi, coràm, libenter domi, 12. Att. Commodiſſimè iſtic, familiariter cum aliquo, minùs multùm vnà, omninò cum aliquo, 13.Fam. Contrà, extrà, Part. Contrà ac dicimus, diutiùs in negotio ac cura, non longè ab oppido, omninò ſine amicis, 6. Ver. Contrà in ſtultitia, pro Cl. Contrà, præſtò, ſeparatim, 2. de Inu. Diu velle ſenem, omninò locum alicui, tandiu in vita, de Sene. Diutiùs cum aliquo, facillimè in maritimis, 2.Fa. Diutiùs diſſimilem ſui neque vſquàm, 2. Phil. Diutiùs vno & eodem ſtatu, Ora. Familiariter, & libenter, libenter ſanè alicubi, rectè in aliquo loco, rectè iſtic, 16.Attic. Foris, planè oratoris, vitioſè aliquid, 2. de Ora. Honeſtiùs, rectiſſimè apud aliquem, 9. Fam. Iamdiu amicitiam cum aliquo, perrarò, pro Planc. Impunè, ita nihil, vt mendoſè, 1. At. Impunè largitorem, pro Cæl. Incommodè alicui, 7. At. Imprompt u, maximè, omninò duplex genus iocandi, perinde vt accepimus, præclarè apud Platonem, 1. Off. Latinè notam, Top. Libentiùs, longè aliter, rectè opinionem, valdè opinionem, 11. Att. Intus equum Troianum, omninò non factum, omninò non poſſe, præſtò amicis, præſtò comitem, pro Mur. Libenter teſtimonio, maximè curæ, propriè tuum, tutò in vrbe, 10. Fam. Longè hinc in ſaltum, pro Qu. Longè ſecùs, planè nihil, 1.de Diu. Longiſſimè ab, 1.de Ora. Magnoperè expectationem, planè quod ab, 8.Fam. Magnoperè in officio, meliùs alicui, propiùs, 12. Fam. Malè, faciliùs alicubi, periucundè, planè nihil, planè non eundem, proximè alicubi, quàm plurimum cum aliquo, 13. Famil. Maximè ſecundùm naturam, 3.Off. Maximè tutò, mediocriter bonum, 11. Fam. Meliùs, meliuſculè alicui, 14. Att. Multùm vnà, de Fato. Nimirum hoc illud, verè tria genera Græcorum, pro Flacc. Non ita multùm cum aliquo, 4. Ver. Non longè, nuſquàm fidem, omninò non, omninò nullum diſcrimen, palàm ante oculos, præſtò inſidias, rectè iter Romam, vbicunque, 7. Ver. Nuſquàm electionem, omninò non tribunum, omninò nunquàm violatum, omnino tutò non in ciuitate, tutò, in Senatu, pro Dom. ſua. Nuſquàm nomen, veſtigium, præſtò omnibus, pro Syll. Nuſquàm, omninò nullàm excuſationem, pro Rab. Poſt. Omninò enim quid, pro Mar. Omninò aliquam cauſam, omninò conſilij, 11.Phil. Omninò duo genera, omninò nullam artem, remp. vitam, prorſus hanc vnam rem, 2.Off. Omninò fortium virorum, omninò nullum ordinem, verbum in lingua Latina nullum, præſtò animum, 13.Phil. Omninò nihil in re, 12.Phil. Omninò non poſſe plebeium, de Pet.Conſ. Omninò nullam vitam ſeruie̅ti, 10. Phil. Palàm, præſtò ad portam, tutò in publico, I. P. Peiùs, vehementer authorem, 15. Att. Perinde vt aguntur, 3. de Orat. Perſpicuè mendacium, 1.de Inuent. Planè, quamprimùm cum aliquo, 16.Famil. Planè in medio mari, 5.Att. Planè ita, 9. Att. Præſtò, 3.Cat. Priuatim iuſtas cauſas amicitiæ, 6.Fam. Propiùs, vſpiàm, 12. Att. Pulchrè ſibi, 1. de Nat. Rectè, diu multumque in manibus, 4.Att. Rectè Romæ, tutiùs, nuſquàm, 7.Attic. Separatim libros, 5. Tuſc. Serò autorem pacis, pro Lig. Tutò alicubi, 1.Phil. Tutò cum aliquo, 1. Cat. Tutò in foro, pro Seſt. Tutiſſimò, 8. Att.

☞ Syntaxis. *Quanti frumentum eſt? Ille non eſt capitalis, ſed ære, auro, argento. Eſſe apud aliquem, cum, ad. Multùm cum illo fui, id eſt, diu. Eſſe & verſari cum. Eſſe in publico. Iam mihi cum illo nihil erat. Tui ingenij eſt, auxilijq;. Diſceſſus hic eſt deſperationis, non legationis. Non ſcientiæ, ſed conſuetudinis. Magnæ deliberationis eſt. Tuum eſt, tuum iudicium, quanti, &c. Eſt, ſi cuiuſquam, certè tuum. Hoc eſt tibi vſui & bono, non prædæ, non quæſtui, non fraudi. Nunc honor eſt pietati. Ille magna gloria eſt, in magna gloria, ſpe, animo. Cùm ſpe ſum maxima, tum etiam maiore animo. Hac in re ſingulari ſum fato. Hoc mihi eſt amori, odio. Eodem ſpatio ſunt hi pedes. Iambus eſt nimis è vulgari ſermone. Sum in negotio curaq; deſiderio, in voluntate, in ſcelere, alieno ære, in amore ac deliciis, in magno nomine ac gloria, in libidine, in principibus, in vitio, in virtute. Ea erant futura communia. Plùs vnus eſt Cato, quàm omnes leges. Magni id, is eſt apud. Quid tibi eſt iſte? frater. Mihi melius eſſet. Hæc res non ſolùm eſt ex domeſtica ratione, ſed etiam attingit bellicam.*

SVMENDVS. 2. de Leg. 1. Quoniam & ſatis iam ambulatum eſt, & tibi aliud initium ſumendum eſt.4.de Fin. 46. Nam omnia, quæ ſumenda, quæque legenda aut operanda ſunt, &c.

SVMMA, *caput, genus, ratio præcipua rei pecuniariæ.* pro Qu. R. 4. Non refert parua nomina in codicem, imò omnes ſummas. 1. Offic. 59. Addendo deducendoque, videre quæ reliqui ſumma fiat. 5.At.21.Subducamus ſummam. pro R. P.30. Neſcio vtrùm acceſſionem decumæ centeſima, an deceſſionem de ſumma fecerit. pro Cl.87.Cùm ipſa pecunia quæ Staleno data eſt, numero ac ſumma ſua, non modò quanta fuerit, ſed etiam ad quam rem data fuerit, oſtendat. de Som.3.Cùm hi duo numeri naturali circuitu ſummam tibi fatalem confecerint. 2. contra Rull. 63.Cùm ſummam tantæ pecuniæ nullo teſte ſibi ipſe ex ſua voluntate confeciſſet. 5. V. 82. Remittere alicui de ſumma, vel de capite. 7.At.13. Reliqua patebant, & cum Terentiæ ſumma cōgruebant. Ibid. Sed etiam ad ſummam profectum aliquid puto. * Hortenſ. Si æra ſingula probaſti: ſummam, quæ ex his confecta ſit, non probare ſoles?

¶ *Naturæ ratione.* I.P.85.Quid auaritę, quæ criminibus infinitis implicata eſt, ſummā nunc explicē? generatim ea, quę magis notata ſunt, dicā. 2.de Ora.135. Cōmunes rerū & generum ſummæ.

¶ *Conſilij*

¶ *Conſilij & rationis*. 2.A.32.Sed tamen hæc eſt ſumma conclu- ſionis meæ. 3.Q.Fr.9. Et in omni ſumma me ad otium conuer- to.1.Fa.9. Circumſpectis rebus omnibus,rationibuſque ſubdu- ctis ,ſummam feci cogitationum mearum omnium. pro Lig. 29.Quicquid dixi,ad vnam ſummam referri volo,vel humani- tatis, vel clementiæ, vel miſericordiæ tuæ.2.de Leg.18. Leges autem à me edentur non perfectæ:nam hoc eſſet infinitum:ſed ipſæ ſummæ rerum ac ſententiæ.10.At.18. At ille perpauca lo- cutus, hanc ſummam habuit orationis , vt ſibi ignoſcerem,ſe, &c.pro Quint.32. In hoc ſumma iudicij, cauſaque tota conſi- ſtit.2.de Ora.158.Verane ſumma ſit vniuſcuiuſque rationis.‖4. de Finibus 32.

¶ *Hoc loco ſunt & iſta:ad ſummam, in ſumma:id eſt, breuiter,vno verbo,vt vno verbo dicam,ne plura, ne te,vel vos pluribus teneam, ne diutiùs teneam,ne multa,ne multis,quid multa?ne longus ſim,ne longum ſit,ne longum faciam.Quid quæris?* 7.Attic.7. Ad ſummam dic M.Tulli,&c.1.Offic.149.Ad ſummam,ne agam de ſingulis, &c.4.de Fin.60.15.Fa.14. Ad ſummam,forti animo ſitis.2.Qu. Fr.15.In ſummà,quatuor ſentẽtiis Senatores & equites damna- runt.8.Att.3. Summa autem, Afranium cum magnis copiis ad- uentare. 10.4. Iurabat ad ſummam , amiciſſimum mihi Cæſa- rem eſſe debere.14.1. Ad ſummam non poſſunt iſtæc ſic abire. 15.1. Deinde ad ſummam , arbitrum me ſtatuebat , non modò huius rei,ſed totius conſulatus.

¶ *Forenſium cauſarũ ratione,ac tractationum*.1.ad Her.7.Si ſum- mam cauſæ breuiter opponemus.1.de Inuent.28.Summam ali- cuius rei dicere,non partes eius perſequi.

¶ *Potentiæ,dignitatis,vtilitatis,ſalutis*.pro S.R.91. Qui ſummam rerum adminiſtrat.*id eſt,imperator*.10.Fa.21.Illud certè caui, ne reipublicæ ſumma fallatur.4.C.15. Equites,qui vobis ſummam ordinis conſiliique concedunt.ad Br.ep.pr.in.7. Voluntas mea de ſumma reipublicæ ſemper eadem fuit,quæ tua.

† ADIVNCT. Charior , communis, de Finibus.Communes rerum & generum,vera rationis,2.de Ora.Fatalis alicui.Som.Scip.Grandis pe- cuniæ,4.Ver.

☞ Syntaxis. *Omnes ſummas in codicem referre.Quæ reliqui ſumma ſit?Summam ſubducere.Deceſſionem de ſumma facere.Conficere ſum- mam ætatis. Ex ſua voluntate ſibi ſummam conficere pecuniæ. Re- mittere alicui de ſumma. Ad ſummam aliquid profectum eſt.Conue- nit hoc cum ſumma mea. Communes rerum ac generum ſummæ. In omni ſumma me ad otium conuerto.Cogitationũ ſuarum facere ſum- mam. Ad vnam ſummam omnia referre.Hic ſummas rerum habes, atque ſententias. Quam habebis orationis ſummam? In hoc iudicij ſumma conſiſtit. Ad ſummam,in ſumma,ſumma,id eſt,breuiter,pau- cis.Ad ſummam,ne agam de ſingulis.*

SVMMANVS, *Orcus,Pluto*.1.de Diu.16.

SVMMARIVS. 10.At.1.Niſi fortè iſte ſummarius ei poteſt per- ſuadere,vt,&c.*aliter*,Summanus:*id eſt,Cæſar.Ego verò*,Numma- rius, *lego, vt is intelligatur, quem eâdem epiſtola paulò antè* , Em- ptum pacificatorem *apellauit*.‖*Lamb.legit*,ſummœrius.

SVMMATIM, *aceruatim,breuiter*. 5.de Finibus 36. Summatim hæc erant de corpore animoque dicenda. 1.ad Her.14. Si ſum- matim,non particulatim narrabimus.5.At.16.Itaque ſubſedi in via, dum hæc, quæ longiorem orationem deſiderant , ſumma- tim tibi perſcriberem.2.de Orat.247.Nunc exponemus genera ipſa ſummatim.1.252.Ius ciuile ſummatim percipi ſine doctri- na poteſt. 10.Fam.28. A me pauca cognoſces, & ea ſummatim. ‖2 de Ora.153.

☞ Syntaxis. *Summatim, non particulatim narrare.Summatim per- cipere ius ciuile.*

SVMME, *maximè,ſummoperè*.Ibid.295. Hoc me ſollicitare ſum- mè ſolet. pro Quint.69. Sicut tu ſemper ſummè concupiſti.4. Fa.7.pro Qu.77. Ab aliquo petere ſummè,& contendere,vt fa- ciat aliquid.

SVMMERGO, *demergo,deprimo*.1.de Diu.73. Summerſus equus voraginibus non extitit.

SVMMISSE, *remiſsè,demiſsè*.2.de Or.215. Breuiter & ſummiſsè dicere.3.210. Aliàs contentiùs,aliàs ſummiſſiùs dicere.pro Pl. 12.Summiſsè ſupplicare alicui.1.Off.90.Tantò ſummiſſiùs nos geramus.

SVMMISSIO,*remiſſio*.)(.*elatio*. Top.71.Parium comparatio nec elationem habet,nec ſummiſſionem.Orat.85. Summiſſio ora- tionis.

SVMMISSVS,*remiſſus,ſuppreſſus,humilis,abiectus*.)(.*ſe efferens*.Off. 124.Oportet æquo & pari iure cum ciuibus viuere,neque ſum- miſſum & abiectum,neque ſe efferentem.Orat.76. Summiſſus & humilis, conſuetudinem imitans.2.de Orat.183.Oratio pla- cida,ſummiſſa, lenis. )(.*fortis, acris,vehemens*.Ibid.211.*intenta*. Orat.26.Summiſſiùs à primo dicere,deinde preſſiùs,pòſt auda- ciùs exultare.

☞ Syntaxis. *Summiſsè dicere,alicui ſupplicare, loqui.Summiſſus & abiectus,non ſeſe efferens. Placidus, ſummiſſus, lenis ſermo. A primo ſummiſsè dicere,deinde preſſiùs,pòſt audaciùs exultare.*

SVMMITTO, *clàm mitto*.3.V.105.Iſte ad pupillæ matrem ſum- mittebat. 5.69. Summittebat iſte Timarchidem, qui moneret, &c. 10.Fam.21. Summittere exercitus aliquo.

¶ *Inclino*. pro Planc.24. Appellaui populum, tribubus ſummiſi me,& ſupplicaui.

¶ *Demitto*. de Clar.22. Tibi ætas noſtra cedit , faſceſque ſum- mittit.

¶ *Detraho*. 1.V.48. Aliquantum remittere ex eo quod facere poſſis,& multùm ſummittere.

¶ *Subijcio*. 11. Fam.3. Summittere animum periculo. de Pro.8. Huic vos non ſummittetis.

SVMMOPERE, *ſummè,maximoperè*.1.de In.26.Quæ ſummope- rè vitare oportebit.2.2.Cùm puerorũ formas ſummo hic opere miraretur.

SVMMOTVS. pro Flac.15. Summota concione.

SVMMOVEO. pro Quin.31. Et intereà noſtros aduocatos iubet acerrimè ſummoueri.pro S.R.70. Magnitudine pœnæ malefi- cio improbos ſummoueri.1.de Leg.39.Academiam placare cu- pio,ſummouere non audeo.

SVMMVS, *ampliſſimus, perfectus, ſingularis , incredibilis , vnicus,in quo omnia ſumma ſunt*.)(.*infimus*.2.de Or.1.Si homines non eru- diti ſummam eſſent prudentiam atque incredibilem eloquen- tiam conſecuti. 2.Tuſc.44. Summum eſt,quo nihil ſit ſuperius. de Cl.292. Summus & ſingularis vir.pro Pomp.36.Summus at- que perfectus imperator.8.At.15. Nihil niſi ſumma ratione fa- cere.pro Qu.55. Summa ſanctimonia.1.de Or.6.Summi homi- nes,ac ſummis ingeniis præditi.1.Fa.9. Qui & ſumma volunta- te ceſſerit , & egregia animi alacritate abfuerit. pro Pl.66. Vt etiam ſumma reſp. mihi donata fuerit gerenda.1.de Orat.222. Summum bonum in animone ſit,an in corpore:virtute,an vo- luptate definiatur.1.de L.56.Summum bonum eſt,ex natura vi- uere.*id eſt,vita modica & apta virtute perfrui, aut naturam ſequi, & eius quaſi lege viuere*,id eſt,&c.3.Off.35.Quod honeſtum ſit, id eſſe aut ſolum aut ſummum bonum.Ibid.117.Epicurus ponit ſummum bonum in voluptate.4.Ac.129. Herillus in cognitio- ne & ſcientia ſummum bonum ponit.de Am.85. Summum na- turæ bonum. 5.Tuſc.84.85.86. Opiniones de ſummo bono.1.A. 37. Cùm à ſummis, mediis, infimis, cùm denique ab vniuerſis hoc idem fit.3.de L.19.Omnia infima ſummis paria fecit.

¶ *Altius,ſublimior*. pro Pl.17.Is qui eſt in ſumma ſacra via.1.de Diu.48. Alexander eam buculam in ſummo columnæ colloca- uit.Ibid.20. Bacillum incuruum,& leuiter à ſummo inflexum. 3.de Fi.48.Summum aquæ.)(.*Profundum aquæ*.

¶ *Valentior*.13.Fa.60.Summa hyeme.

¶ *Ad* ſummum,vel ſummùm.*inepti dicunt,ad plus*.13.At.21.Ex- pectabam hodiè,aut ad ſummum cras,ab eo tabellarios.2.Fam. 1. Bis terue ad ſummum. pro Qu. 78. Biduo,aut ad ſummum triduo, &c.5.Fam.21. Excepto vno,aut ad ſummum altero.pro Mil.12.Quatuor,ad ſummũ quinq;. Ibid.26.Triduo,ad ſummũ quatriduo.12.Att.43. Scies igitur cras,ſummùm perendie.4.V. 129. Eximunt vnum diem , aut ſummùm,biduum ex menſe.5. 189.H-S.11.ſummùm H-S.ternis.

☞ Syntaxis.*Summum eſt,quo nihil ſuperius. Summus & ſingularis. Summus & perfectus.Summa ratione cuncta facere.Summi homines, & ſummis ingenijs præditi.Summa voluntate cedere,id eſt, libentiſſi- mè.Summã remp. adminiſtrare. In ſumma ſacra via eſſe. In ſummo colũnæ ſtatuã collocare. A ſummo inflexus bacillus. Aquæ ſummum. Summa hyeme.Cras,tria,ſummum,ad ſummum,perendie,quatuor.*

SVMMVTO, *commuto*.Or.*Adiuncti verbi primam literam præ- poſitio commutauit,vt Subegit,Summutauit,Suſtulit.

SVMMVTOR. Ibid.93.Hanc Hypallagen rhetores *vocant*,quia quaſi ſummutantur verba pro verbis.

SVMO, *aſſumo,arrogo,attribuo,tribuo*.6.Fam.5.His autem de rebus, quas coniectura conſequi poſſumus , non mihi ſumo , vt plùs ipſe proſpiciam, quàm,&c.2.de Or.294.Duo denique illa, quæ facillima videntur,&c.mihi pro meo iure ſumo.8.Att.15. Mihi non ſumo,vt meum conſilium valere debuerit.4.Acad.46.Quo- modo autem ſumis,vt,&c.13.Fam.30.Tantùm tibi ſumito pro Capitone apud Cæſarem, quantùm ipſum meminiſſe ſenties.5. V.154.Cur enim ſibi hoc ſcribæ ſoli ſumant?7.Fa.3. Vide,quid mihi ſumpſerim. 10.P.1. Quas enim partes ipſe mihi ſumpſe- ram,eas præoccupauit oratio mea.7.Fa.5.Vide quid mihi ſum- pſerim.13.50.Sumpſi hoc mihi, vt ſcriberem,&c.pro Pl.3. Mi- hi non ſumo tantùm iudices,neque arrogo,vt,&c.pro Syll.84. Quid ergo?hoc tibi ſumis,dicet fortaſſe quiſpiam,&c.ego verò nihil mihi aſſumo.ad Brut.ep.pr.in.1. Cùm mihi tantum ſum- pſerim, vt gubernacula reipublicæ prehenderem. 1.de Ora.41. Quod verò in extrema oratione quaſi tuo iure ſumpſiſti , ora- torem,&c.13.Fam.Sumpſi hoc mihi pro tua in me obſeruantia. 16.Att.16. Hoc pro beneuolentia noſtra mihi ſumpſi,vt id à te peterem,quod,&c.

¶ *Pro certo,pro comperto accipio,duco,habeo*.4.Ac.41.Quæ autem ſumunt,vt concludant id quod volunt.2.de Diu.103. Sed cùm bis ſumpſit quod voluit,id tamen aſſumit , quod concedi nullo modò poteſt. Ibid.104. Hos vos dialectici non facitis : nec ſo- lùm ea non ſumitis ad concludendum,quæ ab omnibus conce- dantur : ſed ea ſumitis,quibus conceſſis,nihilo magis efficiatis,

quod velitis.3.de Nat.21. Videre oportet, Balbe, quid tibi concedatur, non te ipſum ſumere quod velis.1.90.Beatos eſſe deos, ſumpſiſti: concedimus. pro S.R.97. Vnum hoc ſumo, quod mihi res manifeſta dat.4.de Fin. 49. Sumere res non conceſſas, & ex illis conficere quod velis.Ibi.Cùm res ſumpſeris non conceſſas, ex illis efficere quod velis placet? 2. de Diu. 104. Tantum ſat eſt intelligi, id ſumere iſtos pro certo, quod dubium controuerſumque ſit. 4. Acad. 44. Sumere vehementer repugnantia pro congruentibus. 4. de Fi. 49. Res non conceſſas ſumere, & ex illis efficere quod velis. 10. P. 1. Sumere ſibi ſententias.

¶ *Eligo, aſſumo, capio.* 2.Tuſ.8.Epicurum autem & Metrodorum non ferè præter ſuos quiſquam in manus ſumit. 2.Offic.1. Ille enim requieſcens à reipublicæ pulcherrimis muneribus, otium ſibi ſumebat aliquando. 2. de Leg. agr. 15. Itaque hoc animo legem ſumpſi in manus, vt,&c. 1.Ac.7.Sumere ſibi aliquod ſtudium.4.V.179. Meminero me non ſumpſiſſe quem accuſarem, ſed recepiſſe quos defenderem.1.de Leg.6.Sume ad hãc rem tẽpus quæ, &c. 2. de Inu. 29. Ducere, ſumere, trahere ſuſpicionem ex aliqua re. in Vat. 28. Sumere inimicitias. ad Brut.6.Sumere aliquem iudicem. 5.V.31. Sumere recuperatores. 16. Fa. 11. Sumere regionem aliquam tuendam. 4. de Fin. 1. Spatium ſumamus ad cogitandum.2.Qu. Fr.12.De interpellatione tantum ſumam à vobis temporis ad ſcribendum, quantum dabitis. 1. de Leg.6. Sume ad hanc rem tempus. de Clar. 76. Tu qui à Næuio vel ſumpſiſti multa, ſi fateris: vel ſi negas, ſurripuiſti. 1. Tuſ. 86. Non enim cum ſocero bellum geſſiſſet, non imparatus arma ſumpſiſſet. pro Lig. Sumere arma contra aliquem. pro Cæl. 31.Sumere aurum ab aliquo.7. Fa. 24. Sumere diem. pro Seſt. 119. Sumere doctrinam. 7. Fam. 23. Sumere domum. 4. Att. 3. Sumere domum pro caſtris. pro Cec.23. Nam in eas ipſas res, quas improbiſſimè fecit, teſtimonia ſumpſit, & eis in cauſa teſtimoniis vtitur. 13. Fam. 26. Literas ad te à M. Lepido Conſule, non quæ te aliquid iuberent, &c. ſed quodammodò quaſi commendatitias ſumpſimus.

¶ *Emo, comparo.* 7.23. Sumpſiſti tanti: *pro*, tanti emiſti. 11. Att. 13. Sumpſimus à tuo villico, & aliunde mutuati ſumus.

¶ *Haurio.* 2.de N.18.Sumpſimus ab igne calorem, qui eſt fuſus in corpore.

¶ *Exigo.* pro Roſ.Amer.66. Videtiſne, quos nobis poëtæ tradiderunt, patris vlciſcendi cauſa, ſupplicium de matre ſumpſiſſe? 7.V.72.Dixit ſe, &c. pecuniam accepiſſe, neq; de vero archipirata ſumpſiſſe ſupplicium, ideò ſecuri non percuſſiſſe. Ibid. Quamobrem ſupplicium non ſumpſiſti?

¶ *Facio.* in Sall. 1.Vnde initium ſumam.

¶ *Suſcipio.* in Vat.28.Sumere inimicitias.pro Fl.45. Sumere legationes.

¶ *Conduco, adduco, conuoco, cogo.* Para. Sumere publicas operas.

¶ *Ordior, aggredior.* 1. ad Her. Sumere orationem.

* *Excerpo.* Hort. Dari mihi iubeas indicem tragicorum, vt ſumam, ſi qui fortè mihi deſunt.

† ADVERB. Aliquandò otium, 3. Offic. Aliunde, 3. de Ora. Crudeliſſimè ſupplicium, 4. Ver. Nimiùm ſibi, 3. Catil. Quaſi retrò & contrà priùs, Part.

SVMOR. pro Cec. Colloquuntur: dies ex vtriuſq; commodo ſumitur.4. de Fin. 10. Qua ex omni copia, plurima & certiſſima argumenta ſumuntur ad cuiuſq; rei naturam explicandam. pro Leg.Manil.Quantùm huius autoritas valeat in bello, ab eodem Cn. Pompeio omnium rerum egregiarum exempla ſumantur.

† ADVERB. Communiter ſuſpicionem, 2.de Inu. Grauiſſimè indignationem, 1. de Inuent.

SVMPTIO, *aſſumptio.* 2.de Diuin. 108. Sed demus tibi iſtas duas ſumptiones, ea quæ λήμματα appellant Dialectici.

SVMPTVARIVS, *de ſumptibus.* 13.At.7.Lex ſumptuaria. Ibi. 45. Tu velim è Polluce cognoſcas rationes noſtras ſumptuarias.

SVMPTVOSIVS, *aduerbium.* 2. C. 20. Sumptuoſiùs inſolentiuſque ſe iactant.

SVMPTVOSVS, *ſplendidus, magnificus, lautus.* )( *frugalis.* Para. 6. Venio iam ad ſumptuoſos, relinquo iſtum quæſtuoſum.9.Fam. 23.Cœna ſumptuoſa. 2. de Ora. 135. Quod ſumptuoſus de luxuria, &c. pro Cluent. 70. Vir egens, ſumptuoſus, &c.3.Qu.Fr. 8. Ludi magnificentiſſimi, munus ſumptuoſum & magnificum. I.P. 67. Nihil apud hunc lautum, nihil elegans, nihil exquiſitum, ne magnoperè quidem quicquam, præter libidines, ſumptuoſum.‖ 2.de Leg.60. Sumptuoſa aſperſio.

† ADVERB. Magnoperè, in Piſ.

SVMPTVS, *delectus.* pro Rab. P.44. Vide hos quaſi ſumptos dies ad labefactandam illius dignitatem.

¶ *Pro comperto habitum.* 3.de Fin.27.Quod enim efficiebatur his duobus, quæ erant ſumpta in eo, vides eſſe concluſum.

† ADVERB. Malè, Part.

☞ Syntaxis. *Iactare ſe ſumptuoſè atque inſolenter. Sumptuoſus, abſolutè. Cœna ſumptuoſa. Munus ſumptuoſum atque magnificum.*

SVMPTVS, *impenſa, impendium.* 6. V. 22. Mamertini magnum ſumptum in Timarchidis prandium fecerunt.5.At. 16. Nullus fit ſumptus in nos, neque in legatos noſtros.5.V.155.At habes ſumptum, vnde facias. 12. Fa. 30. Facere ſumptus in rem militarem. 11. At. 13. Conſideres velim, vt ſit vnde nobis ſuppeditentur ſumptus neceſſarij.2.Offi.42. Pecuniæ collocandæ ratio eſt, quæ perpetuos ſumptus ſuppeditet: nec ſolùm neceſſarios, ſed etiam liberales. Non modò vt ſumptum faciat in militem nemini vis affertur: ſed ne cupienti quidem cuiquam permittitur. 5. Tuſ. 96. Magnificentia & ſumptus epularum. 2. Off. 59. Noſtro quidem anno ſanè exiguus ſumptus ædilitatis fuit. 1.140. Cauendum eſt etiam, ſi ædifices, ne extra modum ſumptu & magnificentia prodeas. 1. Qu. Fr.1.7. Prouinciam ſumptu exhauriri. pro S.R. 68. Sumptus effuſi cum probro atq; dedecore. 3. Fa. 8.Sumptus legitimus, ſumptus infinitus. 8.Att. 5. Tyronem Curio commendes, & vt petij, ſi quid opus erit, in ſumptum roges. Ibi. 6.Sed eum video in ſumptum ab aliis mutuatum.15.15.Quare velim cures, vt permutetur Athenis, quod ſit in annuum ſumptum ei ſatis.3.Fa.8.Vt ſumptus egentiſſimarum ciuitatum minuerem. Ibi.Minuere & remittere ſumptum. 2. de Inu.87. Legatis quæſtores ſumptum non dederunt.3. Qu. Fr. 1. Sumptus nuſquàm meliùs poteſt poni.5.V.227.Impendere laborem & ſumptum ad incertum caſum. 2. de Inu. 113. Inſumere magnum ſumptum aut laborem in aliquam rem. 9. Fa. 20. At illam tuam lautitiam veterem dico, cùm mecum ſumptus habebas. 5. Att. 14. Aduentus noſter ne minimo quidem ſumptui fuit.Ibid. 15.& 21. Nullum teruncium, me obtinente prouinciam ſumptum factum eſſe.Ibid.Hic facit, vt mihi excipiendus ſit, cùm teruncium nego ſumptum factum. Brut. 18. Impendent infiniti ſumptus in hos exercitus, quibus nunc defendimur. 2. Off. 56. In his immanibus iacturis, infinitiſque ſumptibus nihil nos magnoperè mirari. Par. 6.Ille ſumptus non modò ad fructum, ſed etiam ad fœnus eſt exiguus.6.At.2.Omninò nullus in imperio meo ſumptus factus eſt: nullus, inquam, ne teruncius quidem.

† ADIVNC. Annuus, 1.Att. Certi, 5.Ver. Exiguus, infiniti, perpetui, nec ſolùm neceſſarij, ſed etiam liberales, 2. Off. Exiguus non modò fructuum, verùm etiam abſonus, Parad. Legitimus & infinitus, nimis magni, neceſſarij, 3. Fam. Magnus, maximus bellorum, de Prouin. Maiores, publici, 6.Ver. Maximi, minimus, 5. Att. Neceſſarius, 7.Fam. Quotidiani, tanti, tamque profuſi, pro S.R. Publicus, 7.Verr.

☞ Syntax. *Facere ſumptum in prandium, in filios, in rem militarem. Suppeditare ſumptus. Epularum magnificentia & ſumptus. Extra modum ſumptu prodire. Prouincias ſumptu exhaurire. Effuſi ſumptus cum probro & dedecore. Si quid eſt opus in ſumptum, roges. Minuere & remittere ſumptum. Sumptum illi dato quæſtor. Sumptus bene ponere, impendere ad incertum caſum, inſumere. Habere cum aliquo ſumptus. Neque teruncium factum eſſe ſumptum aſſero. Sumptus ad fructum, ad fœnus exiguus.*

